Ministério da Cultura – Biblioteca Nacional Digital – Brasil

6610

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

D. Ioan. Chry=

SOSTOMI ARCHIEPI.

SCOPI CONSTANTINOPOLITANI COMMEN

tarius in Acta Apostolorum, Des. Erasmo Roterodamo interprete.

Accessere Orationes octo, ex antiquo Exemplari Græco recens versæ, hactenus nondum excusæ.



ANTVERPIÆ,
In ædibus Ioannis Steelsij, Anno
M. D. L.

T. 9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ERASMVS ROTERO-
DAMVS LECTORI. S. D.

QVum aggressus essem vertere commentarios in Acta Apostolorum, sæpe de titulo subdubitare, non quod displiceret opus, sed quòd stylus habe-
ret concisum quiddam & abruptum, ita quod à phrasi Chrysostomi videbatur alienum. Quanquam alioqui multis commendabant crebræ percontationculæ ac dialogismi, & illud, quod ipse quibus subinde lectori renouat attentionem. Ad hæc diligens sermonis locupletum communium, præsertim sub finem homiliarum, vt non sit Chrysostomus, similium quempiam huius fuisse oporteat. Verum hîc iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias in gustum dedimus, daturi reliquas volente Domino, si docti censebunt opus esse Chrysostomo dignum: Quorum iudicio freti, libenter hoc quicquid est suspicionis deponimus, quam tamen haud temerè concepimus, tot tam insignibus deluti mendacibus titulis. Bene vale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

S. Ioannis Chrysostomi Commentarius in Acta Apostolorum, Des. Erasmo Roterodamo interprete.

Homilia prima.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere vsque ad eum diem quo præcipiens Apostolis per spiritum sanctum, quos elegerat, receptus est.

Omplures sunt quibus hic liber adeò ignotus est, vt non solum ambigant de autore, à quo conscriptus sit, verũ ne id quidem cognitum habeant, an omnino extet hæc rerum ab Apostolis gestarum historia. Atq; hac potissimum de causa coactus sum negotium hoc suscipere, vt ignorantes allicerẽ, neq; sinerem tam insignem thesaurũ in tenebris abditum latêre. Siquidem hinc non minor nobis contingere poterit vtilitas, quam ex ipsis euangeliis: tanta scatet philosophia, tanta abũdat quum omnium dogmatum rectitudine, tum præcipue eorum quæ de spiritu sancto prodita sunt. Proinde cauendum est ne negligenter prætercurramus hunc librum, sed exactissima cura scrutemur, excutiamusq;. Etenim promissa quæ Christus in euangeliis, ante verbis pollicitus erat, ea hîc re præstita & exhibita videre licet, ipsámque veritatem ipsis factis relucentem intueri. Simúlque videre est discipulos mirificè ad meliora transmutatos, nimirum sancto spiritu vim suam in illis exerente: audierant enim Christum dicentem, quisquis crediderit in

Liber actorum olim incelebris.

Vtilitas actorum.

Ioan. 14.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me,ſigna quæ ego facio, & ipſe faciet, & his maiora faciet. Audierant & illa prædicentem diſcipulis ſuis, quòd ad præſides & reges eſſent ducendi, quodq; in ſynagogis ſuis Iudęi eſſent ipſos flagellaturi, quòd eſſent atrociſſima quædã paſſuri, ſed his omnibus euaſuri ſuperiores: ad hæc quod euangelium prædicandum eſſet toto terrarum orbe, quæ quidem omnia ſic eueniſſe vt nulla in parte promiſſoris fides deſiderari poſſit, videre licet in hoc libro. Neque vero hæc tantum quæ modo commemorauimus, verum etiã alia plura quæ dixerat dominus quum ageret cum diſcipulis. Conſpicies autem hic & illa, nimirum Apoſtolos ipſos ceu volucres, terram mariáque percurrentes ac timidos illos quondam rudesq; ſubito in alios homines eſſe verſos, faſtuq; diuitiarum, gloria, ira, concupiſcentia, breuiter rebus omnibus ſuperiores eſſe factos. Videbis ſummam inter ipſos concordiam, nec quicquam omnino prioris illius liuoris aut inuidentiæ reſidere, nec iam loci principis ambitum inter ipſos feruere, ſed oẽm virtutem in eis abſolutã perſpicies, tum ſummam eximiamq; charitatem in illis relucentem. Nam de hac quoque multa illis præceperat dicens: Per hoc cognoſcent omnes, vos eſſe meos diſcipulos ſi dilexeritis inuicem. Quin & dogmata quædam hîc reperire licebit, quæ niſi liber fuiſſet proditus, haud quaquam fuiſſent vlli tam dilucidè cognita, quin potius quod eſt caput ſalutis noſtræ, fuiſſet occultum & in obſcuro latuiſſet, tam de his loquor quæ ad bene viuendum, quàm quæ ad fidei noſtræ dogmata pertinent. Porrò eorum quæ hîc tractantur, maior pars, ſunt acta Pauli, qui plus omnibus laborauit. Eius rei cauſa eſt, quòd is qui librũ hunc conſcripſit, diſcipulus & cultor Pauli fuit: nimirum beatus Lucas, cuius virtutem, quum ex aliis multis argumentis, tum hoc præcipuè licet perſpicere, quòd præceptori ſuo indiuulſus adhæſerit, quodq; per omne tempus, illum fuerit aſſectatus. Itaq; quum Demas & Hermogenes illum in periculo, deſeruiſſent,

Nouator ſpiritus

Ioan.13.

2.Cor.15.

sent,alter in Galatiam profectus, alter in Dalmatiã: audi quid de hoc dicat, Lucas, inquit, adhuc solus mecum est. Quin & Corinthiis scribens de eodem: cuius,inquit,laus est in euãgelio per omnes ecclesias. Rursus quum dicit, Conspectus est Cephæ, deinde duodecim. Item quum ait iuxta euangelium quod accepistis de Lucæ euangelio sentit:vt iam non aberrarit à vero,qui voluminis huius descriptionem ad hunc autorem retulerit. Cæterum quum dico hunc, ipsum Christum dico.Quod si quis dixerit, quid tandem fuit in causa,quo minus omnem historiam ad finem vsq; persequutus sit,quum illi semper adfuerit: huic sic respondere poterimus, Primum quod hæc quoq; sufficiebant his qui vellent animum aduertere:deinde quod euangelistæ semper incubuerunt in ea quæ magis vrgebant, nec illis curæ fuit historias conscribere. Siquidem non parum multa & absque scripto tradiderunt.Itaq; quum omnia sint admiratu digna,quæcunq; hoc libro continentur, tamen illud potissimum admirãdum in apostolis, quomodo sese ad infirmorum ac rudiũ captum demiserint, atq; hoc ipsum eis spiritussanctus suggessit,in hoc illos præparans,vt in dispensando verbo dei versarentur. Vnde factum est,vt quum tam multa de Christo disseruerint,pauca dixerint de eiꝰ diuina natura, plurima vero de natura eius humana,de morte,de resurrectione & ascensu.Etenim quod id temporis quærebatur, illud erat,vt homines audirent eum excitatum à mortuis,ascendisse in cælum. Quemadmodum igitur ipse Christus illud in primis agebat,vt perspicuum faceret,quod venisset à patre:itidem hic præcipuè studet hoc persuadere,quod reuixit, quodq; in cœlum receptus est,quodq; ad eundem reuersus est à quo profectus fuerat.Nam nisi hæc prius credita fuissent,præsertim quum accessisset assertio,de resurrectione,deq; in cœlum reditu,nimirum vniuersum dogma Iudeis visum fuisset vanum & incredibile.Quapropter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit. Quin

2.Tim.2.
2.Cor.8.
1.Cor.15.
2.Cor.4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam apud Athenienſes Paulus eum ſimpliciter ho-
minem appellat, nihil attribuens amplius, idq; iuſta
Ioan.8. de cauſa. Etenim ſi Chriſtum ipſum de æqualitate
quam habet cum patre differentẽ frequenter aggreſ-
ſi ſunt lapidibus obruere, eaq; de cauſa blaſphemum
appellarunt, haud quaquam eum ſermonem à piſca-
toribus accepiſſent, præſertim quum crux præceſſiſ-
ſet. Quid autem de Iudæis loquor, quum ipſi tũ tem-
poris diſcipuli, quoties audiebãt ſublimiora dogma-
ta crebro turbati fuerint & offenſi? Vnde & dice-
Ioan.16. bat Dominus: Multa habeo quæ vobis dicam, ſed in
præſentia non poteſtis ea ferre. Quòd ſi illi ferre non
poterant, qui tantum temporis cum ipſo conſuetudi-
nem habuerãt, & quibus tam multa arcana commu-
nicarat, quiq; tot miracula viderant, quomodo homi
nes qui recens ab aris, ſimulachris, & ſacrificiis, à feli-
bus & crocodilis venerant, nam huiuſmodi tũ erant
gentium numina, quiq; & ab aliis malis tum primũ
fuerant auulſi, repente ſublimes illos de dogmatibus
ſermones recepiſſent: Imò quomodo ipſi quoq; Iudæi
qui quotidie diſcebant & inſtituebantur à lege, fre-
Deut.6. quenter illud audientes: Audi Iſrael, Dominus Deus
tuus vnus eſt: quum vidiſſent eum affixum in ligno
crucis, atq; adeò quũ ipſi crucifixiſſent illum ac ſepe-
liſſent, nec eum vidiſſent reſuſcitatũ, ſi audiſſent, hic
ipſe Deus eſt, ac patri æqualis: nónne maxime omni-
um ab his verbis abhorruiſſent, ac reſiliſſent, & obla
traſſent? Proinde paulatim ac ſenſim illos inſtituũt,
ſeſeq; miro ſtudio ad captũ imbecillium in diſpenſa-
tione dogmatum demittunt. Cæterum quo magis ſe
demittunt apoſtoli, hoc vberior cõtingit illis è diui-
ni ſpiritus liberalitate gratia: dũ in eius nomine maio
ra faciunt quàm ipſe fecerat, nimirum vt vtroq; mo-
do proficiat Euangelium, dum ſeſe demittentes, audi-
tores humiles & humi iacentes erigũt, & ſermonem
de reſurrectione miraculis probabilem reddunt. Si-
quidem quod maximè agit hic liber, eſt reſurrectio-
nis declaratio: Quæ ſi credita fuerit, & cęteris aperta

eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est via. Argumentum igitur & scopus huius libri, si quis rei summam crassiore sermone velit complecti, hic potissimum est. Supereſt vt præfationes audiamus. *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile quæ cœpit Iesus tum facere tum docere.*] Statim hic quęret aliquis: Quam ob rem Theophilo renouat mentionem Euangelij? Vt suam declararet exactam diligentiam Nam in illius operis præfatione dicit: Visum est & mihi ab initio affectato omnia, diligenter tibi ordine scribere. Nec suo vnius testimonio contentus est, sed omnia potius refert ad Apostolos, dicens: Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio spectatores ac ministri sermonis fuerũt. Quare quum illic verbis suis fidem conciliarit, nihil hic opus erat alia cõfirmatione, quum ibi semel habita sit à Theophilo fides ipsius sermoni, ac per illum certissimã veritatem eũ edocuerit. Etenim cui fides est habita scribenti quæ audierat, huic multo magis habenda fides, ea conscribẽti, quæ nequaquam ab aliis accepit, sed quæ vidit ipse simul & audiuit. Etenim si ea quæ Christus gessit recepisti, multo magis recipies res ab Apostolis gestas. Quid igitur? nihil hîc abest q̃ historia, & narratio spiritus expers? Nequaquam. Quî sic? Quoniã & illa quæ ab initio ipsi qui spectatores fuerũt ac ministri sermonis, Lucę tradiderunt, spiritus erant. Et quare non dixit, quemadmodum nobis tradiderũt quæ spiritus sancti donum promeruerunt, sed quorum ipsi spectatores fuerunt? Quoniam hoc maximè fidem conciliat, siquis didicerit ex his qui quæ narrant, oculis suis viderunt. Illud autẽ si spiritus autoritatem præ se tulissent, fastui & arrogantiæ tribuissent imperiti. Vnde & Ioannes sic loquitur: Ego vidi & testimoniũ perhibui, q̃ hic est filius Dei. Christus autẽ sic loquitur Nicodemo, videlicet crassiori: Quod scimus loquimur, & q̃d vidimus testificamur, & testimoniũ nostrũ nemo recipit. Rursus declarans multa testimonia proficisci ab oculis, dicebat discipulis: Et vos testificamini de me, quo

Actorũ nõ simplex historia.

Ioan. 21.

Ioan. 3.

Ioan. 15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iam ab initio mecum estis. Quin & ipsi Apostoli fre-
Inf. 2. quenter hunc in modum loquuntur. Testes nos, &
spiritus sanctus, quem dedit Deus fidẽtibus sibi. Po-
stea Petrus comprobans resurrectionẽ dicebat: Qui
Infr. 10. simul edimus & bibimus cum illo. Facilius enim te-
stimonium auditores recipiebant ab his, qui vixerãt
cum illo, ꝙ id tẽporis adhuc multi abessent ab intel-
lectu spiritus. Vnde & Ioannes in suo Euangelio ꝙd
Ioan. 19. scripsit, ait se vidisse quod narrat de fluxu sanguinis
& aquæ, hoc ipsum grauissimi testimonij loco po-
nẽs, quod vidisset, etiamsi quæ spiritus suggerit cer-
tiora sunt iis quę videmus, sed non apud incredulos.
Porrò ꝙ Lucas non fuerit expers spiritus, pluribus
ex argumentis perspicuum est, vel è miraculis quæ
Miracula per Lucã. nunc per illum fiunt, vel ꝙ tum quilibet participes
fiebãt spiritus sancti, non solũ eximij, qualis erat Lu-
cas, vel ex ipsius Pauli de illo testimonio. Ait enim:
2. Cor. 8. Cuius laus est in Euangelio, vel ex hoc ꝙ ecclesiarũ
suffragiis delectus fuit. Siquidem supra dictis & il-
lud adiicit: Quin etiam electus est ab ecclesiis vt no-
stræ peregrinationis sit comes, in hac gratia quæ ad-
ministratur à nobis. Iam mihi vide q̃ hic Euangeli-
stæ sermo absit ab omni fastu. Non enim dicit, prius
Euangelium quod euangelizaui: sed, priorẽ quidem
sermonem feci, nimirum Euangelij prædicationẽ ma
gnificentius quiddam esse ducẽs, q̃ pro ipsius digni-
tate aut viribus. Et tamen Apostolus hoc titulo or-
Lucæ mo- nat illum, dicens: Cuius laus est in Euangelio. Ipse
destia. contrà modestè loquitur, dicens: Priorem quidem ser
monẽ feci de omnibus ô Theophile, quę cœpit Iesus
tum facere tum docere, non simpliciter de omnibus,
sed ab initio ad finem vsq;, ait enim: ad eum vsq; diẽ
quo receptus est in cœlum. Atqui Ioannes declarat
Ioan. 21. impossibile perscribere omnia. Siquidem hoc vt ostẽ
deret, vbi dixerat: Quæ si scribantur singulatim, nec
ipse vt arbitror caperet mundus: addidit, qui scriben
Quæstio. di forẽt libri. Quomodo igitur, inquiet aliquis, hîc
Lucas loquitur de omnibus? At qui nõ dixit omnia,

sed

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed de omnibus, perinde ac si quis dicat summatim & in genere: aut de omnibus loquitur, quæ necessaria sunt vrgentq;. Ac mox indicat, quæ sint illa omnia, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere: intelligi volens miracula ac doctrinam. Nec id vero solum indicauit, verum etiã quòd Iesus faciendo docuerit. Vide porrò humanitatem eius ac mentem Apostolo dignam, etiamsi vnius hominis causa tam diligentem solicitudinem suscepisset, vt totum euangelium conscriberet; vt inquit, habeas eorum sermonum quos audisti certitudinem. Audierat enim Christum dicentem: Non est voluntas patris mei, vt vel vnus pereat ex his pusillis. Et quam ob causam non vnicum fecit librum, quem vni mitteret Theophilo, sed in duo partitus est argumenta? Nimirum quò res distinctione voluminum esset dilucidior, simulq; vt intermissione respiraret ac refocillaretur auditor. Quanquam & alioqui distinctæ sunt res quæ in his libris tractantur. Quin & illud consydera, quo pacto Christus dictis suis per opera fidem conciliarit. Ad mansuetudinem hortatus est dicens: Discite à me, quòd mitis sum & humilis corde. Docuit nos paupertatem, & vtrunq; factis demonstrauit. Siquidem filius hominis, inquit, non habet, vbi caput suum reclinet. Rursum præcepit, vt diligeremus inimicos. Exhibuit hoc in cruce deprecãs pro crucifigentibus. Dixit, volenti trahere in ius vt tunicam eripiat, permitte vt & pallium auferat. Ipse verò non vestimenta tantum, verùm sanguinem quoque suum dedit. Idem vt facerent & discipulis præcepit, vnde & Paulus dixit: quemadmodum habetis formam ex nobis. Nihil enim doctore frigidius qui verbis duntaxat philosophatur. Neque enim hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritæ. Eoq; Apostoli prius vitæ exemplis docebant, deinde verbis. Quin potius ne verbis quidem erat opus, quum clamarent opera. Nec aberrarit à vero, qui passionem eius actionem dixerit. Nam patiendo fecit ingens illud, & admirandum

Facere & docere.

Mat. 18 Lucas quare scripsit duos libros

Mat. 5.

Philip. 3.

Patiens agit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opus quo mortem deiecit, reliquaq; omnia peregit.

Ad eum vsque diem, quo præcipiens Apostolis per spiritum sanctum, quos elegerat, in cœlum receptus est.] Per spiritum præcipiens, hoc est spiritualia ad illos verba loquutus nihil autem humanum. Vide igitur, num hic sensus placeat, an magis placet accipere, quod per spiritum eis præceperit. Vides vt adhuc Lucas modicè de Christo loquitur, quemadmodum
Mat. 12. & ipse dominus de seipso loquebatur: Quod si ego per spiritum eiicio dæmonia. Etenim spiritus ille sanctus operabatur in eo templo. Quid tandem præcepit? *Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, docentes illos seruare omnia quæcunque præcepi vobis.*] Magna laus Apostolorum, cum talia fuerint aggressi, nimirum totius orbis salutem, quum horum verba spiritus essent plena. Quod ipsum sanè innuit, quum dicit per
Ioan. 6. spiritum sanctum, hoc est: etiam verba quæ loquutus sum vobis, spiritus sunt. Cæterum quod dicit, hoc est, primum auditorem rapit ad cupiditatem, deinceps discendi cognoscendiq; præcepta, tum Apostolis fidem conciliat, quandoquidem spiritus verba dicturi sunt, & Christi præcepta. Itaque quum præcepisset, inquit, receptus est. Non dixit, ascendit: Nam adhuc tanquã de homine loquitur. Videlicet & post resurrectionẽ docuit discipulos, cæterum huius temporis historiam nemo nobis explicuit exactè totam. Verum immoratur quidem huic rei Ioannes magis quàm cæteri, quemadmodum & hic, sed nullius omnia euidenter differuit, propterea quòd ad alia festinarent. Didicimus igitur hæc per Apostolos, qui quæ audierant retulerunt, quibus et seipsum præbuit viuum. Prius autem de assumptione loquutus, dicit & de resurrectione. Posteaquam enim dixit eum assumptum, ne putares illum ab aliis assumptum esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum viuum. Etenim si semetipsum exhibuit in re maiore, multò magis in minore. Vides quomodo clanculum aspergit magna

hæc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hæc dogmata? *Per dies quadraginta visus est ab illis*] Neque enim ita tunc perpetuò quemadmodum ante resurrectionem fecerat, versatur cum illis. Illud vide, non dixit, quadraginta diebus, sed per quadraginta dies. Aduolabat enim, ac deuolabat rursus. Quur ita tandē? Subducebat animos illorū ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quemadmodū prius fuerant. Neq; vero hoc simpliciter faciebat, sed ad vtrunq; diligenter præparabat, & vt crederetur resurrectio, & vt deinceps maior humana conditione haberetur. Atqui hæc erant inter sese contraria. Vt enim persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erant humanæ naturæ. Vt autē crederetur id quod est mirabilius, videlicet diuina natura, contrà. Et tamen vtrunq; factū est opportuno tempore. Cæterum qua de causa non apparuit omnibus, sed discipulis tantum? Quoniam multis illorum visum fuisset spectrum, videlicet iis qui non nouerant arcanū mysterii. Etenim si ipsi discipuli diffidebāt initio ac turbabantur, & opus erat vt manibus contrectarent, opus erat mensa communi: quomodo verisimile est affectos futuros fuisse vulgares istos? Proinde ex miraculis certam & indubitatam facit resurrectionis fidem, vt non solum euidens esset eius ætatis hominibus, verum etiam omnibus sequuturis. Quod enim in illis effecerunt conspecta prodigia, hoc in omnibus posteris erat effectura fides. Quapropter & incredulos per fidē colligimus. Etenim si non resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quomodo in nomine eius Apostoli ædidere miracula? At non ædidere miracula, dixerit aliquis: Quomodo igitur nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltem sic habere negabunt, neq; repugnabunt iis quæ videntur. Itaq; quum aiunt non esse facta miracula, tum magis etiā seipsos pudefaciunt. Nam hoc ipsum maximum est miraculum absque miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractum. Neque enim opulentia diui-

Miraculū innouati mundi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuitiarum,neque ſapientia dicendi, nec alia re ſimili vicerũt piſcatores, vt iam vel inuiti fateantur homines in illis diuinam eſſe virtutem.Nam erat impoſſibile,vt vnquam res tanta viribus hominum conficeretur. Atq; hac de cauſa & ipſe diebus quadraginta commoratus eſt poſt reſurrectionem, longo temporis ſpatio certis argumẽtis declarans & comprobans conſpectum ſui ipſius,ne ſpectrum & inane phantaſma crederent quod videbatur.Ac ne his quidem contentus fuit,ſed menſam etiam addidit.Nimirum hoc eſt,quod deinceps dicit: *Et conueſcens ſimul cum il-*
Act.10 *lis.*] Sic hoc argumento ipſi quoq; Apoſtoli, ſemper aſtruxerunt reſurrectionis fidem, vt quum aiunt,qui quidem cibum ſimul ſumpſimus,& bibimus cum illo.Sed quid apparens faciebat?Per quę illos ad fidem adduxerit oſtendit,dicens,Apparens illis,& loquens de regno dei. Quoniam autem deiectis erant animis & his quæ facta fuerãt conturbati,ac reſtabat,vt magna aggrederentur certamina, recreat & erigit illos: prædicẽs quid eſſet illis euenturum,ac præcipiens ne diſcederent ab Hieroſolymis,ſed expectarẽt promiſſa patris. Primũ euocarat illos in Galilæam,metuentes etiamnum ac trementes, quo vacui pauore, poſſent audire quæ dicerentur. Deinde quum audiſſent, & in his quadraginta dies eſſent verſati, præcepit ab
Simile. Hieroſolymis ne diſcederent.Quur ita tandẽ?Quemadmodum milites in multitudinem erupturos,nemo patitur exire,priuſquam armati fuerint,neq; quiſquã equos ſinit à carcere proſilire priuſquam aurigam nacti ſint: ita nec Chriſtus diſcipulos ſuos paſſus eſt in acie conſpici,priuſquam deſcenderet ſpiritus,ne facile caperẽtur,& abducerentur à multitudine. Verum non hæc ſola cauſa eſt. Sed poſteaquam complures erant illi credituri,& rurſum cum his alii,ne qui dicere poſſent, ꝙ prætermiſſis notis, ad peregrinos abiſſent oſtentãdi ſui gratia: hac de cauſa,apud ipſos qui Ieſum occiderant,exhibent argumẽta reſurrectionis: apud ipſos,inquam,qui eum crucifixerãt,qui ſepelierant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rant, in ipsa ciuitate in qua facinus illud impiũ erat patratum, vt aduenis etiã omnibus os occluderetur. Etenim quum ipsos etiã qui dominũ crucifixerũt, palàm esset credidisse: satis cõstat, ꝙ vere crucifixus fuerat dominus, & euidens erat eius facinoris impietas, deniq; resurrectionis fides apertè comprobatur. Post hæc ne dicerẽt, quomodo ergo poterimus inter homines impios & homicidas, ad hęc tam multos durare, quũ simus pauci contemptíq;? vide, quomodo desperationem hanc dissoluat dicẽs, sed expectate promissionem patris, quam audistis ex me. Et quãdo audierunt, dixerit aliquis? Quum diceret, Expedit vobis vt ego discedam, nisi enim ego discessero, consolator ille non veniet ad vos. At rursum, Rogabo patrem, & alium consolatorem mittet vobis, vt maneat vobiscum. Et quare is nõ aduenit quum adhuc adesset dominus, aut mox ab illius discessu, sed ipse quidem abiit die quadragesimo, spiritus autẽ aduenit quum compleretur dies quadragesimus? At si nondũ aduenerat, quî constitit quod dixerat, Accipite spiritũ sanctum? Nimirum vt eos capaces redderet, & idoneos accipiendo spiritui. Etenim si Daniel angelum visurus semotus est, multo magis hos decebat secedere, tantum dei donũ accepturos. Vtrum igitur licet hoc pacto quæstionem propositam soluere, an sic potius accipiendum est, quòd de eo quod erat futurũ, perinde quasi iam factum esset sit loquutus: Velut quum dicit, Calcate serpentes & scorpios, & omnem virtutem inimici? Quã igitur ob causam nõ tum protinus aduenit spiritus? Oportebat, illos desiderio promissi teneri, atq; ita donum accipere. Ideoq; quum ipse digressus esset, tum aduenit spiritus: Qui si veniisset eo præsente, non habuisset illos tam ardens expectatio. Et ideo non protinus ab ascensione domini venit spiritus, sed post octo aut nouem dies. Itidem & nos tum maxime excitamur in Deum, quoties in necessitate constituti sumus. Sic & Ioannes tum maxime mittit discipulos ad Christum, quum maxime futurum

Ioan.11.

Spiritꝰ sanctus quare non statim missus.

Ioan.20.

Dan.8.

Luc.10.

Luc.7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum erat, vt opus esset Iesu, quando ille iam habitabat in carcere. Sed aliter exponi potest: Oportebat in cœlo comparere naturam nostrã, & perfectam reconciliationem fieri, ac tum venire spiritũ, quo purũ merumq; gaudium fieret. Nam si spiritu presente dominus quidem abisset, ille vero mansisset, nõ fuisset perinde magna consolatio: Siquidem sic erant affecti, vt admodum ægrè ab illo diuellerentur, vnde & consolans illos dicit, Expedit vobis, vt ego discedam. Itaq; diebus aliquot interiectis differt missionem spiritus, vt paulisper afflicti, & in necessitate, quemadmodũ dictum est, cõstituti, mox solido puroq; gaudio fruerentur. Porrò si spiritus esset minor aut inferior filio, non erat sufficiens consolatio. Sed quomodo dictum est illud, Expedit vobis? Ideo spiritui seruata est maior doctrinæ portio, ne putarent illum minorem. Iam illud cõsydera, quantam eis imposuerit necessitatem manendi Hierosolymis, ex eo quòd pollicetur sese illic exhibiturum spiritum: Nam ne rursum post ascensionẽ ipsius fugerent, hoc promisso, ceu vinculo quodam eos illic astringit. Cæterum quum dixisset,

Ioan. 11.

Spiritus æqualis filio.

Expectate promissionem patris, quam audistis ex me, subiecit, *Quoniam Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto post non multos hos dies.*] Demonstrat in sequentibus, quid intersit inter Ioannem & ipsum, non iam adumbratè, quemadmodum prius: vehementer enim obumbrarat sermonem, quum diceret, Qui autem minor est in regno cœlorum maior est eo: sed nunc manifestius, Ioãnes, inquit, baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Non iam vtitur testimonio, sed personæ tantum meminit, quò memoriam illis refricet eorum quæ prius dixerat, simulq; declarat eos iam maiores factos Ioanne, quandoquidem & ipsi baptizaturi erant spiritu. Neque dixit ego vos baptizo spiritu sancto, sed baptizabimini, nos interim docens, vt modestè de nobis sentiamus. Nam hoc iam ex Ioannis testimonio dilucidum erat, quòd ipse esset qui

Mat. 11.

bapti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

baptizaret, quum diceret. Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni. Atq; hac de causa, huius vnius facit mentionem. Igitur euangelia quidē eorum quæ Christus gessit ac dixit, narrationem & historiā quandam continent. Cæterum Actorum liber refert ea quæ alter ille paraclētus dixit ac fecit. Nam & tum quidem multa ipse faciebat. Quemadmodum & nunc Christus agit occulta vi, sicuti & tūc quoq; temporis agebat. Sed tum quidem per ipsum templum, nūc autem per Apostolos. Ac tum quidem in virgineum venit vterum, templumq; construxit, nunc verò in animos apostolicos. Rursum tum venit in specie columbæ, nunc in specie ignis. Quur ita? Videlicet illic præ se ferebat mansuetudinē, hic verò etiam vindictæ seueritatem. Tempestiuè sanè commonefecit iudicii: quīi enim iam oportebat peccata cōcedere atq; abire, plurima opus erat mansuetudine. Rursum posteaquam adepti sumus donum, iam instat iudicii & examinationis tempus. Sed quomodo dicit, baptizabimini, quum aqua non esset in cœnaculo? Quoniam in baptismo præcipua pars est spiritus, per quem & aqua fit efficax. Itaq; quemadmodum ipse dicitur vnctus, quum nequaquā vnctus esset oleo, sed accepisset spiritum sanctum, sic & baptizati dicuntur discipuli. Est & alia interpretatio. Comperire licet illos aqua fuisse tinctos. Idq; diuersis tēporibus. In nobis enim vtrunq; fit pariter, tunc verò disiunctim. Siquidem initio à Ioanne baptizati sunt. Id ne cui mirum videatur. Etenim si meretrices ac publicani ad baptismum illum venerūt, multo magis venerūt hi qui post erāt baptizandi spiritu. Post hæc ne dicerēt totum hoc nihil aliud esse quam pollicitationes: Iam enim multa de hoc baptismo dixerat, néue putarent, hanc spiritus vim talem vt nusquam appareret, reuocans illos ab huiusmodi suspicione dicit. *Post non multos hos dies.*] Nec expressit, quādo, quò semper vigilarent, tantūi dixit breui futurū ne deiicerētur animis: quando verò id esset futurum, nondum addidit, vt semper

Vnctio spiritus.

Apostoli à Ioanne baptizati.

essent

essent vigilantes, Nec hac re solū illos inducit ad credendum, videlicet breuitate temporis, verumetiam quum dicit promissionē quam audistis ex me. Porrò quod dicit hoc est, Non nunc, inquit, tantum dixi vobis, sed & iampridem promisi, quæ sine dubio factu-

Dies quare non exprimitur.

rus sum. Quid igitur miraris, si non exprimit diē, quo hæc erant perficienda: quandoquidē hunc instantem ac vicinū noluit esse manifestum, idq; iustissima sanè de causa: nimirū vt vigilantes sollicitius promissum expectarent. Non enim datur, non datur, inquam, gra-

4. Reg. 2.

tia nisi vigilāti. An nō vides quid dicat Helias discipulo: Si videris me quū abripiar, sic erit tibi: hoc est, continget tibi: quod postulas. Quin & Christus vndique ad ipsum confluentibus dicebat, Credis? Etenim nisi addicti fuerimus ei quod datur, ne sentiemus quidem magnopere beneficiū. Sic & Paulo nō statim data est gratia, sed triduū intercessit, quo fuit cæcus, atq; interim metu purgatur ac præparatur. Etenim quemadmodū qui purpuram tingūt, prius aliis quibusdam coloribus præparant id quod tincturam accipiet, ne flos dilutus & euanidus fiat: Itidem et hic prius animi solicitudinem Deus præparat, ac deinde infundit gratiā. Eandem ob causam nec spiritum illico misit, sed in die quinquagesimo. Quòd si quis dixerit, quare nō & nos eodem tempore baptizamus: illud sanè respōdere possumus, & gratia quidem tum esset eadem quæ nunc est: cæterum animus nunc fit sublimior & excelsior, dum ieiunio præparatur.

Pētecostes mysterium.

Quanquam et Pentecostes tempus habet aliquam rationem haud quaquam absurdam. Quam tandem dicis? Existimauerunt patres satis idoneum malæ cupiditatis frenum, magnamq; doctrinā esse baptismum ad hoc, vt etiam tempore deliciarum sobrietatem tuerentur. Itaque perinde quasi simul cum Christo cibum capiamus, communisq; cum illo mensæ participes simus, ne quid temerè faciamus, sed in ieiu-

Simile.

niis, in precibus, multaq; sobrietate degamus. Etenim si quis aditurus annonæ præfecturam, sibi parat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rat quicquid ad vitæ vsum pertinet, atq; vt sibi nõ nihil dignitatis assequatur, & pecunias consumit, & tempus impendit, & innumerabiles suffert labores: quo malo nos digni fuerimus, si cum tanta socordia regnum cœlorũ adierimus, neque vlla cura nosmet ipsos ad hoc præparauerimus, priusquã accipiamus: quin & postquã acceperimus socorditer egerimus? Ideo nanque posteaquã accepimus socordes sumus, quòd priusquam acciperemus non vigilauerimus. Ideo complures posteaquam acceperũt, protinus redierunt ad priorem vomitum, ac redditi deteriores, grauius supplicium sibi accersierunt, eo quòd à prioribus peccatis liberati, hoc pacto grauius etiam iudicis irã in se prouocarunt, dum tanto liberati morbo, ne sic quidem ad sanitatem mentis conuerti potuerint, quin illud potius illis vsu venit quod paralytico comminabatur Dominus, dicens: Ecce sanus factus es, noli posthac peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Item quod de Iudæis prædicabat, ostendens quòd illos ob ingratitudinem immedicabilia manerent mala. Si non veniſſem & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Itaq; posthac dupla & quadrupla peccata fiunt. Quî sic? Quoniam post exhibitam nobis dignationem ingrati sumus & improbi. Quapropter nihil nobis proficit lauacrum ad hoc vt mitius puniamur. Illud vero consydera. Habuit aliquis commissa grauia, vel homicidio, vel adulterio, vel alio quopiam facinore patrato, hæc per lauacrũ remissa sunt. Non enim est, non est, inquam, vllũ iam peccatum, vllaue impietas, quod non cedat, locumq; det, dono Dei. Nam diuina res est gratia. Denuo mœchatus est aliquis, aut homicidium perpetrauit: prius quidẽ adulterium condonatũ est, & homicidiũ illud simul cũ adulterio cõcessit, ac nequaq; reuocatur. Nesciunt enim pœnitentiã, dona, & vocatio Dei. Cæterum pro his, quæ post baptismũ commissa sunt, tantam damus pœnã, quasi & illa reuocata sint, ac multo etiam grauiorẽ. Iam enim nõ simplex peccatũ est,

Contra socordes locus communis.

Ioan. 5

Ioan. 15

Baptismo condonantur omnia.

Relapsi post baptismũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed duplex aut triplex, Quòd autẽ his grauior pœna debeatur, audi quid dicat Paulus. Qui spernit legem Mosi, sub duobus aut tribus testib⁹, absq; misericordia, morte luit pœnas. Quanto putatis grauiore vindicta dignus censebitur, qui filiũ Dei conculcarit, ac sanguinẽ testamẽti immundũ duxerit, ac spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Fortasse multos auertimus, ne nunc accipiant baptisma. Verũ non propterea diximus hæc, sed vt qui iam acceperunt, perseuerent in multa sobrietate multaq; modestia. At dicit aliquis, metuo. Si metueres accepisses vtiq; seruasses q;. Verũ ob hoc ipsum, inquiet, nõ accipio, quòd metuam. At nõ metuis sic ex hac vita decedere, Humanus, inquiet, est Deus. Igitur accipe baptismũ. Humanus enim est, & opitulatur. Tu vero vbi vigilãdum erat, non occupas istã humanitatem Dei: vbi vero tibi visum fuerit differre, tum venit in mentẽ illius humanitas. Atqui tunc erat tẽpus vtẽdi hac humanitate, quã tũ magis assequemur, quũ eam nostra sponte amplectemur. Etenim qui posteaquã curã vniuersam cõiecit in Deũ, post baptisma redierit in peccatũ, nimirũ homo, si pœnituerit, Dei benignitatem experietur. At qui veluti deludens Dei bonitatẽ, excesserit expers gratiæ, nullo pacto valebit effugere vindictã. Quur autẽ istiusmodi caussificationes aduersus tuã ipsius salutẽ vsurpas? Impossibile est, impossibile est inquã, eũ qui tali spe differt baptismũ, agere quicquã egregium aut honestũ. Tu verò cuius tandem rei gratia tantũ periculi recipis, & incertũ futuri amplecteris? Quin potius istum timorẽ mutas in laborẽ, ac studiũ vt magnus sis ac suspiciendus, Vtrum melius est metuere an laborare? Si quis te collocasset otiosum in domo ruinosa dicens, expecta donec in caput tuũ deciderit testudo iam putris, fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quod si id non placet, operare, ac tutissimum inhabita thalamũ: vtrum magis eligeres? ocium ne illud cum timore, an laborem cum securitate? Sic igitur & nunc facito. Siquidẽ incertus euen-

Baptismi dilatio periculosa.

tus

tus futuri ceu domus quædam est putris, semper ruinam minitans. At industria illa, quanquam laborem habet, tamen spondet securitatem. Absit igitur vt in tantã necessitatem incidamus, vt post baptisma recidamus in peccatum. Attamen si quid acciderit istiusmodi, nec sic quidem abijciamus spem, Benignus est erga genus mortale Deus, multasq; vias nobis dedit abolendorũ criminum etiam post baptisma cõmissorum. Cæterum quemadmodũ hi qui post baptismũ delinquunt, ob id grauius puniuntur quã catechumeni: ita qui sciunt esse pœnitẽtiæ remedium, nec eo volunt vti, grauiora luent supplicia. Etenim quò maior est Dei benignitas erga nos, hoc maior erit vltio, nisi illius benignitate sicut oportet vtamur. Quid ais homo, qui tãtis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus, semel vltioni supremæ subductus es, haud quaquã ex propriis laboribus, sed ex Dei dono. Rursus ad pristinã turpitudinem reuolutus es, dignus qui grauiter puniaris. At Deus ne sic quidem auersus est abs te, sed dedit innumeras reparãdę salutis occasiones, per quas redeas in gratiã. Et hæc quidẽ facit Deus. Tu vero ne tãta quidẽ lenitate prouocatus vis laborare. Et qua tandem venia posthac dignus habeberis? An non optimo iure gentes te ridebũt, ceu fucũ quempiã sterilẽ, frustraq; viuentem? Si potens & efficax est, inquit, philosophia, quã profitemini: ostẽdite quid sibi velit tãta nondũ initiatorũ multitudo. Præclara vero & expetẽda mysteria. At nullus animã agens, capit lotionẽ. Non enim illud est tempus mysteriorum, sed testamentorum. Mysteriorum tempus est, sanitas mentium, & puritas animarum. Etenim dic mihi, si quis ad istum affectus modum nolit scribere testamentũ, si vero scripserit etiã dat in posterum ansam rescindendi testamenti (siquidem propterea solẽt his verbis præfari, Viuus sanęque & integræ mentis ordinaui de bonis meis) qui fiet, vt qui iam sui compos esse desiit, possit ad plenum initiari mysteriis? Etenim si de rebus ad hanc vitam

De ijs qui baptizãtur in morte.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

corporalem pertinentibus ſtatuere volenti, non permitterēt leges ciuiles ordinare, quoties teſtari volēs non admodum conſtat animo, præſertim quūi de ſuis ipſius facultatibus præſcripturus ſit: quomodo qui de regno cœlorum docetur, deq; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum omnia percipere, frequenter à morbo factus attonitus? Quando vero futurum eſt vt illa verba dicas Chriſto, conſepultus cūi illo, quūi iam ſis mox abiturus? Nam factis & verbis oportet declarare beneuolentiam. Tu vero perinde facis, ac ſi quis tum poſtulet aſcribi militiæ, quūi iam bellum eſt ſoluendūi: aut ſi athleta tum veſtes exuat quūi iam ſurgere cœperint ſpectatores è theatro diſceſſuri. Siquidem in hoc arma ſumis, non vt protinus aufugias, ſed vt acceptis illis ex aduerſario trophæūi referas. Ne quis arbitretur intempeſtiuum eſſe hiſce de rebus ſermonem, eò quod nunc non eſt dies quadrageſimus. Nam hoc ipſum eſt quod vrit animūi meūi, in huiuſmodi rebus obſeruari tempus. Atqui Eunuchus ille, quum eſſet barbarus, & iter faceret, eſſetq; in via publica, non exquiſiuit opportunitatē, ſed ne carcerarius quidem ille, quum eſſet inter vinctos, cōſpicerétque doctorem cæſum ac vinctum, præſertim quum id temporis crederet illūi in carcere māſurum. Hic autem pleriq;, qui nec in carcere habitant, nec in itinere ſunt, proferunt ſalutis ſuæ negocium, idq; vſque ad extremūi vitæ halitum. Quod ſi adhuc ambigis, num CHRISTVS ſit Deus, ſtato foris, ne diuinos ſermones audias, néue teipſum inter catechumenos numeraris. Quod ſi fidis, & hoc certo cognoſcis, quid contaris? quid refugis? quid detrectas? Vereor, inquit, nec peccem. Verum illud quod periculoſius eſt nō vereris, ne cūi tantis ſarcinis abeas illuc? Nec enim idem eſt, gratiam in medio poſitam non aſſequi, & quum iam aggreſſus ſis ad honeſta tendere, fruſtrari.

Baptiſmi tē pus ſemper eſt. Exempla Eunuchi & cuſtodis carceris.

Agè dic mihi, ſi quis ſic tecum expoſtulet, quam ob cauſam non acceſſiſti? quam ob cauſam non pertendiſti quo cœperas? Quid dices? Nam illic fortaſſis habe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habebis quod cauſeris, onus præceptorū, ac difficultatē virtutis: at hic nihil iſtiuſmodi. Hic enim gratia eſt gratis largiēs libertatē. Sed vereris ne pecces. Iſtuc dicito poſt baptiſmū, tunc iſtum habeto metum, quo ſerues libertatē quam accepiſti, non, vt non accipias tantum donum gratis oblatū, Nunc vero contrà, ante baptiſma cautus es ac circunſpectus, poſt baptiſmum ſocors & incogitās. Sed tempus opportunum expectas quadrageſimæ. Qua gratia? Nunquid enim amplius habet illud tēpus? Ipſi Apoſtoli non in Paſcha donati ſunt hac gratia, ſed alio tēpore, Præterea quum baptizarentur tria milia & quinq; milia, non erat Paſchæ tēpus. Similiter quū baptizaretur Cornelius, & Eunuchus, aliiq; complures. Proinde ne tēpus expectemus, ne quando fiat, vt dum cōtamur & recraſtinamus, diſcedamus hinc inanes, vacuiq; tātis bonis. Quomodo creditis me diſcruciari animo, quoties aliquis nondū initiatus ex hac vita ſublatus fuerit, mecum reputantē, intollerabiles illos cruciatus, & ſupplicium ineuitabile, Rurſus quos æſtus pectoris ſentio, quoties alios video ſub extremū halitum feſtinantes ad initiationem, nec hinc fieri puriores? Eoq; ſanè multa fiunt indignā tāto Dei dono. Oportet enim epulari, choros ducere, gaudere & coronari, quoties alius initiatur. Aſt vbi vxor ægrotantis audierit hoc ordinatum eſſe à medico, veluti magnum aliquod malum acciderit, ita conſternatur ac plorat, ſingultus & eiulatus totam vndiq; domum implēt, non aliter quàm complorantur iudicū ſententia cōdemnati, quum ad capitis ſupplicīū adducuntur. Ille verò multo magis etiā plorat, & ſi contingat à morbo conualeſcere, grauius etiam dolet, velut affectus contumelia. Quoniam enim nondum præparatus eſt ad virtutem, contatur ac detrectat deinceps futura certamina. Vides quas artes excogitet diabol⁹, quod probrum, quantum ludibrium. Itaque ſubducamus nos à tali ludibrio, viuamus quemadmodum præcepit CHRISTVS. In hoc dedit baptiſmum, non vt eo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accepto mox decedamus, sed vt semper viuentes bap
tismi fructus proferamus. Quomodo dices hinc abe
unti: fructifica, quomodo dices idem iam ex arbore
Gal.5 exectos? Non audisti quod fructus spiritus est chari
tas, gaudium, pax? Quomodo igitur his diuersa pro
ueniunt? Siquidē vxor adstat lugens: quū oportuerit
gaudere, adstant liberi flentes: quum oportuerit gra
tulari parenti, ipse decumbēs in tenebris, tumultu ac
perturbatiōe plenus est: quum oporteat diem festum
agere, toto consternatus est animo quòd filios orbos
relinquat, quòd vxorem viduam, quòd domum de
solatam. Dic mihi quis ad istum modum adit myste
ria? Quis sic accedit ad sacram mensam? Hæccine fe
renda videntur? Si rex missis literis iubeat vinctos
è carcere dimitti, gaudium est ac lætitia. Deus autem
mittit spiritum è cœlis, non reliquias pecuniæ debi
tæ, sed vniuersa peccata cōdonans, & omnes fletis ac
Baptizari eiulatis? Quæ tandem est hæc inæqualitas? Nondum
mortuos commemoro, quod etiam mortuis infusa est aqua, &
ridiculū. quod sancta proiecta sint in terram. Non enim ve
stra culpa fiunt ista, sed ingratorum. Proinde exhor
tor vt omnibus rebus omissis, conuertamus nosmet
ipsos, ac baptismum omni cum animi prōptitudine
adeamus, vt posteaquam in hac quoque vita decla
rauerimus non vulgare studium animi nostri, futu
ram consequamur libertatem, quam nobis omnibus
contingat assequi, Gratia & benignitate Domini no
stri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula se
culorum, Amen.

HOMILIA II.

*Illi quidem igitur congregati interrogauerunt eum dicen
tes: Domine, num in tempore hoc restituis regnum
Israēli?*

QVum discipuli Dominum parant interroga
re, simul adeunt: hoc autem faciunt, quo pu
dore reuerentiaq; multitudinis quod scire de
siderant extorqueant. Nouerunt enim quod
prius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prius dixerat, nemini cognitum esse diē illum, repellentis fuisse sermonem, non ignorantis, sed differentis responsionē. Vnde rursus aggressi eadem percontātur. Nequaquam autem interrogassent, si verè persuasum habuissent. Nam quoniam audierant quòd spiritum essent accepturi, tanquā digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spē habebāt erectos animos. Non enim volebant sese conijcere in pericula, sed respirare potius ac refocillari, eo quòd non exigua forent, quæ illis contigerant, sed de extremis immineabat periculum. Nihil igitur de spiritu loquuti, interrogant, dicentes: Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israēli? Et non dixerunt: Quando restitues, sed an nunc, inquiunt. Adeo desiderabant diem cognoscere, eóque multo cum honore adeunt. Equidem arbitror, ne illud quidē aliquo pacto cognitum illis fuisse, quod tādem esset illud regnum. Nondum enim erat spiritus qui post docuit eos. Nec dicunt, quando hæc erunt, sed quid dicunt? Num in tempore hoc restituis regnum? tanquā quod iam sublatum erat. Hæc ad hunc modum scisscitantur, quod rebus sensibilibus adhuc afficerentur, quanquam nō æque ac prius. Nondum enim tum facti fuerant meliores. Sic in posterum maiora de eo imaginabantur. Itaque posteaquam ad altiora prouecti fuerant discipuli, & ipse sublimius cum illis differit. Non enim iam sic illis loquitur: Ne filius quidem hominis nouit illum diem. Quid igitur? *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.*] Maiora inquit, quàm quæ vobis conueniunt postulatis. Atqui iam didicerant his etiam multo maiora. Id quo magis ac plenius intelligas, vide quàm multa recensēam. Age dic mihi quid est maius quàm didicisse quæ iam didicerant? Didicerant enim, CHRISTVM esse filium Dei: didicerant quòd Deus filium haberet æqualem honore: didicerant resurrectionem futuram: didicerant futurum, quod nunc factum est, videlicet, quòd consedit ad dexteram

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patris? Insuper & quod est his magis stupendum, di-
dicerant quòd caro sedet in cœlis & adoratur ab an-
gelis: didicerant, quòd venturus esset rursus vt iudi-
cet mundum vniuersum: didicerant, quòd & ipsi es-
sent consessuri iudices duodecim tribuũ Israel: didice
rãt quòd Iudæi essent eiiciendi, ac pro his ingressuræ
Gentes. Hæc scire futura magnum est. Cæterũ disce-
re, quòd aliquis sit regnaturus, & quando nihil ma-
2. Cor. 12 gni est. Didicerat Paulus quæ fas nõ erat homini lo-
qui: Didicerat omnia quæ mundum hunc præcesse-
rant. Vtrum cognitu difficilius: Principium an finis?
Liquet prius illud esse magis arduum. Igitur & Mo-
ses hæc didicit: Et quando, & ante quantum tẽporis,
conditus esset mundus: id declarat per hoc quòd nu-
Eccl. 1 merat annos. Hoc & Solomon didicerat: proinde di-
cebat: Commemorabo ea quæ fuerunt à seculo. Itaq;
quòd post hæc Dominus breui venturus esset, norũt
Philip. 4 & hi, quemadmodũ & Paulus dicẽs: Dominus pro-
pe est, ne quid solliciti sitis. At tum quidem non no-
uerũt, tametsi signa tradiderat illis Dominus. CHRI-
STVS autẽ quemadmodũ antè dixit. Post nõ multos
hos dies, volens eos vigilare, nec euidenter aperuit
tempus, ita & hic facit. Quanquam & alioqui hic isti
non de fine mundi, sed de regno Israëlitico percontã-
tur, eoq; dicebant: Num in tempore hoc restituis re-
gnum Israel? Ille vero ne id quidem illis aperuit, De
fine vero mundi & prius interrogauerant, sed non
quemadmodum illic seuerius respondit, aduocans a-
nimos illorum ne putarent liberationem esse vicinã,
coniiciens eos in pericula, itidem & hic facit, sed mã-
suetius dat responsum. Etenim ne sibi viderentur il-
ludi, néue existimarent ista quæ dicebantur, præte-
xtus esse: audi quomodo pollicetur sese protinus eis
daturum, quo gauderent, Subiecit igitur:

Sed accipietis virtutem sancti spiritus superuenientis
in vos, eritisque mihi testes, tum Hierosolymæ, tum in to-
ta Iudæa & Samaria, & vsq; ad extrema terræ.] De-
inde ne rursus ipsum interrogarent, protinus assum-

ptus

ptus est. Quemadmodum igitur illic metu illis offudit tenebras, negãs se scire: sic & hic idem facit, post sermonem statim receptus in cœlum: vehementer enim id scire desiderabant, nec destitissent percontari, quum esset vehementer necessariũ, ne scirent, quod scire volebant. Age, dic mihi, vtrum minus credunt gentes, futuram ne mundi cõsummationem, an Deũ hominem esse factum, & è virginis vtero prodisse, & ab hominibus in carne conspectum esse? An hoc nequaquam dices, sed respõdebis: omnino tuum fuerit & hoc dicere. Atqui pudet me perpetuo hac de re loqui, veluti de negocio quopiam ancipiti vel indifferenti. Rursus ne dicant, quare suspendis caussam? Quæ pater, inquit, posuit in sua potestate. Atqui eadẽ est potestas patris, & illius, veluti quum dicit: Sicuti enim pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult, viuificat. An quum est operandum, eadem cum patre potestate operatur: vbi vero scire quippiã oportet, non cum eadem scit potestate? Attamen longe maius est excitare mortuos, q̃ scire diem. Quòd si cum potestate facit id quod maius est, multo magis faciet & alterum. Verum vt intelligatis rem, adhibita similitudine reddam dilucidiorem. Quemadmodũ quum videmus infantem plorantem, semperq; cupientẽ aliquid à nobis accipere, quo nihil illi est opus, tũ occultato potius quod concupiscit, ostendimus illi manus vacuas, dicentes: Ecce nõ habemus: Itidem & ille fecit Apostolis. Sed quemadmodum puer ille, si postea nihil ostendamus instat plorando, videns se esse delusum, deinde eo relicto discedimus dicentes, vocat me talis, & aliud quiddam eius loco quod cõcupiscebat damus, volẽtes illum auocare ab eo quod maluisset accipere, extollentesq; illud quod in alterius locum damus, eo dato repentè subducimus nos: Itidem fecit & CHRISTVS, illi quærebant accipere, hic negauit se habere. Attamen primum deterrebat. Cæterum vbi rursus quærerent, iterum negauit se habere, nisi quòd nunc non territat: verum postea

Ioan. 5.

Simile.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quam ostenderat, quod fecerat, dicit etiam probabilem causſam, Pater, inquit, posuit in sua potestate. Quid igitur, Nescis ea quę sunt patris? An ipsum quidem nosti, cæterum quæ facit ignoras? Ipse dixisti:
Luc.10. Nemo nouit patrem nisi filius, Et spiritus quidē omnia scrutatur, etiā profunda Dei: tu vero ne hoc quidem scis? Absit, Non vt hoc suspicemur ad istum loquutus est modū, Sed ita se gerit, quasi nesciat, quò illos reuocet ab intempestiua inquisitione. Timuerūt
Mat.15. igitur iterū interrogare, ne audirent: Et vos sine intellectu estis? Longe magis enim illū nunc metuunt, quàm antea. *Sed accipietis virtutem spiritus sancti superueniētis in vos.*] Quēadmodum illic non respōdet ad ea quæ percōtabantur: nam hoc doctoris est, docere nō quæ vult discipulus, sed quę discere expedit: sic & hic quæ concessit illis scire, ideo prædicit, ne turbarentur, nimirum adhuc etiam imbecilles. Vt autē illos confirmaret, erexit illorum animos, simulq; texit ea quæ erant auditu grauia. Nam quū esset illos paulò post relicturus hæc colloquēs cum illis, nihil dicit molestū simpliciter, sed cum admixta laude mitigat per hæc quæ nunc facit, illud propemodum dicens: Ne formidetis, capietis enim virtutem superuenientis in vos spiritus, & eritis mihi testes, & Hierosolymis, & in tota Iudæa ac Samaria. Quandoquidem an-
Mat.10. tè dixerat: In viam Gentiū non abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne ingrediamini. Nunc autem vult eos per omnem Iudæam ac Samariam prædicare. Et quod tum reticuerat hic addit: *Et vsq; ad extremum terræ.*] eloquutus quod erat omnium maxime formidabile. Deinde ne rursus ipsum interrogarent, *Videntibus illis subleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.*] Vides eos prædicasse, & implesse Euangelium? Vere rem magnam illis donauit. Cæterū vbi, inquit, timuistis Hierosolymis, illic primū prædicate, post vsq; ad extremum terræ. Deinde rursus astruitur fides his quæ dixerat. Videntibus illis eleuatus est, inquit, Non resurrexit quidē illis videntibus,

bus, sed videntibus illis eleuatus est. Quoniã nec hic aspectus potuit omnia. Et resurrectionis finem quidem viderant, principiũ vero nõ item. Rursus assumptionis initiũ quidem viderunt, finem vero nõ item. Siquidem illud abstulit, videlicet vti resurrectionis principium viderent, quum præsens esset qui hæc loquebatur, quũ ipsum monumentũ declararet ipsum illic non esse. Cæterũ quod restabat, sermone discendum erat. Quoniam oculi non poterant assequi celsitudinem vt viderent, vtrum in cœlum ascenderet, an velut in cœlum, vide quid fiat. Quòd idem IESVS esset, sciebant ex his quæ loquutus fuerat ad ipsos: q̃ autem susceptus esset in cœlum, ipsi deinde docuerũt angeli. Eminus enim nõ potuissent agnoscere. Vides sic rerum ordinem esse dispensatum, vt nõ omnia gererentur per spiritũ, verumetiã nõnulla visu. Quamobrem autem nubes suscepit eum? Et hoc signũ erat illum in cœlum ascendere. Non ignis, neque currus igneus, quemadmodum factum est in Helia, sed nubes eum suscepit, quod erat cœli symbolũ: quemadmodum dicit Propheta, Qui posuit in nube ascẽsum suum. Quanquam hoc et de spiritu dictum est: ideoq̃ dicit, in nube: declarans q̃ in ipso signo diuinæ potentiæ ascẽderet. Nec enim alia virtus vlla videtur in nube. Audi rursus quid dicat alius Propheta, Deus sedet super nubẽ leuem. Mihi sanè videtur hæc, quũ adhuc interrogarent, illis vehementer attendentibus iis quæ dicebantur, vigilantibus minimeq̃ dormitantibus esse facta. Quanquam etiam in monte nubes cinxit illum, quum Moses ingrederetur in caliginem, verum non illius caussa adhibita est nubes. Ipse vero non dixit simpliciter vado, ne rursus mœrore afficerentur: sed addidit, Mitto spiritum. Nam quòd abiret in cœlum, oculis ipsis didicerunt. Papè, quo spectaculo dignatus est illos Dominus. Erant, inquit, intendentes oculos in cœlum, eunte illo.

Sẽsus quædam traditæ fidei.

4. Reg. 2.

Psal. 103

Esa. 19.

Exo. 33.

Et ecce viri duo astiterunt illis in veste candida, qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlũ.]

Hic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hic demõstrantis est sermo, quo vsi sunt, quĩ aiunt, *Hic qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quẽadmodum vidistis illum euntem in cœlum.*] Iterum læta rerum facies ostenditur. Siquidem angeli quidam simul coniuncti humanam speciem præ se ferentes, assistunt & aiunt, Viri Galilæi. Supereſt vt digni videantur, quibus fides habeatur, in his de quibus loquuntur. Itaq; veluti dignitate præminentes, è loci vocabulo compellant illos. Quid enim alioqui opus erat, eos audire cuius essent patriæ, quum id nequaquam ignorarent? Quin & ipsa specie reddiderunt illos in se intentos, videlicet hoc quoq; modo declarantes, quòd essent è cœlo profecti. Quam ob caussam, non ipse potius Dominus hæc discipulis loquitur, q̃ angeli? Imò præuenerat Dominus, atque hæc omnia prædixerat suis. Proinde per angelos commonefacit illos eorũ quæ audierant. Nec dictum est, quem vidistis assumptũ, sed, euntem in cœlum: nimirũ vt intelligas hanc assumptionem esse reditum siue ascensum. Carnis autẽ est assumi, eoq; dicunt, qui assumptus est à vobis, sic veniet. Nõ mittetur, sed veniet. Vbi sunt igitur, qui dicũt filium patre minorem? Nubes suscepit eum. Recte dictum est, eum. Ipse enim conscẽdit nubẽ. Proinde qui ascendit, ipse est qui descendit. Hic vero mihi cõsydera, quomodo partim quidem iuxta discipulorum intelligentiã loquantur angeli, partim vero iuxta diuinæ naturę dignitatem, tum quo pacto deinceps cogitatio videntium tollatur in altum, eo quòd illis secundi aduentus non mediocris cognitio data sit. Siquidem hæc verba, Sic veniet: perinde valent, ac si dicerẽt, cum ipso corpore veniet. Nam hoc audire cupiebant: deinde declarant, quòd similiter nubi insidens iterum venturus esset ad iudicium. *Et ecce*, inquit, *viri duo astiterunt.*] Quur ait, viri? Nam tota specie viros repræsentabãt, ne pauore consternarentur. Qui & dixerunt, *Quid statis intuentes in cœlum?*] Protinus addunt castigantiũ verba, quæq; nõ sinerent illos protinus expectare reditũ illius. Angeli

Ephe. 4.

quod

quod minus est dicunt, quod maius est tacent. Quòd enim sic esset venturus, quodq; idem è cœlo foret expectandus eloquuntur. Cæterum quãdo id esset futurum, silent. Deinceps igitur illos ab eo spectaculo seuocatos, reddũt attentos ad ea quę dicebãtur, ne quoniam non poterant iam videre Dominum, crederent illum nõ ascendisse. Verum hanc cognitionẽ suis verbis occupant ac preueniunt. Etenim si prius dicebãt, quo vadis? multo magis & nũc dixissent, nõ in tempore hoc restituis regnũ Israel? Vsqueadeo delectabantur illius mansuetudine, vt etiam post crucem ac mortem percõtarentur illum, Num restituis? Atqui prius illis dixerat, Audietis bella & rumores de bellis, sed nondũ finis, neq; Hierosolyma capietur. Nam tum de regno percõtabantur, non de consummatione mundi. Quãquam & aliãs, posteaquam resurrexerat Dominus, nõ miscet cum suis prolixos sermones. Igitur sanè velut ipsi quoq; futuri in precio si id eueniret, percontantur. Ipse vero non aperuit, quãdo restitueret regnum. Quid enim opus erat illos hoc scire? Hoc ergo veriti, non rursum ita loquuntur, quod signũ aduentus tui, & cõsummationis seculi: sed hũc in modum interrogãt, Num restituis regnum Israel? Existimabãt enim iam illud adesse. Ipse parabolis docuerat illos, quòd non esset in propinquo. Itaque hoc percontantibus nõ respondit ad percontationem, verum aliũ sermonem iniecit: Sed accipietis, inquiens, virtutem sancti spiritus superueniẽtis in vos. Hic illud cõsydera, quod dixit, superuenientis, nõ missi: nimirum quô declararet honoris æqualitatem. Vbi es igitur ô tu qui bellans aduersus spiritum, creaturã illum facis? *Eritis mihi testes.*] Innuit assumptionẽ, quin potius eorum quæ prius audierant memoriam illis renouat, vt palàm faceret, quòd in cœlum ascendisset. Animaduerte vero, quòd quemadmodum dixit Dauid, Nubes & caligo in circuitu eius, ita nunc ad id alludit dicens, Nubes suscepit eum: his verbis declarans illum esse regem cœlorum. Quemadmodũ

Ioan.15.

Mar.13.

Mat.24.

Psal.96.

currus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

currus regalis declarat ipsum regem, sic & ad illum missum est regale vehiculum, ne quid triste loque-
4. Reg. 2. rentur, nec idem illis accideret, quod accidit Helisęo, qui magistro assumpto in cœlum, dilacerauit tunicam suam. Quid autem dicunt angeli? *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet. Et ecce viri duo astiterunt illis.*] Congruenter. Siquidem in ore duo-
Deut. 17. rum testium stabit omne verbum, præsertim quum eadem loquantur. Et in veste, inquit, candida. Quem-
Mat. 28 admodum antè iam angelus ad monumentum visus est in vestimentis fulgurantibus, qui & prędixit illis quid in animo versarent, sic & assumptionis præco exhibetur angelus. Quod si prophetæ nusquã prædixerunt, ne mireris. Superuacaneum enim erat, separatim eius rei mentionem facere, cuius intellectus cum resurrectionis intelligentia, cõiunctus est. Cæterum vbicq; apparẽt angeli, velut in natiuitate, rursus apud Mariam. Iterum in resurrectione. Itidem apparuerũt & in assumptione. Magis autem & in secundo aduentu apparebunt angeli præcursores. Quum vero sic essent loquuti, Hic Iesus assumptus est à vobis: ne consternarent illorũ animos, subiecerunt, Sic veniet: Respirarunt aliquantulum quum audissent eum denuo rediturum: prętera sic rediturum, vt intelligerent illum sic rediturũ, vt adiri possit. Rursus hæc particula, A vobis, non simpliciter addita est, sed cõmendat Domini charitatem erga illos, quos è mundo selegerat, docetq; eum nũquam deserturum, quos elegerat. Itaq; suæ quidem resurrectionis ipse fuit testis, quod id esset omnium maximè mirandum, quæ acciderant post virginis partum, imò & omnium quæ contigerunt ante virginis partũ, videlicet q̃ ipse suscitaret
Ioan. 2. seipsum. Ait enim, Soluite templum hoc, & ego excitabo illud. Cæterũ posterioris aduentus angeli fuére testes, dicẽtes, Sic veniet. Proinde si quis desiderat vi-
Excessus in locum cõmunẽ. dere Christum, si quis dolet q̃ illum nõ viderit, hoc angelorum audito sermone, Sic veniet: vitam admirandis virtutibus componat, & omnino visurus est quem

quem desiderat, nec frustrabitur suo voto. Nã maiore cum gloria veniet, sic tamen veniet cum nube: sic veniet cum corpore: sed multo magis admirandũ est videre eum è cœlo descendentem, q̃ è terris in cœlũ ascendentem. Venturum igitur dixerunt, in quo vero venturus sit, nondum addiderunt. Hic sermo confirmat resurrectionis fidem. Etenim si in corpore assumptus est, multo magis cum corpore resurrexit. Vbi sunt, qui pertinaciter negant resurrectionẽ? Qui sunt, dic mihi, Ethnici, an Christiani? Nõ enim satis agnosco. Quin potius optimè noui, nimirũ Ethnici sunt, qui nec mundũ à Deo conditum credunt. Nam eorundem est, non cõcedere Deo potestatem aliquid è nihilo creandi, & negare illum posse suscitare, quæ sepulta sunt. Mox erubescentes quòd non cognoscãt virtutem Dei, ne vocentur in hoc crimẽ tergiuersantur, dicentes, Non eò hæc dicimus, sed quòd corpore non sit opus. Aptum profecto congruumq; responsum. Fatuus enim, vt dicit Esaias, fatua loquitur. An nõ pudet detrahere Deo potestatem ex nihilo creandi quæ vult? Quòd si tantum creat ex his quæ sunt, qua re differt ab hominibus? Sed vnde, inquit, mala? At tu quia non intelligis vnde, non ideo debes aliud inducere malum in cognitione malorum. Hic enim gemina cõmittitur absurditas, altera quidem quòd sic audes loqui: Etenim si negas Deũ ex his quæ non sunt creare quæ sunt, multo magis ignorabis vnde sint mala. Altera vero, quòd dum ista dicis, inducis malitiam increatam. Cogita quàm sit absurdũ, dum studes inuenire fontem malorum, & hunc ignorare, & alterum huic addere. Quære fontem malorum, & ne blasphemias inferas Deo. Quomodo, inquit, blasphemias infero Deo? Quid ais? An non blasphemus es, dum malum inducis increatum, dum illi tribuis potestatem Deo parem? Dum vim malorũ inducis, æqualis cum Deo potẽtiæ, dum malũ facis increatũ? Vide quid dicat Paulus, Inuisibilia enim illi ex creatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta con-

Esa. 32.

Cõtra Manichæos.

Rom. 1.

conſpiciuntur. Cæterum ille diabolus vtraq; dixit eſſe hyles, hoc eſt, primę materiæ, ne deinceps vlla ex re Deum cognoſcamus. Agè dic mihi, vtrum difficilius, creare quod natura ſit malum, ſi tamen vllum eſt (Loquor enim iuxta veſtram ſententiam. Non enim poteſt creari natura malum, quod bono ſit adiumento) an creare ex non extãtibus? Vtrum facilius? Verbi cauſſa de qualitate loquor, eam quę non ſit inducere, an quæ ſit in diuerſum vertere? Vtrum difficilius? domum quæ non ſit extruere, an deſertam inſtaurare? Perſpicuũ eſt illud eſſe difficilius. Non hoc igitur impoſſibile. Quemadmodum autem hoc impoſſibile, ita & illud impoſſibile. Sic enim loquor, vt in contrariũ colligam diſputandi gratia. Quin potius ſi hoc nõ eſt impoſſibile, nec alterum erit impoſſibile. Agê dic mihi, vtrum facilius vnguentum confice re, an efficere vt cœnum habeat eandẽ vim, quam habet vnguentum? Vtrum facilius? quãdoquidẽ Deũ noſtris rationibus effingimus, non nos, abſit hoc, ſed vos potius. Ipſos oculos vt ſint creare, an efficere, vt cæcus videat acutius videntes? & ipſa cæcitate abuti ad acuendum viſum, & ſurditate abuti ad facultatẽ audiendi? Mihi videtur prius illud difficilius. Quod ergo difficilius eſt quũ tribuas Deo, quod facilius eſt eidem non tribuis. Sed quid hæc cõmemoro? Etiam animas aiunt ex Dei ſubſtãtia profectas eſſe. At vide quantæ hoc impietatis, quantæq; dementiæ: dũ enim probare nituntur Deum eſſe malorũ autorem, aliud magis etiam impium inducunt. Primum enim fingunt mala iuxta temporis ſpatiũ æqualia Deo, prædicantes hunc nihilo vetuſtiorem quolibet illorum. Nec verentur his ſenectutem, ac longæuitatẽ immenſam dare. Deinde malitiam aſſeuerant immortalem, neq; enim interit quod nõ naſcitur. Videtis blaſphemiã? ita neceſſe eſt, vt aut nihil ſit à Deo: aut ſi hæc nõ ſunt, ne Deũ quidẽ eſſe. Quôd tertio loco propoſueram, in hoc ipſi ſecũ pugnant, ac maiorem æterni numinis indignationẽ in ſe prouocant. Quartũ eſt, q

mate/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

materiæ quæ non subsistit, tantã vim tribuunt. Quin tum, quòd aiunt malitiã fuisse caussam diuinæ bonitatis, quodq; absq; hac Deus, qui bonus est, nõ fuerit futurus bonus. Sextũ, q̃ viam nobis pręcludunt perueniendi ad cognitionẽ Dei. Septimũ, q̃ Deum ad homines deducunt, imò ad plantas & ligna. Etenim si nostra anima pars est substantiæ diuinæ, anima vero demigrat etiã in corpora cucurbitarũ, peponũ, & ceparum, cõsequitur vt substantia Dei sit in cucurbitis. Iam si dicamus, q̃ spiritus sanctus in virgine construxerit templũ Dei, deridẽt. Si dixerimus q̃ Deus habitarit in spirituali tẽplo, rursus irrident. Ipsos vero non pudet Dei substantiã in cucurbitas, pepones, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatriæ specie reperta: At nõ cepe, inquit, in Deo est, sed Deus est in cepe. Quur fugis ne videaris Deo tribuere demigrationẽ in corpora? Turpe est, inquis. An nõ igitur istud multo turpius? An nõ hoc turpe est? Quo modo nõ turpe sit in Deũ, quod si nobis cõtingat, re vera turpe futurũ sit? Videtis ne fecem impietatis? Sed quãobrem tandẽ nolunt corpora resurgere? Quid hic adferunt? An q̃ corpus sit malũ? vnde igitur nosti Deum? vnde habes rerũ cognitionẽ? Tum philosophus quo pacto philosophus est, si nihil efficit corpus? Destrue sensus, & disce aliquid eorum quę scire est opus. Quid autẽ insipientius esset anima, si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si vna corporis parte corrupta, nimirũ cerebro, lædítur vniuersa vis animæ, quid futurum censes, si cæteræ quoq; corporis partes corrumpãtur? Vbi fuerit vtilis anima? Ostende mihi animã sine corpore. An nõ audisti medicos aliquãdo dicentes: Morbus quum adest, vehemẽter obscurat animę vires? Quousq; persistetis? Dic mihi, num corpus est materiæ? Pulchrè. Igitur habendum erat odio? Quur igitur illud alis? quare foues? Quin potius liberãda erat anima ab hoc carcere. Nã alioqui Deus nõ potest vincere materiã, nisi illi commisceatur. Non enim potest illi præcipere, donec illi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mixtus fuerit,ac per vniuersam materiam cõstiterit, O imbecillitatẽ. Rex quidẽ imperando peragit oia, Deus autem malis non imperat.Imò in totũ nisi malitia boni cuiuspiam fuisset particeps, ne subsisteret quidem: talis est enim natura mali,vt non consistat, nisi virtuti,cuipiam admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malitia admixta virtuti,iã olim perierat. Nã hunc in modum sese habẽt mala.Sit aliquis lasciuus, quiq; sese prorsus non temperet, num vixerit decem dies? Sit rursus latro quispiam,quem à nullo facinore retrahat conscientia, sit etiam talis erga latrocinij socios,nũ vixerit omnino? Sit aliquis fur impudens, qui non vereatur etiam palam furari,nũ viuet istiusmodi? Mala non habent naturam, vt ex sese possint subsistere,nisi paulum aliquid à virtutibus ceperint: Sic ista deus cõparauit,vt ex alteris altera sint admixta.Sit ciuitas virorũ improborũ,an stabit vnq? sed fac stare malos,vtrũ stabunt iuncti bonis,an inter se
Rom.1. se? At fieri non potest vt soli stent. Verè stulti facti sunt,quum se dicant esse sapientes. Si corpus malum est, oia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt quæ conspiciũtur,aqua,terra,sol & aër.Siquidem & aër corpus est, quanquam inuisibile. Tempestiuum igitur existimarunt iniqui loqui nugalia. Verũ ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obturemus aures.Est enim,est inquã, corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrum quod est Hierosolymis: hoc declarat lignum,cui fuit alligatus,quum flagellis cæderetur.Comedimus enim,inquit, & bibimus cum illo.Credamus itaq; resurrectionem,& hac digna operemur, quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu domino nostro,cui cum Patre & Spiritu sancto,gloria,imperium, honor nũc & semper & in sæcula sæculorum. AMEN.

HOMILIA III.

TVNC REVERSI SVNT HIEROSOLYMAM à monte qui dicitur Oliueti,qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.

Tunc

Vnc, inquit, *reuersi sunt*.] Tunc, Quando? Postquam audierant. Alioqui non sustinuissent, nisi alter aduentus ipsis promissus fuisset. Mihi verò videtur hæc in sabbato gesta fuisse, alioqui non ad istum modum indicasset interuallum loci, dicens. *A monte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.*] Etenim certa viæ longitudo præscripta fuerat, quam peragere fas esset die sabbati. Et quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculum, vbi erant permanentes. Itaq; posthac Hierosolymis manebant post Domini resurrectionem Petrus, Iacobus & Ioãnes. Non hic iam solus cum fratre recensetur, sed & Andreas cum Petro. *Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, ac Iudas Iacobi.*] Rectè mentionem fecit discipulorum. Postquam enim vnus prodidit, alter diffisus est, declarat quòd vno excepto, reliqui essent incolumes. *Hi omnes erant vnanimiter perseuerãtes in deprecatione & obsecratione cũ mulieribus.*] Pulchrè. Magna siquidem armatura in tẽtationibus est deprecatio, & hoc abundè didicerant prius ab ipso magistro. Quanquam & alioqui præsens tentatio ad orandum illos adegit. Atq; hac gratia conscendũt etiam cœnaculum. Vehementer enim metuebant Iudæos. *Cum mulieribus.*] De his loquitur de quibus narrant euangelia, quòd Dominum sint sequutæ. *Matt. 27. Ioan. 19.*

Et Maria matre Iesu, & fratribus eius.] Quomodo igitur dictum est, quòd peculiariter in sua receperit eam ille discipulus? Sed rursus vbi congregasset illos, ita demum & illa simul aderat. *Et cum fratribus eius.*] De his loquitur, qui prius diffisi fuerant.

Et in diebus illis surgens Petrus in medio discipulorũ dixit.] Quàm est feruidus? Quàm agnoscit creditum à Christo gregem? Quàm in hoc choro princeps est? & vbique primus omnium incipit loqui. Erat autem turba hominum, inquit, simul ferè centum viginti. *Viri fratres oportebat impleri scripturam hanc quam prædixit Spiritus sanctus.*] Quur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non solus à Christo postulauit, vt ipsi daret aliquem substituendum in locum Iudæ? Deinde, quur nõ potius per seipsos perficiunt electionẽ? Iam Petrus erat seipso factus melior. Hoc ad priorem quæstionẽ responsum esto. Alterius verò, quamobrem non simpliciter, aut vulgari more, sed ex reuelatione postularint suppleri ministerium, duas causas adferemus: vnã quidem, quòd aliis rebus essent occupati: alterã, q̃ hoc esset certissimũ argumẽtum, Christum adhuc illis adesse. Quemadmodum enim quũ præsens esset, elegerat: ita & absens, elegit. Ea res non mediocre momẽtum habebat ad cõsolandos discipulorũ animos. Iam & illud consydera q̃ Petrus egit omnia ex communi discipulorũ sententia, nihil autoritate sua, nihil cum imperio. Neq̃ simpliciter dixit, hunc in locũ Iudæ sufficimus, sed cõsolans illos super eo quod acciderat, vide quo pacto dicendi sumit exordium. Neq̃ enim Iudæ factum mediocriter consternauerat illorum animos. Nec id tibi mirum videri debet. Et enim si nunc vulgus hoc factum traducit, quid illos tum dixisse consentaneum est? *Viri*, inquit, *fratres*.] Si dominus suos discipulos fratres appellauit, multo magis conuenit vt Petrus suos condiscipulos appellaret, quapropter & omnibus præsentibus sic loquutus est. Ecce dignitas ecclesiæ, & status angelicus. Nullus erat illic ab aliis diuulsus, non masculus, non fœmina. Tales optarim & nunc esse cõgregationes. Nullus erat solicitus de his quæ ad corporis victum pertinent, nullum torquebat cura rei domesticæ. Tãtum boni affert tentatio. Tantum commodorum habet afflictio. *Oportebat impleri scripturã hanc quam prædixit Spiritussanctus.*] Semper consolatur illos ex eo quòd ante fore prædictum sit. Itidem & Christus vbiq̃ facit. Quem morem seruans & Lucas, ostendit nihil accidisse noui, sed quod iam olim prædictum erat, fore. *Oportet*, inquit, *impleri scripturam hanc quã prædixit Spiritussanctus per os Dauid.*] Nõ ait, Dauid dixit, sed spiritus per eum. Consydera in ipsis statim

Ecclesiæ primæ status.

libri

libri principiis, qua doctrinæ ratione sit vsus. Vide quòd aggressus hoc opus scribere, non abs re dicebam, hunc librum arbitrio Sanctiſpiritus conscriptũ esse. *Quam prædixit*, inquit, *Spiritus sanctus per os Dauid.*] Perpende quomodo prophetam reddit familiarem, eumq; adducit in medium, sciens & ipsis fratribus expedire, vt intelligant hoc per Dauid fuisse dictum, & non per alium prophetam. *De Iuda* inquit, *qui dux fuit.*] Vide & hic hominis prudentem moderationem. Non dicit cõtumeliam, neq; insultat dicens, de sceleſto illo, & omnibus sceleribus inquinato, sed simpliciter quod accidit, indicat. Neq; dicit de eo qui prodidit, sed in alios detorquet crimẽ, per quos ad hoc deuenit. At ne illos quidem acriter mordet. *Qui dux*, inquit, *fuit comprehendentibus Iesum.*] At priusquam eloquatur vbi prædixerat hoc Dauid, narrat quod accidit Iudæ, vt ex præsentibus crederẽt futura, ostẽderetq; Iudã iam dedisse pœnas. *Quoniam cõnumeratus erat nobiscum, & sortitus est sortem ministerii huius. Hic quidem igitur possedit agrũ ex mercede iniquitatis*] Moralem reddit sermonem, & latenter crimen aperit, quod ita conducat ad correptionem. Non dicit, Iudæi possederũt: sed, hic agrũ possedit. Etenim quoniam infirmorum animi non tã respiciunt ad futura, quàm ad præsentia, de vindicta præsente cõmemorat. *Et suspensus crepuit medius.*] Recte non in peccato, sed in vltione sermonem facit acriorem. *Et effusa sunt*, inquit, *omnia viscera eius.*] Hoc audientibus adferebat consolationem. *Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymis, adeò vt vocaretur ager ille propria ipsorum lingua Aceldama, hoc est, ager sanguinis.*] Iudæi quidem hoc cognomen indidére agro, non ob agrum ipsum, sed propter Iudam. Nam is agrum adduxit in hoc nouum cognomen, impietatis suæ cognomen ferens ab hostibus. Id sentire Lucam declarat, tum id quod ait, nominauerunt: tum illud quod mox subiicit, propria ipsorũ lingua. Deinde post digressionem nominatim Pro-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Psal.68. Psal.108. phetæ verba subiicit, dicens: *Scriptū est enim in libro Psalmorum, Fiat commemoratio ipsorum deserta, nec sit qui inhabitet in ea.*] Hoc de loco, deq; domo: & episcopatum eius accipiat alter; hoc est, principatum, sacerdotium. Proinde non hæc accidunt, inquit, meo consilio, meaq; voluntate, sed illius qui hæc prædixit, ne videretur ipse rem arduā conari, sed talem cui Christus testem adhibuerit Prophetam. *Oportet igitur*, inquit, *è nobis congregatis in omni tempore.*] Quamobrem cōmunicat hoc negotium cū illis? Ne res verteretur in pugnam, ac delaberetur in contentionem. Nam si his ipsis hoc accidit, multo magis accidisset illis. Semper autem hoc deuitat, quamobrē exordiēs dicebat, *Viri fratres oportet eligere è nobis.*] Multitudini permittit iudiciū, simul eos qui eligebātur, reddens reuerendos, & seipsum liberās ab inuidia simultateq;, quæ poterat à cæteris oboriri. Nam hæc semper ingentia gignit mala. Quod igitur sic oportuit fieri, docuit adducto Prophetæ testimonio. E quibus autem oporteat fieri electionem, ipse interpretatur dicens, Et congregatis nobis per omne tempus. Etenim si dixisset, modestos oportet adesse, cæteros affecisset contumelia. Nunc autem tempori permisit iudicandi negotium, non simpliciter dicens congregatis, sed addit: *In omni tempore, quo exiuit & intrauit ad nos dominus Iesus, exorsus à baptismo Ioannis usque ad diem quo assumptus est à nobis: testē resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex his.*] Vt fieret quid? Ne chorus non haberet suum numerum. Quid? An non licebat ipsi eligere? Licebat, & quidem maximè. Verum id non facit, ne cui videretur grātificari. Quāquam alioqui nondum erat particeps spiritus.

Et statuerunt, inquit, *duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, cognomento Iustum, ac Matthiam.*] Non ipse eos statuit, sed omnes. Cæterum sentētiam ipse protulit, sed hanc quoque declarans suam nō esse, sed è superis profectam iuxta prophetiā. Itaque recitator fuit, non præceptor. *Ioseph qui dicebatur Barsabas, cognomento*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mento Iustus.] Fortassis ob multos cognomines posuit & agnomen & cognomen, quãdoquidem & inter Apostolos complures erant cognomines, Iacobus Zebedæi, & Iacobus Alphæi: Simon Petrus, & Simon Zelotes: Iudas Iacobi, & Iudas Iscariotes. Quanquam iuxta alium sensum ex vitæ mutatione, aut fortassis ex instituto cognomen est additum.

Statuerunt, inquit, *Ioseph, qui vocabatur Barsabas, cognomento Iustum, & Matthiam. Et orantes dicebant, Tu domine qui nosti omnium corda, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, vt accipiat sortem ministerii huius, & apostolici muneris: vnde præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum.*] Rectè commemorant illius peccatum, declarantes se testem quærere, non supplẽtes numerum, sed non sinentes eum imminui.

Et dederunt sortes suas.] Quoniam non erat spiritus, sortibus rem peragunt. Et cecidit sors super Matthiam, & suffragiis additus est vndecim Apostolis. *Tunc*, ait, *reuersi sunt Hierosolymam a monte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.*] Hoc ait, vt declararet illos non facere longum iter: Ne quid terroris accideret, pauent adhuc metuuntq; sibi. *Quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculum.*] Non enim audebant in ciuitate comparere. A recta ascenderunt in cœnaculum, ne promptum esset ac facile illos comprehendere. *Et erant*, inquit, *vnanimiter perseuerantes in precatione.*] Vides quàm fuerint vigilantes. Duo quædam de illis testificatur, alterum quòd in precibus perseuerarent, alterum q; vnanimiter velut hoc eodem animo facientes. Ioseph itaq; forsitan iam erat vita defunctus, eoq; noluit huius facere mentionem. Neq; enim quĩ fratres crediderant ille erat incredulus, qui crediderat ante omnes. Quapropter non videtur vulgari more ad hunc attendere, velut ad hominem, id quod declaratur ex eo quòd mater dicit, Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Ante omnes igitur ille cognouit dominum. Ad fratres autem dicebat CHRISTVS, *Luc. 2.* *Ioan. 7.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ioan.7. Non potest mundus vos odisse, me autem odit. Vide verò Iacobi modestiam. Is acceperat Hierosolymis episcopi munus, & tamen hic nihil loquitur. Consydera autem & aliorum discipulorum singularem modestiam, quo pacto concedunt ei solium, nec amplius ambigunt disceptãtes inter sese, Illorũ enim ecclesia talis erat qualis est in cœlis, nihil habẽs rerũ mundanarum, non parietibus, non marmoribus, sed feruore eorum qui conuenerant relucens. *Erant*, inquit, *fermè cẽtum viginti.*] Fortassis septuaginta, quos selegerat, aut alii quoq; probiores, qualis est hic Ioseph, Matthias, mulieres quæ á Galilæa sequutæ fuerant illum, simul & vbique adfuerant. Hæc doctoris prouidentia. Primus hic doctorem cõstituit: Non dixit, nos ad docendum sufficimus. Vsqueadeò aberat ab omni inanis gloriæ studio, & ad vnum tãtum spectabat. Quanquam autem habebat constituendi ius par omnibus, tamen hæc congruenter fiebant ob virtutem viri, & ob hoc, ꝙ tum tẽporis, præfectura nõ honos erat, sed cura subditorum. Ea res nec patiebatur eos qui eligebantur efferri, ꝙ ad pericula vocabantur, nec eos qui non fuissent electi, veluti cõtemptos affici mœrore. Tametsi nunc non eodem fit modo, sed prorsus diuerso. Ecce centum & viginti erãt, & vnũ duntaxat postulat è tota multitudine. Merito primus omniũ autoritatẽ vsurpat in negotio, vt qui oẽs habeat in manu. Ad hunc enĩ dixit CHRISTVS,

Luc.22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

Quoniam, inquit, *connumeratus erat nobiscũ.*] Qua propter oportebat alterum proponere, vt illius loco fieret testis. Iã illud vide, quomodo præceptorẽ imitatur, vbiq; loquẽs è scripturis, neq; quicq̃ adhuc loquens de Christo, quoniã id ipse dominus ante crebro iusserat. Neq; hic mentionẽ facit proditionis Iudæ. Velut illud,

Psal.108. Os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Verum hoc loco tantum vltionis facit mẽtionem. Id enim ad hoc vsq; tẽpus expediebat. Ea res maximè declarat rursum domini humanitatem.

Quoniam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quoniam, inquit, *conuersatus erat nobiscum, & acceperat sortem ministerij huius.*] Sortẽ eius vbique vocat, declarans totum esse gratiæ electionisq; Dei, simul cõmonefaciens illos vetustæ legis, q̃ Dominus sic eum sorte asciuisset, quẽadmodum asciuerat Leuitas. Et immoratur his quæ dicuntur de Iuda, eo q̃ proditionis merces, eadem esset præco vindictæ.

Parauit, inquit, *agrum ex mercede iniquitatis.*] Vide quomodo quod factum est, fuerit diuinæ dispensationis. Iniquitatis, inquit, Multæ sunt iniquitates, sed hac nihil vnquam factum est iniquius. Itaque iniquitatis erat negociũ. Neque præsentibus tãtũ innotuit quod factum est, verum etiam posteris omnibus. Inscientes igitur eum sic nominauerunt locum, nõ data opera, quemadmodum & Caiaphas insciens ædidit prophetiam. Ita Deus cõpulit eos sic ædere vocabulum hebraicũ Aceldama. Hinc enim patefiebant etiã mala, quę Iudæis erant superuentura, Hactenus ostẽdit ex parte euenisse quod erat prædictum hisce verbis, Bonum erat, si natus non fuisset homo ille. De Iudæis autẽ conuenit eadem dicere. Etenim si punitus est qui fuit dux, multo magis & isti. Sed horum nihil adhuc loquitur. Post hæc declarans, q̃ de eo congruenter dici debeat Aceldama, aliegat Prophetam dicentem, *Fiat commoratio eius deserta.*] Quid enim desertius esse possit sepulchro? Itaque merito debuit hoc nomine vocari ager. Etenim qui precium numerauit, etiam si fuerunt alij qui emerãt, tamen is merito pro Domino habebatur magnæ desolationis. Hæc desolatio prooemium est Iudaicę desolationis, si quis diligenter expendat. Nam & ipsi seipsos occiderunt fame, multosq; peremerunt, & ciuitas versa est in sepulchrum hospitum ac militum. Nam nec illos patiebantur sepeliri: neq; enim sepultura fuerant digni.

Mat.14.

Psal.68.

Oportet igitur, inquit, *ex nobis qui congregati sumus viris.*] Vide vt illos voluit esse spectatores. Quãquã spiritus erat adfuturus, tamen huius rei magnam curam habebat. *Congregatis*, inquit, *nobis viris in omni*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nitempore quo egressus & ingressus est ad nos dominus Iesus.] Significat illos habitasse cum eo, non simpliciter vt discipulos adfuisse. Nimirum iam tum ab initio multi sequebantur eum. Vide igitur quomodo id declaret, dicēs, Erat vnus ex duobus qui audierāt à Ioanne, & secuti sunt Iesum. *In omni*, inquit, *tempore quo ingressus et egressus est apud nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioānis.*] Pulchrè. Etenim quæ prius fuerant facta, nemo nouerat edoctus, sed spiritu dicerāt. *Vsq; ad diem*, inquit, *quo assumptus est à nobis, vt testis resurrectionis eius nobiscū fiat vnus ex his.*] Non ait, Cæterorum testis, sed tantum testis resurrectionis. Siquidem illi magis erat habenda fides, qui poterat dicere, Qui edebat, qui bibebat, qui crucifixus est, idem resurrexit. Itaq; nō oportebat esse testē, neq; priorum temporum, neq; prodigiorū quæ post gesta sunt. Nā quod quærebatur id erat, resurrectio. Siquidem illa erant manifesta & in confessis, hæc autem clam facta est, hisq; solis erat manifesta. Neq; dicunt, angeli retulerūt nobis, sed vidimus nos. Vnde liquet istud? Ex miraculis quæ facimus. Ob id potissimum id temporis digni erant quibus crederetur.

Et statuerunt, inquit, *duos.*] Quare nō multos? Ne maior fieret animorū perturbatio, néue res in multos distraheretur. Neq; temerè nō præfert illum, videlicet ostendens eum frequenter qui apud hoīes in precio est, apud deum esse inferiorem. Omnes tamē communiter orant, dicentes: *Tu domine qui nosti corda omnium, ostende.*] Tu, inquiunt, non nos. Aptè cordium cognitorem appellant. Hinc enim erat electio facienda. Hoc pacto confidebant, q; oporteret omnes vnū fieri. Nō dixerunt; elige, sed ostende electum: hoc est, quem tu elegisti, scientes, q; omnia prius à Deo fuerant destinata. *Ex his duobus, vt vnus accipiat sortem huius ministerii & apostolici muneris.*] Hoc ideo dicunt, quòd esset aliud ministerium. *Et dederunt eis sortes.*] Nondum iudicarunt sese esse idoneos, vt ipsi ex sese facerent electionem, eoq; cupiunt aliquo signo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnio edoceri. Alioqui si illic vbi nec erat deprecatio, neque viri probi, tantum valuit sors, eo quòd recto animo fieret super Iona: multo magis hic expleuit chorum, ac perfecit ordinem, nec alter ille præteritus doluit. Non cęlarunt Apostoli, si quid habuerunt minus perfectum, qui quidem de ipsis primoribus non veriti sunt dicere, ꝙ alicubi commoti fuerunt, idq; non semel, sed semel atque iterum ac sæpius. Hos igitur & nos imitemur. Non iam omnibus loquor, sed his tantum qui principatum affectant. Si credis dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus illum iritaris. Illius enim est electio. Quòd si ipse elegit, tu verò audes huic indignari, idem facis quod Cain. Oportet enim probare quod Deo placuit. At ille quoniam prælata est victima fratris, incensus est, indignatus est, quum oporteret compungi. Ego verò non hoc dico, sed ꝙ Deus nouit vtiliter dispensare. Fit enim crebro, vt tu qui moribus es humanioribus, non sis idoneus. Rursus est tibi vita inculpata, moresq; liberales, cæterum in ecclesia nō his tantum opus est. Quin & alioqui alius ad aliud est appositus. Nō vides quot verba faciat super hac re scriptura diuina? Sed si quando ob aliquā causam res deuenerit ad contentionem, non tanq; ad principatum aut præfecturam fratrū accedamus, sed tanquam ad illorum honorem ac refocillationē. Etenim si nouisses, quod episcopus debet omnium onera gestare, quod aliis irascētibus datur venia, ipsi verò nequaq; quod aliis peccantibus supersit excusatio, ipsi vero minimè: haudquaquā festinasses ad primatum, haudquaquam accurrisses. Hic enim omnium linguis expositus est, omnium iudiciis obiectus, & sapientium & insipiētium, curis perpetuis obtunditur, tum diurnis, tum nocturnis. Multos habet quibus est inuisus, multos habet inuidentes. Nec enim mihi loquaris de his qui nihil non faciunt ad gratiam, qui dormire cupiunt, velut ad quietem accedunt, ad negotium. De his non loquor, sed de his qui vigilant pro animabus vestris,

Ionæ. 2.

Expatiatur.

Gen. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vestris,qui subditorum salutem anteponunt suę. Dic mihi,sic qui decem habet filios subditos, assiduè cū ipso viuētes, cogitur sine intermissione curā illorum agere:quid non patietur hic,qui tot habet, nō domesticos, sed obedientiā habentes in sua ipsorū potestate? Sed habetur,inquiūt,in honore. Quis honos? Pauperes trioboláres conuicia iaculantur in illū in foro. Cur igitur illis non occludit os? Admodū sanè. Non enim opus episcopi narras. Rursus nisi semet oībus præbeat,& his qui viuunt in otio,& his qui in negotio,mille vndique criminatiões. Nemo metuit accusare ac traducere. Nam in principibus vrget metus, in his vero nequaquā, quando Dei timor apud istos valet nihil. Quis eloqui possit in dicendo docendoq; sollicitudinem? Quis difficultatem in electionibus? Fortassis aut ego sum vehementer infirmus & infœlix,nihilq;,aut sic habet res,nihil à naui quę fluctibus iactatur,differt sacerdotis animus. Vndiq; premitur ab amicis & inimicis,à suis & ab alienis. Nónne terrarum orbis imperium tenet imperator? Hic autem vnius ciuitatis episcopus est. Sed tāto plus curarum habet hic,quantū interest inter aquam fluminis vento agitatam,& inter mare intumescens & insaniens. Quamobrē tandem? Quoniam illic complures sunt qui adiuuāt,eo quòd legibus ac mandatis omnia peraguntur,hic vero nihil tale. Neque enim licet ex autoritate præcipere. Verum si vehementer cōmoueatur,audit crudelis: Si parum vehemēter,audit frigidus. Sed oportet hæc duo cōtraria concurrere, sic vt neque cōtemnatur,neq; odio habeatur. Quin & aliàs ipsa negotia præueniunt occupantq;. Quàm multos cogitur offendere,volens nolens? Quam multos obiurgare,velit nolit? Non temere dico,sed vt affectus sum ac sentio. Non arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiant,sed multo plures qui pereāt. In causa est;Quoniam res excelsum requirit animū. Multas enim habet causas quæ depellant ipsum à suis moribus,& innumeris oculis illi opus vndique. Non vi-

des

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

des quàm multas res oportet adesse Episcopo, vt sit appositus ad docendũ, vt tolerans malorũ, vt tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ hoc difficultatis? & quod alii peccãt, illi imputatur. Nihil dico præterea, si vel vnus tantum decedat, non initiatus, nõne totam ipsius subuertit salutẽ? Vnius enim animæ perditio, tantam habet iacturam, vt nulla ratio possit æstimare. Etenim si vnius animæ salus tanti est, vt ob hanc filius dei fieret homo, tantaq; pateretur, perditio cogita quantã conciliabit pœnã. Quòd si quis ob hominem, in hac vita perditum, morte dignus est, quanto magis ille? Ne mihi dixeris igitur: Peccauit presbyter, aut diaconus, omnium horũ crimina redundant in caput eorum, qui hos elegerunt. Rursus aliud dico: Euenit vt quis successionem accipiat virorum improborum, quid consilii capiat, hæret, peccatis præuẽtus. Vtrinq; præcipitium est. Nec illũ oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiendus est prior? Verum non adest occasio. An omittendus? Certè, inquis. Nã eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Nõ oportet eligere quenquam, nec in alium reuocare gradum? Verum ita fiet, vt omnes norint illum esse malũ. Itaq; rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorẽ gradum promouendus est? Hoc multo deterius. Proinde si quis ad summum sacerdotium accesserit, velut ad solicitudinem & curam, nullus illud facile susceperit. Nunc autẽ non aliter q̃ prophanos magistratus, & hãc affectamus dignitatẽ, nimirum vt glorificemur, & honoremur apud hoĩes, perdimur apud deũ. Quid lucri fert hic honos? Quomodo demonstratũ est eum esse nihil? Quum concupisces sacerdotium, ex aduerso pone criminationes quas illi perpeti necesse, pone vitam à negotiis liberam, pone supplicii modum. Quoniã si pecces priuatim, nihil tale passurus es: sin in sacerdotio, periisti. Reputa, q̃ multa sustinuerit, in quàm multis philosophorum præstiterit Moses, q̃ multa præstiterit bona; sed quoniã peccarat vnum peccatũ, acerbè punitus

tus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tus est,idq; merito, quippe cum id aliorum iactura factum sit. Itaq; grauiores pœnas dedit,nõ solum ob id quòd propalam factum est,sed & quòd esset sacerdotis peccatum. Neque enim simili pœna plectimur pro cõmissis manifestis & occultis. Propterea quòd peccatum quidẽ idem est,iactura non est eadem,imò ne peccatum quidem est idem. Neq; enim idem clàm occulteq; peccare,& in propatulo. Episcopus autem non potest peccare clàm. Bene enim cum illo agitur, si non peccans liber esse possit à criminationibus, tantum abest,vt peccans id possit. Si vel irascatur,si vel rideat,si vel somnum relaxationis concupiuerit,multi sunt qui scommatis incessant,multi qui offendantur,multi qui leges præscribant, multi qui priorum memoriam refricent,& præsentem deiiciant, idq; faciunt,non vt illos laudẽt,sed vt hunc mordeant. Dulce aiunt bellum inexpertis. Hoc & nunc conuenit dicere. Imò potius hoc dicimus prius quàm veniamus in certamen. Cæterum posteaquam eò descendimus, sic nos gerimus vt popularis conditionis hominibus etiam ignoti simus. Non enim est nobis bellum aduersus eos, qui potentia opprimunt pauperes, neque sustinemus propugnare gregem, sed ad exem-
Ezec.34. plum pastorum, quorum meminit Ezechiel,mactamus ac deuoramus. Quis nostrum præstat tantam solicitudinem pro ouibus Christi, quantam præsti-
Gen.3. tit Iacob erga greges Laban? Quis potest recensere toleratum noctis gelu? Ne vero mihi dixeris peruigilatas noctes, tantamq; curam exhibitam. Totum itaque contrarium est. Primates ac præfecti non tanto potiuntur honore,quãto qui præest ecclesiæ. Si ingrediatur in aulam regiã, quis prior? Si apud matronas,si in ædibus versetur magnatum,nullus alius illi præfertur honore. Perierũt omnia,corruptaq; sunt. Hæc loquor, nõ vt vobis pudorem incutiam,sed vt vestram cohibeam cupiditatẽ. Quem enim conscium adibis,si procuraris,vel per teipsum,vel per alium? Quibus oculis obtueberis illũ, qui tibi fuit auxilio?

Quid

Quid habebis quod excuſes? Etenim qui nolens & inuitus compulſus eſt, habiturus eſt aliquam excuſationem. Quanquam maxime & hic priuatus eſt venia, niſi quod ad hoc collatus habet aliquid excuſationis. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert ſi non das pecuniam, ſed pecuniæ loco adularis, ſubornas, multaq; machinaris? Pecunia tua ſit tecum Act. 8.
in perditionẽ, ad illum dictũ eſt. Et his dicetur: Ambitio tua ſit tecum in perditionem, quoniam putaſti ambitu humano parari donũ dei. Verum nullus fortaſſis eſt talis, Vtinam non ſit. Cupio ſiquidem nihil horum ad vos pertinere quæ loquor. Sed interim ipſe ſermonis tenor in harum rerum mentionem me deduxit. Neque enim quoties loquimur aduerſus auaritiam, aduerſus vos loquimur, imò nec prorſus aduerſus vllum. Vtinam contingat, vt remedia fruſtra ſint à nobis parata. Talia ſunt medicorum vota, nihil aliud poſtulantium, niſi vt poſt multum laboris inſumptum prorſus abiiciantur pharmaca. Idem & nos optamus, vt noſtra verba prorſus in aërem dicantur & verba tantum ſint. Equidem omnia promptè ſuſtinuero, vt nõ ſit opus hæc dicere. Quin ſi vultis tacebimus, tantum vt ſilentium careat periculo. Nec enim arbitror quenquam quãuis admodum glorię ſitientem, niſi vocet neceſſitas, velle prorſus epiſcopum deſignari. Concedemus vobis doctrinam. Nam hæc maior eſt doctrina, quæ docet ipſis factis. Quandoquidem & medici ſunt optimi, qui tametſi morbus ęgrotantium adfert ipſis mercedem, cuperẽt tamen ſuos amicos vti proſpera valetudine. Et nos cupimus oẽs bene valere. Non enim cupimus, vt nos probati ſimus, vos autẽ reprobi ſitis. Optarim ſi fieri poſſit, vt ipſis oculis meam erga vos charitatem valeam oſtendere. Id ſi fiat, nullus poſthac mihi culpam vllam impingeret, etiam ſi ſermo meus fuerit vehementer aſper. Etenim quæ ab amicis dicuntur, etiam ſi contumeliam habeãt, tolerabilia ſunt. Magis enim credendũ vulneribus amici, quàm ſpontaneis inimici oſcu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ci oſculis. Nihil mihi vobis clarius,ne lux quidem iſta. Optarim enim ipſe vel millies execrabilis eſſe, ſi queam per hoc veſtras animas conuertere. Adeò mihi luce dulcior eſt veſtra ſalus. Quid enim mihi proſunt ſolis radii,ſi dolor per vos obortus,multam caliginem offundat oculis? Tunc enim bonum eſt lumen,quum in gaudio exoritur. Nam animæ mœrenti,etiam moleſtum videtur eſſe. Cæterum non mentiri me quæ loquor,vtinam non contingat vnquam experimento diſcere. Verum ſi quando cõtigerit veſtrum peccare quempiam, dormienti mihi obuerſamini. Emoriar niſi videor ſimilis dolore exanimatis,niſi attonitus; & vt verbis propheticis vtar,etiã ipſum lumen oculorum meorum non eſt mecum. Nam quæ ſpes nobis, ſi vos non proficiatis? Rurſus quantum animi ſolatium,ſi vos probati ſitis? Geſtire mihi videor,quoties boni quippiam audio de vobis. Implete meum gaudium. Hoc ſolum adfero ad votum,quoniam deſidero profectum veſtrũ. Quòd aduerſus omnes decerto, hoc eſt,quoniã diligo,quoniam conglutinatus ſum, quoniam omnia mihi vos eſtis,& pater & mater & fratres ac liberi. Itaque ne quid eorum quæ à me dicuntur arbitremini ab odio veſtri proficiſci,ſed in hoc dici vt corrigamini. Frater,inquit, qui à fratre adiuuatur, vt ciuitas munita. Ne igitur aſpernemini. Neque enim ego contemno, ſi quid dicere voletis, ſed cuperem & à vobis corrigi, cuperem diſcere. Omnes enim nos fratres ſumus,vnus autem eſt noſter magiſter. Quanquam & inter fratres fas eſt,vt vnus præſcribat,ac cæteri obtemperent. Ne igitur aſpernemini, ſed omnia faciamus in gloriam dei: Quoniam ipſi gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Pſal.37.

Pro.18.

HOMILIA IIII.

ET DVM COMPLERENTVR DIES PENTECOſtes,erant vnanimiter congregati in vnum:& factus eſt repente de cœlo ſonitus.

Quæ

QVæ est hæc Pentecoste? quum falx mittenda esset in messem, quum fructus essent colligẽdi. Vides typum? Vide iam veritatem. Quũ falx sermonis esset adhibẽda, quum colligendæ fruges, tum spiritus ille veluti acuta falx aduolauit. Audi enim Christum loquentẽ: Attollite oculos vestros, & videte regiones, q̃ iam albæ sunt ad messem. Ac rursum: Messis quidem multa, operarij verò pauci. Vnde ipse prior falcem misit in messem: propterea quòd ipse segetis primitias subuexit in cœlũ, nostra assumpta natura: atque hanc ob caussam appellat messem. *Dum complerentur*, inquit, *dies Pentecostes*:] hoc est, non ante Pentecosten, sed circiter vt ita loquar, Pentecosten. Nam oportebat festi tempore rursus hæc fieri, vt qui crucí adfuerant Christi, iidem hæc quoq; spectarent. *Et factus est repente de cœlo sonitus.*] Quare id non est factum absq; signis sensibus expositis? Quoniam si quum hoc accidisset, dixerunt, musto pleni sunt: quid non dixissent, si signũ nõ fuisset additum? Neque tantummodo repente factus est sonitus, sed vt magis excitaret illorum animos, totam etiam domum repleuit. Miram spiritus vehemẽtiam expressit. Præterea demonstrat omnes fuisse cõgregatos, vt simul & qui aderant crederent, & discipulos eo munere dignos ostẽderet. Nec id accidit modo, verumetiam quod multo cognitu est mirabilius: *Et visæ*, inquit, *sunt illis dispertitæ linguæ, velut igneæ.*] Rectè vbiq; additum est, velut, ne quid sensibile de spiritu suspicareris. Velut igneæ, inquit, & velut flatus. Nec enim ventus erat simpliciter per aërẽ diffusus. Ac tum quũ Ioanni deberet innotescere spiritus, velut columbæ specie, in caput Christi venit: nunc verò quum tota multitudo conuertẽda esset ad fidem, venit in specie ignis. *Et insedit singulis illorum.*] hoc est, mansit apud illos, & in illis requieuit. Nam sedendi verbum stabilitatem ac mãsionem declarat. Quid autem, an in duodecim venit tantum, nõ etiam in cæteros? Nequaquam, sed venit etiam in illos

CAP. 11.

Ioan. 4.

Luc. 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

los centum viginti. Neque enim temerè Petrus allegauit prophetæ testimonium, dicēs: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus deus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabunt. Animaduerte quòd vt non solum obstupescas, verumetiam gratia implearis, ideo venit in spiritu sancto & igni. Ioël. 2.

Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperūt loqui variis linguis, prout spiritus dabat illis loqui.] Non accipiūt aliud signum, sed hoc primum: erat enim nouū, nec erat opus alio signo. *Insedit*, inquit, *singulis illorum.*] Ergo & illi qui non fuerat assumptus, eoq; iam nec dolet se non fuisse electum, quemadmodum fuit Matthias. *Et repleti*, inquit, *sunt omnes.*] Rectè sic loquutus est, nec enim vulgariter acceperunt gratiā spiritus, sed eousque vt implerentur. *Et cœperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.*] Quum & Apostoli essent illic præsentes, haud quaquam dixisset omnes, nisi cæteri quoque fuissent participes. Alioqui quum illos antea seorsum ac nominatim sit eloquutus, nunc non coniunxisset illos in eodem negocio, nisi fuisset omnium commune. Etenim si tum quum loquendum esset, quando priuatim aderāt, Apostolorum meminit, multò magis hic idem fecisset. Illud autem consydera quum instant deprecationi, quum charitatem inter se habent, tum aduenit spiritus. Ad hæc quomodo etiam commonefecerit illos alterius visionis, quum ait, velut ignis, quandoquidem & in rubo velut ignis apparuerit. *Prout spiritus dabat illis loqui.*] Hoc pacto loquitur, indicans apophthegmata ac velut oracula esse, quæ ab illis dicerentur. *Erant autem Hierosolymis habitantes viri Iudæi religiosi.*] Hoc ipsum habitare, signum erat religionis. Quomodo? Quia quum essent è tam multis profecti nationibus, tamen & patria, & domo, & cognatis relictis habitabant illic.

Erant enim, inquit, *Hierosolymis habitantes Iudæi viri re-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Quum autẽ facta esset hæc vox, conuenit multitudo & confusa est.] Quoniam id quod fiebat in domo gerebatur, meritò qui foris erant, concurrebant. *Confusa est multitudo.*] Quid est, confusa est? Turbata est, admirati sunt: deinde declarans quid admirarentur, adiungit: Quoniam eorum singuli audiebant illos, propria cuiusq; lingua loquentes. Et conuenit multitudo, & inter se se dicebant: *Nónne ecce omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt?*] Hæc dicunt respicientes ad apostolos, & addunt: *Quomodo nos audimus illos propria cuiusq; lingua loquentes in qua nati sumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudeam simul & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam pariter & Pamphyliam, Ægyptum & eius partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem: prætereà qui hic agunt Romani, partim Iudæi, partim proselyti. Cretenses & Arabes, audimus eos loquentes nostrarum linguarum proprietatibus magnifica dei. Stupuerunt autem omnes & hæsitabant inter se dicentes Quid hoc vult esse?*] Vides quemadmodum velut alati terrarũ orbẽ percurrerint. *Alij verò subsannabãt illos, dicẽtes: Musto repleti sunt.*] O vesaniam, ô malitiã inauditã. Atqui ne tẽpus quidẽ illud habebat mustũ. Erant enim Pẽtecoste. Quodq; mirabilius est, quũ omnes confiterẽtur, & qui erãt Romani, & qui erãt aduenæ, fortasse & hi qui dominum in crucẽ egerant, illi post argumenta tã multa dicũt, musto repleti sunt. Sed rursus ab initio quę dicta sunt cõsyderemus: Repleuit, inquit, domum flatus, & facta est veluti piscina plena aquarũ. Porrò ignis arguit gratię copiã ac vehemẽtiã. Nequaq; idẽ accidit, in prophetis: sed tũ quidẽ sic accidit illis, prophetis autẽ alio modo. Nam capitulum libri datũ Ezechieli, edebatq; quæ dicturus esset. Eoq; dictum est: Factum est in ore eius vt mel dulcescẽs. Rursus manus domini tetigit linguam alterius prophetæ. Cæterum hic ipse spiritus operatur omnia. Tãta est inter patrẽ & filium æqualitas. Ac rursus alius alibi. Lamẽtatio *Ezech.3.* *Hiere.1.* *Ezech.2.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& canticum, & væ. Illis meritò in libris datũ est donum. Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob | d, quòd illi prophetæ ad vnam duntaxat gentem mittebantur, eamq; peculiarem ac propriam: isti verò ad vniuersum terrarũ orbem, & ad nationes hactenus incognitas. Helisæus per exuuiũ ouillum accepit gratiam: Rursus alius per oleum, quẽadmodũ
Exod.3. Dauid. Moses verò per ignem rubi vocatur. Non iti dem hic factum est, sed ipse ignis insedit. Et quã ob causam, dixerit aliquis, non apparuit ignis qui replevit domum? Quoniam exterriti fuissent: Demonstrat tamen q̃ hoc factum sit. Tu verò consydera, quòd non solum dixerit, visæ sunt illis dispertitæ linguæ: sed additum est, ignis. Tam magnus ignis immẽsam syluam potest incendere: Ac rectè dixit, dispertitæ. Nam ex eodem fonte venerant, vt intelligas occultã vim esse à paraclẽto missam, qui quidem ignis, mundi peccata quasi syluam exussit. Vide verò & illos primum declaratos eos munere dignos, atq; id tẽporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Dauid factũ est. Nam quæ fecerat cùm esset pastor ouiũ, eadem fecit & post victoriam ac trophęum, quô videlicet ipsius nuda, simplexq; fides declararetur. Rursus consydera Mosen, qui & ipse regiã aulam contẽpsit, & Samuelem, qui post quadraginta annos cùm populi rem administrasset, tamẽ adhuc nutriebatur in tẽplo: specta Helisæum omnia relinquentem, cumq; his Ezechielem. Porrò q̃ ad hunc modũ res illis gesta sit, perspicuum est etiam ex his quæ sequuta sunt, quandoquidem & hi facultates suas omnes pro desertis habuerant. Eoq; tum accipiunt spiritum sanctum, posteaq; suæ virtutis dedêre specimen. Didicerant humanam infirmitatem ex his quæ ipsis acciderant: didicerant q̃ ea quæ piè fecerant, frustra gesserint. Sic & Saul prius dum adhuc testimonium haberet quòd vir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nunc discipuli, nemo alius. Quin potius ne Moses quidem prophetis maior. Nam ille quum oporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ret alios afflari ſpiritu, ipſe diminutus eſt. Hic verò non eodem modo, ſed quemadmodum ab igni, quot quot volet aliquis lucernas accendit, nec ignis immi nuitur: ita & in apoſtolis tum temporis accidit. Non enim per ignem tãtum gratiæ largitas demonſtraba tur, ſed vnuſquiſque ſpiritus fontem accepit: ſicut & ipſe fontem aquæ ſalientis in vitam æternã dixit ac cepturos eos, qui in ipſum credidiſſent. Idq; valde cõ gruẽter. Neq; enim cum Pharaone diſceptaturi abie rãt, ſed cum diabolo luctaturi: quodq; mirabilius eſt, quum mitterentur nihil excuſarunt, neq; dixerunt ſe gracili voce eſſe linguæq; inexplanatæ. Siquidẽ Mo ſes illos in hoc erudierat. Non dixerunt ſe iuniores eſ ſe. Nã Hieremias hic illos reddit verecundos. Atqui multa audierant terribilia, multoq; plura q̃ illi, & ta men veriti ſunt contradicere. Ex quo liquet illos lu cis angelos fuiſſe, & cœleſtium negociorum admini ſtratores. Attamen iſtis quidẽ nullus è cœlo apparuit adhuc in terris agentibus. Sed poſteaq̃ abiit homo ſu perna petens, ſimul ſpiritus è ſupernis delabitur. Ioan. 4.

Quaſi ferretur, inquit, *flatus vehemens.*] Per hoc per ſpicuum facit, neminem fore qui poſſet illis reſiſtere, ſed ab eis aduerſarios ceu puluerem diſsipandos.

Et repleuit totam domum.] Domus mundi typũ ge rebat. *Et ſedit ſuper ſingulos illorum, & conuenit mul titudo & confuſa eſt.*] Vides illorum religionem, & quomodo non ilico pronunciant, ſed hæſitant? Alij verò dementes pronunciant, dicentes: Muſto pleni ſunt. Quoniam licebat per legem ter quotannis appa rere in templo, ideo inhabitabãt illic ex omnibus na tionibus viri religioſi. Hinc perpende q̃ non adula tur illis qui hæc ſcribit. Non enim dixit pronuncia runt, ſed quid? *Quum facta eſſet hæc vox, conuenit mul titudo, & confuſa eſt.*] Meritò. Exiſtimabant enim ip ſis rem ad extrema peruenisſe, ob facinus quod auſi ſunt in Chriſtum. Quin & alioqui conſciẽtia pertur babat illorum animos, eo q; etiamnum in manibus eſſet homicidium, omnes illos reddens attonitos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nónne ecce, inquit, *omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt?*] Pulchrè hoc dixit, quandoquidem hoc se esse profitebãtur. Vsqueadeo sonitus illos reddiderat attonitos, quòd hic maiorem orbis partem comprehẽderit. Illud verò confirmabat Apostolos, quòd quid tandem esset Parthicè loqui, non nouerant, ab illis tamen id temporis scire putabantur. Porrò Gentium meminit quæ illis erant hostes, Cretensium, Arabũ, Ægyptiorum, Persarum, videlicet declarãs quòd eas omnes essent in ditionem suam redacturi. Quippe quum id temporis Iudæi essent in captiuitate, conueniebat, vt illic multi adessent ex Gentibus: siue quòd iam ad Gentes quoque fidei dogmata seminata fuerint, & hanc ob causam complures ex illis aderant, vt memorarent quæ audierant. Certissimum vtique nec vllam recipiens contradictionem testimonium, à ciuibus, ab hospitibus, ab aduenis. *Audiuimus eos loquentes linguis nostris magnifica Dei.*] Neq; enim quidlibet garriebant, sed admiranda quædam loquebantur. Vnde meritò hæsitabant, nunquam enim tale quicquam acciderat. Vide hominum modestiam.

Stupebant & hæsitabant, dicentes: Quid vult hoc esse? Alij verò subsannantes, dicebant: musto pleni sunt.] O impudentiam, si ob hoc irridebant. Et quid mirũ? Quandoquidem ipsum etiam dominum, qui dæmonia pellebat, dæmonium habere dixerunt. Nam vbicunque fuerit improbitas, vnum hoc duntaxat stu- Tom. 8.
det, nempe dicere: Quid tandem? non vt dicat rei consentanea, sed tantum vt dicat: Musto impleti sunt. Prorsus sanè, quum homines in tantis constituti periculis, extrema metuentes, & in tanta versantes desperatione, eiusmodi audent proloqui. At quum id esset minimè verisimile, vt audientibus imponant, persuadeantq; illos esse temulẽtos, hebetudini crapulæq; rem totam ascribunt, dicentes eos esse musto plenos. *Stans autem Petrus cum reliquis vndecim, extulit vocem suam, ac loquutus est illis.*] Videsne illic curiositatem, hic animi fortitudinem? Etenim si admi-

raban

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rabantur, si stupebant: nónne & illud æquè mirandũ erat in tam numerosa multitudine in verba prorumpere, hominem illiteratum & idiotam? Nam si quis inter familiares dicturus perturbatur, quanto magis hoc accidere debuit apud hostes & vociferantes? Quòd autem ebrij non essent, protinus ex ipsa voce declararunt, quòd non essent arrepti furore more vatũ, quodq; nulla vi compellerentur. Quid autem est cum reliquis vndecim: Communẽ, inquit, vocẽ ædebant, ac Petrus omnium erat os, sed adstrabãt illi vndecim testimonio suo cõprobantes ea quæ ab illo dicebantur. *Extulit*, inquit, *vocem suam*:] hoc est, multa cum fiducia loquebatur. Id autẽ facit, vti cognoscerent spiritus esse gratiã, quum is qui vilis puellæ nõ tulerat percontationẽ, nunc in medio populi, cunctis vociferãtibus, tãta cũ fiducia differat, vt hoc indubitatũ esset resurrectionis argumentũ, ridentibus interim hominibus, taliaq; scommata in eos iacientibus tanta vti libertate. Quãtæ puras hoc esse improbitatis, quãtæ impietatis, quãtæ impudẽtiæ, temulẽtiæ ascribere linguarũ miraculũ? Verũ id Apostolis nihil attulit tristitiæ, neq; reddidit illos timidiores, qui eo tempore audirẽt in se iaci scõmata, quãdo in aduentu spiritus fuerãt instructi, vt essent cũctis rebus corporalibus superiores. Quoscunq; autẽ accesserit spiritus sanctus, eos pro luteis reddit aureos. Iam mihi Petrũ consydera ac reputa, timidus ille, adeoq; timidus, vt nec mulierculæ vilis percontationem tulerit, qui vir factus sit, post accessionẽ & largam suppeditationẽ spiritus. Quin & illud consydera, Apostolorum concordiam, qui Petro cesserint concionandi ius. Neque enim oportebat omnes pariter loqui. Et sublata voce sua loquitur, quæ res declarat ingentem illam fiduciam, animiq; præsentiam. Tale quiddam est esse virum spiritualem. Tantum nosipsos præbeamus dignos cœlesti gratia, & omnia fuerint facilia. Quemadmodum enim igneus homo si in medias incidat stipulas, nihil lædetur, sed magis vim exeret suam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nec enim ille quicquam patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos perdunt: Ita nunc euenit. Imò potius ac si quis ignem gestans, luctetur cum eo qui importat fœnum. Itidem videlicet, & Apostoli illos adorti sunt multa cum fiducia. Quid enim obsecro, læsit illos tanta multitudo? Num illis cum egestate & fame fuit conflictatio? Num cum ignominia & infamia? Num impostores esse credebantur? Num irrisionibus & conuitiis præsentium succubuerunt? Nam vtraq; hæc simul in eos incidebant, eo q; alij deridebant illos, alij etiam scommatis incessebant. Nónne totæ ciuitates furoribus & insaniis illos impetebāt? Nónne seditionibus & insidiis obiecti sunt? Nónne igni, ferro, & bestiis? Nónne vndiq; illos innumera bella vallabant? Nónne perinde fuerunt affecti, quasi in somnis vidissent hæc mala, aut in pictura? Quid igitur? Nonne consumpserunt omniū furores? Nōne in ipsos animi anxietatē retorserūt? Nonne illi furore metuq; omniū maximè tenebantur? Nonne periclitabantur, formidabant, ac tremebant? Audi enim illos dicētes: Vultis inducere in nos sanguinem hominis istius? Atq; illud interim mirabilius, q; Apostoli nudo corpore consistebant aduersus armatos, aduersus principes qui publicū in ipsos ius habebāt, imperiti, elingues ac simplices idiotæ, aduersus impostores & circunuentores, aduersus sophistarum, rhetorum ac philosophorum turbam, qui in Academia Platonis, & Aristotelis deambulationibus exercitati depugnarant, & in Stoicorū porticibus fuerāt occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi cum mutis piscibus certamen fuisset. Nec enim aliter q̄ piscator mutos pisces, ita hic illos superauit. Ac Plato quidem ille multa nugari solitus, obticuit; hic verò loquitur, non tantum apud suos, verumetiam apud Parthos, apud Medos, apud Elamitas, apud Indos, breuiter in omni loco, vsque ad orbis terminos. Vbi nunc Græciæ fastus, vbi nomen Athenarum, vbi philosophorum deliramenta? Ille Galilæus, ille Bethsaidæ natus, ille rusticanus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vniuersos illos deuicit. Agedum,nõne ad nominatã patriã illius qui vos deuicit erubescitis? Quòd si nomen ipsum hominis audieritis, Cephas enim dictus est,multo magis obtegetis faciem. Siquidẽ hoc vos, hoc,inquam,perdidit, & expolitam habere linguam laudi ducitis,ac huius rei imperitiam probrosam existimatis.Non ingressi fuistis qua oportuit,sed regali omissa via,quæ facilis est ac leuis,operosam illam ac præruptam difficilemq; calcastis,eoq; nõ peruenistis ad regnum cœlorum. Quur igitur,dixerit aliquis,nõ in Platone et Pythagora operatus est Christus? Quoniam Petri mens multo erat, quàm illorum ad philosophiam accommodatior.Nam illi re vera pueri erãt vbiq; supra modum gaudentes inani gloria. Hic verò vir fuit philosophicus & gratiæ capax. Quòd si hæc quum audis rides,mirũ non est, quandoquidem et illius temporis homines ridebant,eosq; musto plenos esse dicebant: verum postea quum perpessi illa tam acerba,vt omnes calamitates superarent, quum ciuitatem viderent direptam, quum incendium in altum subuolans,quum mœnia solo æquata, quum varias illas debacchationes, quas nemo possit oratione consequi,tum non ridebant.Similiter & vos tunc nõ ridebitis,quum iudicii dies ingruerit, quum gehẽnæ ignis fuerit incẽsus. Sed quid loquor de futuris? Vis ostendam qui vir sit Petrus,qui Plato? Iam mores illorum si videtur expendamus,videamusq; quid ambo gesserint. Hic omnem vitam consumpsit distorquens sese circa dogmata inutilia superuacaneaq;. Quid enim prodest scire, quòd anima philosophi fit musca? Re vera musca est, non in muscam conuersa est,sed accessit animæ in Platone habitanti. Quid hic non est stultiloquii? Vnde tales nugari nugas illi venit in mentem? Homo plenus erat ironiæ,ac zelotypia laborabat aduersus cunctos. Itaque quasi studeret in hoc,vt nec ex sese,neq; ab altero quicquã adferret vtile, sic ab alio mutuatus est animarũ trãsmigrationem,ex sese verò rempubliçam commentus est,in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qua leges prodidit multa refertas turpitudine. Vxores, inquit, communes sunto, nudæ virgines sub oculis amatorum luctantor. Tum genitores, tum filii qui gignuntur, communes sunto. Quæ tam insignis dementia est, quam ista non superent? Ad hunc igitur modum habet illius doctrina. Hic porrò non natura facit communes parentes, sed Petri philosophia. quam doquidem & illud quod Plato docuit, sustulit. Nihil enim is aliud effecit, nisi vt si quis verè pater est, tantum non ignoretur, & qui non est inducatur, in ebrietatem quandam & sterquilinium coniecit animum. Omnes, inquit, vxoribus audacter vtuntor. Eoq; nō expendo Poëtarum dogmata, ne quis me dicat fabulas expendere: sed alias adfero fabulas, Poëticis multo magis ridiculas. Vbi Poëtæ quicquam tam prodigiosum prodidere? Verum ille philosophorum Antesignanus, vt habebatur, & arma addit mulieribus, & galeas, & ocreas, nec quicquam dicit hominum genus differre à canibus. Posteaquam enim, inquit, inter canes fœmina & mas communicant inactis, communicent & mulieres, cunctaq; sursum deorsum misceantur. Semper enim per illos hoc egit diabolus, vt ostenderet nostrum genus nihil à brutis differre, quādo nonnulli in opinionem tam peregrinam & absurdam venerunt, vt animalia rationis expertia, dixerint rationalia. Vides verò quàm multipliciter debacchatus est in illis mētibus, posteaquam qui sunt inter illos primi, docuerunt animam nostram in muscas, canes, & animantia bruta transmigrare. Cæterum qui his successerunt hoc veriti dicere, in aliam absurditatem delapsi sunt, omnem rationalem scientiam brutis cum homine communē facientes, ac demonstrantes ea quæ per nos facta sunt, meliora esse q̄ nosipsos. Non solum autem hoc, sed & futurorū præsensionē & religionē apud illa esse prædicāt. Coruus, inquit, nouit Deum & cornix, & prophetiæ donum habent, futuraq; prædicūt, quin & iustitia adest illis, & resp. & leges, & apud illa canis habet inuidiā, secundum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cundum Platonis sententiã. Fortasse nõ creditis quæ dicimus. Nec iniuria, quippe sanis imbuti dogmatibus. Nam si quis hoc cibo sit enutritus, nequaquam credere possit, esse hominem qui libenter vescatur humanis excremẽtis. Proinde quoties illis dicimus, istę fabulæ sunt dementia plenæ, nõ intellexistis, inquiũt. Vtinam ne intelligamus vnquam vestra tam ridicula. Multo sanè intellectu, sensuq; profundo opus est, vt perdiscam quid sibi velit tanta impietas, tantaq; rerum confusio. Ne coruorum more loquamini ô dementes, quemadmodũ faciũt pueri. Nam re vera pueri estis, quemadmodũ illi. Petrus verò nihil tale docuit, sed emisit vocem, quę tanquã lumen in tenebris vehementer refulgens dispulit orbis terrarum caligi nem. Verum mores illius quàm erant mansueti, q̃ humani, vt omni gloria inani erant superiores, vt suspexit in cœlum, alienus ab omni fastu, idq; quum excitaret mortuos? Quòd si cui dementium illorum tale quid peractum fuisset, non verè, sed fallaci specie, an nõ protinus aram popposcisset ac templum, ac deo par haberi postulasset? maximè quum semper talia soleant, etiam huiusmodi nihil agentes. Quid enim illis vult Minerua, Apollo & Iuno? Genera sunt apud illos dæmoniorum. Et rex est apud illos, ideo non recusans mori, vt diis æqualis habeatur. Verum Apostoli non item, sed contra fecerunt. Audi enim illos loquentes de claudi sanatione, Viri Israelitæ quid nobis intenditis, quasi nostra potestate nostráue pietate effecerimus vt hic ambulet? Rursus alibi, Et nos homines sumus iisdem obnoxii quibus vos. Illic verò multus est tumor, multa arrogãtia, omnia propter honorem humanum, nihil philosophiæ gratia. Vbi quid enim glorię caussa geritur, omnia manent vilia. Quòd si quis habeat quidem omnia, sed hoc non obtineat, tota excidit philosophia, violẽtissimo nimirũ turpissimoq; affectui obnoxius. Huius inanis gloriæ contemptus sufficit ad docendũ quicquid est rerum bonarum, & ad propellendũ ex animo omnem pernicio-

sam

cioſam cupiditatẽ. Quapropter hortor vt & vos magno ſtudio adnitamini, morbum hunc radicitus ex animis euellere, alioqui non poteſtis placere deo, nec illius oculis qui neſcit obdormiſcere, beneuolentiam vobis cõciliare. Omnem igitur curam adhibeamus, vt illius in nos propẽſionẽ promereamur, quò ſimul & præſentium malorum afflictionem effugiamus, et futuri ſeculi bono digni inueniamur, per gratiam & benignitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto, gloria, imperium, honor nunc et ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen

HACTENVS D. ERASMVS ROTERODAMVS.

Reliqua ad Græca ſunt collata per Sigiſmundum Gelenium.

HOMILIA V.

Viri Iudæi & qui inhabitatis Hieruſalem omnes, hoc vobis notum eſto, & auribus accipite verba noſtra.

QVos ſuperius peregrinos dixit, ad illos ſermonem hic conuertit. Et videtur quidem diſputare cum illis, verum re ipſa emẽdat ſubſannantes. Ita enim diuina diſpenſatione euenit, vt quidam irriderent, et ſic initio excuſationis daretur occaſio, docereturq; Apoſtolus inter excuſandũ. Magnum ſanè encomium arbitrabantur, etiam Hieroſolymas inhabitare. *Hoc vobis*, inquit, *notum eſto, & auribus accipite verba mea.* Attentiores iam illos facit, deinde & ſatisfactionem profert. *Non enim ſicut vos exiſtimatis hi ebrii ſunt.* Vides quàm placida ſit excuſatio? quamuis enim bonam populi partem fauentem haberet, magna tamen cum manſuetudine illis loquitur, & ante omnia malam ſuſpicionem tollit, & deinde apologiam proponit. Idcirco etiam non dixit, Non enim ſicut vos ſubſannatis neq; ſicut vos ridetis, ſed ſicut ſuſpicamini: volens oſtendere illos id non dedita opera feciſſe, & magis illos ignorantiæ velamento honeſtat, quàm malitiæ crimine notat.

Non enim ſicut vos ſuſpicamini hi ebrii ſunt. Eſt enim hora diei tertia. Et quare hoc dicit, an non & tertia

hora

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hora inebriari quidam possunt? possunt vtiq;. At in hoc non multum immoratur. neque enim ita se habebant, quemadmodum irrisores illi dicebant. Igitur hinc discimus, non multos sermones præter necessitatem insumendos. Et alioquin etiam procedente oratione idem confirmatur. Cæterum sermo iam ad omnes fit communiter. *Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel. Et erit in diebus nouissimis, dicit Dominus Deus.* Minime nunc auditur nomen Christi, neque promissio, illius promissio dicitur, sed patris. Vide sapientiam, nõ progressus est, & dixit statim, quæ per Christum facta, & quod ille promiserit hæc mox post suam crucifixionem: nam sic loquens subuertisset omnia. Et profecto dixerit quispiam, sufficiebant illa ad diuinitatem eius ostendendã. Fateor, si fidem illi habuissent prædicationi. At tum hoc agebatur vt fides sibi haberetur, qua non impetrata periculum erat ne impeterentur lapidibus. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Facit & illis spem bonã, siquidem velint. Sed non permittebat illorum auaritia, quæ scilicet & inuidiæ parens erat. Quam inuidiã vt minuat, *Et prophetabunt*, inquit, *filii vestri.* Neque vestra, inquit, est hæc virtus, neque laus: pertingit hæc gratia vsque ad filios vestros: illorum filios seipsos vocans, & patres illos. *Et iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri insomnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo & prophetabunt.* Nunc ostendit se quidem probatos fuisse, vtpote spiritum assequutos: illos autem minime, eo quòd crucifixerãt. Sic & Christus volens illorum mulcere furorem, dicebat: Si autem filii vestri, in quo eiiciunt dæmonia: non dixit, discipuli mei. etenim visum fuisset adulationẽ sapere. ita & ille, non dixit quòd non sint ebrii, sed spiritu loquuntur: & non simpliciter, sed ad Prophetam confugit, & illius autoritate rem confirmat. Sic per se quidem ipsos ab accusatione liberauit, Prophetam autem gratiæ testem adducit. Effundam de

Ioel. 2.

Mat. 12.

spiri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Sic dixit, ꝙ aliis quidē per ſomnia, aliis vero manifeſte effuſa eſt gratia. Nam & per ſomnia viderunt Prophetæ & reuelationes acceperunt. Deinde progreditur in prophetia, habente terribile quiddam. *Dabo*, inquit, *prodigia in cœlo ſuperne, & ſigna in terra inferne.*] Hæc & de futuro iudicio & de captiuitate Hieruſalem dicēs inſinuat, *Sanguinem & ignem, & vaporem fumi.*] Vide quomodo captiuitatem deſcripſit. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem.*] Ab affectione eorum qui patiebantur hoc dixit. Dicuntur ſanè & multa id genus in cœlo ſicut Ioſephus teſtatur, facta eſſe. Interim tamen & illos perſtrinxit, tenebras commemorans factas, & ad futurorum expectationē inducens, *Priuſquam veniat dies domini magnus & manifeſtus.*] Non enim quoniam nunc ſine pœna peccatis, inquit, confidatis. Hæc ſanè initia ſunt magnæ diei cuiuſdam, & grauiſſimæ. Vides quomodo concuſſit eorum animum, & riſum conuertit in defenſionem? Si enim hæc ſunt initia diei illius, neceſſarium eſt periculum in extremis valde aggrauari. Iam, nunquid dicens terribilia in illis perſeuerat? minime. Sed quid agit? iterum permittit illis reſpirare, ac dicit:

Et erit, omnis quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.] Hoc dictum quidem eſt de Chriſto, ſicut Paulus dicit. Iſte autem hic nō audet manifeſte illum reuelare. Videamus igitur iterum quæ dicta ſint. Bene quaſi contra ridentes ac ſubſannantes inſurgit, dicens: *Notum ſit omnibus vobis, & auribus accipite verba mea.*] Incipiens autem dicebat, Viri Iudæi. Iudæos mihi videtur dicere eos, qui Iudæam inhabitabant. Ad hæc ſi placet conferamus verba illa in euangelio, vt diſcas quis repente factus ſit Petrus.

Mat. 26. Exiit, inquit, puella, dicens: Et tu eras cum Ieſu Nazareno. Ille autem reſpondit: Neſcio hominem. Et iterum interrogatus cœpit ſe deuouere ac iurare. Hic vero vide libertatem illius in dicendo, magnamq; fiduciam: Non laudauit eos qui dixerant, Audiuimus loquen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

loquentes illos noſtris linguis magnalia Dei. Sed & grauitate quadã inſinuat, eaq; grauitate illos ſtudioſiores efficere, & ſermonem ab adulatione alienum afferre vult. Eſt enim hoc vbiq; obſeruandum, quomodo ſic eis ſermonem attemperet, vt tamen ab omni adulatione & contumelia ſit liber, id quod perquã difficile eſt. Et tertia hora hæc euenisſe, non ſimpliciter ordinatum eſt. Tunc nõ curioſius prandii curam habent homines, tunc clara lux eſt, tunc omnes ſunt in foro. Vides & libertate plenum ſermonem? Et auribus accipite verba mea. Quo dicto, nihil ſuum addidit, ſed appoſuit: Hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam Ioelem, Et erit in diebus nouiſſimis. Oſtendit enim poſtea conſummationem propè affuturam. Ita dicens in nouiſſimis diebus habet quandam euidentiam. Deinde ne putetur quòd res hæc ad ſolos filios pertineat, adiicit: Et ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. Vide ordine dicentem, prius filii, ſicut & Dauid inquit: Pro patribus tuis nati ſunt filii tui. Et Malachias iterum: Conuertens corda patrũ ad filios. *Pſal.44* *Luc.1.*

Et ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas.] Et hoc virtutis indicium eſt. Serui enim illius facti, liberi ſumus facti à peccato. Multiplex autem & hoc donum, quando etiam in alium ſexum tranſit gratiæ donum, & non in muliere vna & altera ſola ſubſtitit, vt olim in Debbora & Olda. Et non dixit quid ſit ſpiritus ſanctus, neq; interpretatus eſt ea quę Propheta dixit, ſed ſolam prophetiam attulit per ſeipſam certantem. Et nihil de Iuda iam loquitur, quoniam omnibus erat manifeſtum, qualem dedit pœnam: ſed ſilet, ſciens nihil poſſe fortius iis propheticis potuiſſe obiici. Ea enim etiam operibus ipſis validiora ſunt. Signa enim facienti Chriſto ſæpius contradixerunt. Quando autẽ Chriſtus Prophetã illis oppoſuit dicentẽ: Dixit dominus dño meo, ſede à dextris meis: ita ſiluerunt, vt ne verbũ quidẽ vltra quiſquã ei reſpondere auderet. Et ſępius ſcripturarũ & ipſe meminit, dicẽs: Si illos deos dixit, ad quos verbum dei factũ eſt. imò *Pſal.109.*

vbiq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbiq; hoc quis inuenerit, idcirco & hic dixit: Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: hoc est, gentes. Cæterum nunquam reuelat, neque interpretatur, neque quod mox sequitur ad explanandum conferebat, quoniam & hoc obscurum. *Dabo prodigia in cœlo supernè.* Imò illos terrebat obscuritas. Si autem interpretatus esset, magis illis obstitisset. Postea etiam quasi manifestum prẽterit, talem volens dare opinionem. Deniq; post hęc interpretatur illis, quando cum illis de resurrectione disputat, sermoniq; viam antea fecit. Propter hoc autem sponte prætermit, quoniam ad conciliandos illos, bona non sufficiebant: tametsi hoc nunquam factum, nunc autem quotquot fideles erãt, euaserũt sub Vespasiano. Et hoc est quod dicit,
Mat. 24. Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non seruata esset omnis caro. Quod molestius erat, primum contigit. Initio enim accidit, inhabitatores capi, & ciuitatẽ subuerti accendiq;. Deinde insistit metaphoræ, ante auditorum oculos ponens vrbis subuersionem ac captiuitatem. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.* Videtur mihi per hoc maximam cædem dicere, & valde anxium sermonem complere. *Et erit, quicunq; inuocauerit nomen Domini seruabitur.* Dixit & nondum reuelat, siue seruus sit inquit, siue liber. Non enim est mas vel fœmina in Iesu Christo, neq; seruus neque liber. Meritò. Hoc enim discrimen hîc est, vbi omnia vmbra sunt. Nam si in regum aulis, nullus nobilis est vel ignobilis, sed sua quenque opera insignẽ reddunt, & opus commendat artificem, multo magis in hoc ordine. Quicunq; inuocauerit, inuocauerit, inquam, non simpliciter. Nõ enim omnis, inquit, dicẽs mihi, Domine domine, intrabit in regnum: sed qui loquitur cum affectione, cum vita optima, cum fiducia congrua. Iam minus molestum facit sermonem, de fide agẽs, & minus terret, supplicii grauitatem abscondens. Quo modo? ostendit q; in inuocatione salus: Quid dicis, refer mihi, salutis post crucẽ memor es? Attende nunc. Multa enim misericordia Dei est, &

hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc non minus ostendit illum esse Deum, quàm resurrectio, & non minus signis est illos inuocare: hoc enim valde bonum est, hoc Deo maxime peculiare, propter hoc & dicit: Nullus bonus nisi vnus Deus. *Luc.18.*

MORALE.

Sed ne bonitatem in desidiæ occasionem arripiamus. Etenim etiam punit sicut Deus. Illa certe ipse, qui dixit, Quicunq; inuocauerit nomen Domini, seruabitur, fecit. De excidio Hierosolymitano loquor, & grauissimo illo supplicio, de quo nunc pauca vobis narrare statui, profutura vobis etiam cõtra Marcionistas & multos alios hæreticos. Quoniam enim dicũt bonum Deum Christum, illum autem malum, videamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malus ne illum vlciscens? minime. Quomodo igitur alienus ab illo? nunquid autem bonus? Cæterum ostenditur & pater & filius fecisse, pater quidem multis in locis, sicut quando dicitur in vineam mittere exercitus suos. Filius vero quãdo dicit, Inimicos meos adducite & occidite coram me, eos qui me noluerunt esse ipsorum regem. Et alioquin etiam ipse dicit tribulationes futuras, quibus nulla vnquam crudelior fuit facta. Et ipse illas annunciauit. Vis igitur audire quæ facta? Verubus illos transfixerunt: quid hoc spectaculo grauius? Iam non narrabo ne mulieris illam tragœdiam, quæ omnem aliam calamitatem obscurat: nec ostendam fames ac pestes? & transeo quæ his graviora. Ignorata apud illos fuit natura, ignorata lex, bestias superarunt feritate. Omnia autem hęc belli vis inuexit, Deo volente ac Christo. Hæc etiam contra Marcionitas congruent, & contra eos qui nõ credunt esse gehennam. Idonea enim sunt hæc, & sufficientia ad illorum impudẽtiam confutandam. Nõne mala hæc graviora fuerunt his quæ in Babylone perpessi? nõne fames hæc grauior quàm illa? De his & ipse prænũciauit Christus, dicens: Erit tribulatio qualis nõ fuit, neq; erit. Quomodo igitur dicunt qui- *Ioel.2.* *Mat.28.* *Luc.19.* *Mat.24.*

E dam,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam,q̃d remiſit eis Chriſtus peccatū? Fortaſſe videtur vulgaris quæſtio,& ipſi poteſtis ſoluere. Nullus vſquã poterit tale figmentū oſtendere,qualis eſt hæc hiſtoria quæ vere accidit. Et ſi quidẽ chriſtianus fuiſſet,qui eã conſcripſit,eſſet fortaſſis ſermo ſuſpectus. Quia autẽ Iudæus & æmulator,qui poſt euãgeliũ floruit, quomodo non oĩbus manifeſta ſunt quæ facta? Videbis enim illũ vbiq; res Iudaicas extollere. Igitur eſt & gehenna, & bonus eſt Deus. Num horreſcitis hæc audientes? Verum hæc quidẽ quæ hîc fiunt,nihil ſunt ad ea quæ alibi erunt. Iterum cogor videri iniucundus, oneroſus & grauis. Et quid faciam? In hoc poſitus ſum, ſicut pædagogus aſper ad hoc conſtitutus eſt,vt odio illum perſequantur quos erudit,ſic ſanè & vos. Quomodo enim non abſurdum, quum homines quibus aliquid à regibus præcipitur, etiamſi iniucundum ſit, continuo imperatum faceſſant, non propter veſtram reprehenſionem omittere quod Deus præcepit? Alius aliud opus habet. Multorum ex vobis opus eſt vt miſereamini, humanitatem declaretis,ſuaues ac blandi ſitis iis quibus benefacitis:nos vero quibus debemus eſſe vtiles, iis & graues & iniucundi videmur: nõ enim vtiles ſumus docendo ea quæ oblectant,ſed ea quæ mordent. Talis eſt & medicus, at ille quidem non valde iniucundus. Statim enim cum ſua arte vtilitatem adhibet, nos autem in futuro. Talis eſt et iudex inuiſus morbidis ac ſeditioſis, talis & legislator moleſtus his qui legem accipiunt. At non item qui vocat ad delicias, neque qui facit publica feſta & conuentus,neq; qui coronat populum: tales enim blandi ac amici ſunt inuitãtes ciuitates ad varia ſpectacula & ſumptus facientes: vnde & illos celebrant viciſſim ii quibus benefaciunt, & tapetis & lampadum multitudine, & coronis, & ramis,& veſte ſplendida. Si autem medicum viderint laborantes,triſtes ac mœſti efficiuntur: & ſi iudicem ſeditioſi,contrahunt nõ diffundunt vultum,nec exultant eo q̃ & ille ad hoc opus ordinatus eſt. Videa-

mus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus igitur quinam maxime vrbibus prosint, num ii qui publica conuiuia, & festa, & mensas, & delicias exhibent: an ii qui omnibus illis sublatis ferentes sceptrum & fasces, & lictores & milites terribiles, & vocem terrificam præmittentes, & animaduertentes in noxios, & silentium triste facientes, & virga eos qui in foro sunt submouentes. Videamus igitur, vbi finis lucrosior. nam hi quidem insuaues, illi vero amabiles. Quid igitur ab illis qui oblectant prouenit? voluptas quædam frigida, vsque ad vesperam manens, & sequenti die diffluens, risus incompositus, verba iniucunda & dissoluta. Quid autem ab his qui contristant? timor, modestia, mens humiliata, animæ iustitia, desidiæ interemptio, frenum affectionum quæ intus sunt, murus aduersus ea quæ foris insultant: per hos vnusquisque facultates suas possidet, per illas autem ferias cum damno dilapidamus eas, non inuadentibus latronibus, sed latrocinãte vana gloria cum voluptate. Videt latronem vnusquisque deprædantem omnia, & oblectatur. Nouus latrocinandi modus, persuadet spoliatis bono esse animo, verum illic nihil tale. Sed ab omnibus separauit Deus sicut pater communis, & ab his quæ videntur, & ab his quæ non videntur. Cauete enim, inquit, eleemosynam *Mat. 6.* vestram ne faciatis coram hominibus. Discit anima hinc, iniustitiam fugere. Iniustitia enim est non solum diuitias per auaritiam conquirere, sed & plus dare ventri quam illi præscribitur, & lætitiam è suis egredi terminis, inq; insaniam transire. Illinc discit temperantiam, hinc intemperantiam. Non enim solum mulieri misceri intemperantia est, sed etiam incontinentibus oculis aspicere. Illinc humilitatem discit, hinc fastum. Omnia enim mihi, inquit, li- *1. Cor. 6.* cent, sed non omnia expediunt. Illinc honestatem, hinc turpitudinem. Omitto enim ea quæ in theatris fiunt. Quòd autem neq; voluptas aliqua sit, sed iniucunditas potius, ostendite mihi post vnum diem festi, & eos qui sumptum fecerint, & ad spectacula

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inuitatos: & videbis quidem omnes triſtitia correp-
tos, maxime autem illum qui ſumptum fecit. Et me-
rito: nam præcedenti die oblectauit quidem popula-
rem hominem, & popularis quidem ſpectator iucun-
dus erat, ac delectabatur multum: tunc enim gaude-
bat ſplendida veſte, propria autem illius quum non
ſit, videns ſe exui, dolet & cruciatur. Ille autem qui
ſumptus impendit, ſuam felicitatem minorem ſum-
ptibus reputat. Idcirco ſequenti die reddunt ſibi ve-
ſtes iterum, & maiorem dolorem ludi exhibitor con-
cipit. Iam ſi in externis ea quæ oblectant, & lucrum
minuunt, habent tantum triſtitię, multo magis in ſpi-
ritualibus. Eapropter nullus ſuccẽſet legibus, ſed om-
nes ad communem vtilitatem pertinere eas cenſent.
Non enim peregrini aliunde aduenientes, vel hoſtes
has leges ciuibus ſtatuere, ſed ipſi ciues, ipſi præſides
ac curatores, ſalutiſq; ac beneuolentiæ indicium eſſe
putant leges condere, tametſi pœnarum plenæ ſint le-
ges, neque poteſt inueniri lex abſque pœna. Quomo-
do igitur non abſurdum, illos quidem qui enarrant le-
ges, ſeruatores & benefactores & preſides appellari,
nos autem tetricos quoſdam & moroſos haberi, ſi le-
ges Dei loquamur? Quando enim de gehenna differi-
mus, illas leges citamus, & quemadmodum iurecon-
ſulti leges de homicidis & de manticulariis, & de nu-
ptiis, & omnes tales: ita & nos punitiuas, quas nõ ho-
mo condidit, ſed ipſe vnigenitus Dei filius. Qui im-
miſericors eſt, puniatur, inquit. Iniuriarum memor,
extremum luat ſupplicium. Temere iraſcẽs, in ignem
coniiciatur. Scommatibus inceſſens, pendat in gehen-
na pœnam. Si autem non vultis nouas audire leges,
ne tumultuemini. Si enim non poſiturus erat nouas,
cur aduenit Chriſtus? Illæ enim manifeſtæ vobis
ſunt, quòd homicidam & adulterum oporteat puni-
re. Si igitur eadem eramus audituri, quæ vtilitas erat
magiſtri cœleſtis? Propterea non dicit, Adulter pu-
niatur, ſed videns intemperantibus oculis: & vbi &
quando pœnam dabit, apponit; & non in ſtatuis, ne-

Mat. 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que in columnis leges inſcripſit, neq; columnas æreas excitauit, & literas inſculpſit: ſed animas duodecim nobis excitauit, Apoſtolorum inquam, in illorum mentibus per ſpiritum has literas ſcripſit, has vobis nos merito prælegimus. Nam ſi Iudæis hoc licebat, vt ne quis illorum ad ignorantiam confugeret, multo magis & nobis fas eſt. Si autem quis dicat, Non audiam, ne iudicer: hoc nomine magis punietur. Si enim nullus eſſet qui doceret, liceret ad talia confugere: ſed quum aſſit doctor, non item. Vide igitur quomodo Iudæos venia priuet. Niſi veniſſem & loquutus eſſem illis, peccatum non haberent. Et iterum Paulus: Sed dico, an non audierunt? Itaque in omnem terram exiuit ſonus eorum. Tunc enim venia eſt, quando nullus eſt qui doceat: vbi autem præſidet qui doceat, non vltra eſt venia. Imò non voluit Chriſtus ad illas columnas ſolum nos reſpicere, ſed etiam nos vult eſſe inſcriptas columnas. Quoniam autem indignos nos ipſos exhibuimus hiſce ſcripturis, licet vt vel ad illas ſpectemus. Quemadmodum enim columnæ aliis minantur, ipſæ autem non ſunt reæ, ſicut neque leges: ita & beati Apoſtoli. Et vide quomodo non in vno loco ſteterit columna illa, ſed vbique circumferuntur ſcripturæ, etiamſi ad Indos proficiſcaris, audies illas: etiamſi ad Hiſpanos & ad ipſos terminos terræ, nullus eſt qui non audit, niſi fortè quis propter ſuam deſidiam. Ne autem ægrè feratis, ſed attendite quæ dicuntur, vt poſſitis opera virtutum apprehendere, ac æterna bona aſſequi, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri ſimul ac ſpiritui ſancto gloria, imperium, & honor, nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Ioan. 15.
Rom. 10. &
Pſal. 18.

HOMILIA VI.

Viri Iſraelitæ audite hos ſermones meos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NOn est hoc adulanter dictum, sed quos acriter perstrinxerat, erga illos remissior esse incipit, tempestiuam Dauidis mentionem faciēs. Et ne turbentur, nouum proœmium exordiatur, quia mentionem facturus erat Iesu. Nam superius quidē nō erat periculum ne turbarentur ad mentionē Prophetæ, Iesu vero nomine audito, facile fuissent offensi. Et non dixit, persuadeamini: sed, audite, id quod erat minus molestum. Vide etiam quo modo nihil dixit sublime, sed à valde humilibus incipit.

Iesum, inquit, *Nazarenum.*] Statim patriam dicit, quæ sanè videbatur cōtemptior esse, & nihil iam magnum de illo dicit, neq; quod de Propheta alius quis diceret. *Iesum*, inquit, *Nazarenum virum demonstratum à Deo erga vos*] Vide quàm magnum hoc erat, quòd à Deo esse missum dicit. Hoc enim sursum ac deorsum cum ipse tum Ioannes ac alii Apostoli monstrare studebant. Audi itaque Ioannem dicentem, Ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem ac manentem super illum, hic est. Ipse autē Christus frequentius hoc agit, dicens: A memetipso non veni, ille me misit; & vbiq; scripturarum hoc potissimum sollicite tractatur. Idcirco & sanctus ille præcipuus in beato illo choro, amator Christi, ardentissimus discipulus, cui claues cœlorum concreditæ, spirituali reuelatione accepta, cōpressis timore illis, cum ostendisset magna illos esse consecutos, fecisseq; credulos, tunc & de illo disserit. Papè quàm audacter in medio eorum qui occiderant dixit, quòd surrexerit. Et nō dixit quòd resurrexerit statim, sed quòd à Deo ad nos venit. Hoc autem manifestum est per ea quæ fecit. Non iam dicit quòd ipse, sed quòd per illum Deus, vt magis modeste loquendo illos sibi concilet, eo quòd & ipsos testes vocat, ac dicit: *Virum demonstratum à Deo erga vos virtutibus, ac prodigiis & signis quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis.*] Deinde vbi incidit in facinus illorum

Ioan. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lorum hoc sceleſtum, vide quàm attentet liberare illos â crimine. *Hunc*, inquit, *definito consilio & præscientia Dei expositum quum accepissetis, per manus iniquorum, crucifixum interemistis.*] Quasi illa Ioseph verba diceret, quæ scilicet ille quoque ad fratres dicebat, Ne timeatis quòd prodidistis me, non vos, sed Deus huc me misit. Deinde vt dixit, Consilio Dei, vt ne dicant, Igitur bene fecimus, illos quoque reos facit, per hoc quod addidit: *Per manus iniquorum crucifixum interemistis.*] Hic Iudam insinuat, interim illis etiam ostendit, quòd non ipsorum potentiæ fuerit, nisi & ipse concessisset, & exposuisset illum Deus. Hoc enim est quod nunc dicit τὸν ὡρισμένον expositum, sic totum conuertit crimen in caput Iudæ traditoris. Ille enim ipsum tradidit osculo: vel igitur de hoc quòd per manus iniquorum, vel militum dicit, manifestans quòd non simpliciter interemeritis, sed per iniquos viros. Et specta quomodo vbique curant vt passionem primum confiteantur. Quod autem ad resurrectionem attinet, quoniã magnifica erat, nunc abumbrat, & ita quodammodo in medio constituit: nam crux & mors quidem inter confessa erant, resurrectio autem nondum. Idcirco & postea de illa inquit, adiiciens, *Quem Deus suscitauit solutis doloribus mortis, secundum quod non erat possibile teneri illum ab ea.*] Hic magnum & sublime quiddam insinuauit. Hæc enim verba, non erat possibile, declarant, & ipsum vltro in potestatem mortis veniſſe, & quòd etiam ipsa mors illum detinens doluerit, & grauia passa sit: dolorem enim mortis scriptura periculum vbique solet appellare: & quòd sic resurrexit tanquam non iterum moriturus. Vel dicendo: Secundum quod non erat possibile illum teneri ab ea, hoc manifestat, quòd resurrectio eius non sit communis cum aliis. Deinde priusquam aliquid mens illorum cogitet, assistit illis Dauidem, qui omnem humanam rationem subuertat. *Dauid enim, inquit, dicit de eo,*] Et vide quomodo iterũ testi

Gen. 45.

Dolor mortis quid in scripturis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

monium humile. Propter hoc & suprà illud ex humi lioribus accepit, vt ostendat quòd mors nõ sit ex his quæ contristent. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, vt ne commouear, quia non derelinques animam meam in inferno.*] Po stea testimonio prophetico addit, *Viri fratres.*] Quando magnum quiddam dicturus est, hoc vtitur proœmio, excitans illos et sic beneuolentiam captãs. *Licet liberè dicere apud vos de patriarcha Dauid.*] Magna est hæc animi modestia, vbi non est damno sum, condescendit. Idcirco & non dixit quòd hæc de Christo dicta sint, non de Dauid, idq; valde pruden ter, obiiciens eis quòd plus satis beato Dauidi tribue rent, & licet rem confessam audacter se dicere fingẽs, atque ita laude admixta eos paulatim deducens de opinatione pristina. Ideo & non de Dauid inquit sim pliciter, sed de patriarcha Dauid, quod & mortuus sit ac sepultus. Non iam dicit, Et non resurrexit, sed aliter idipsum probe confirmat ac dicit: *Et sepulchrum illius est apud nos vsque in hodiernum diem.*] Deinde vt apparuit quod volebat, neque sic venit ad Christum, sed iterum affert laudes Dauid. *Pro phet a igitur quum esset, & sciret quòd iureiurando iu rasset illi Deus.*] Hæc autem dicit, vt sermonem de resurrectione etiam propter illius dignitatem ac ge nus recipiant, quasi prophetia violaretur, nisi hoc es set, atque adeo & ipsorum honori derogaret. Et sci ens, inquit, quod iureiurando iurasset sibi Deus. Non dixit, promisit simpliciter, sed quod maius erat, iure iurando iurauit: ex lumbo eius quoad carnem oritu rum Christum, vt sedeat super solium illius. Vide vt excelsa iterum insinuet: nam postquam illos sermoni bus placauit, magna fiducia interposuit Prophetã, & de resurrectione differit, q̃ neq; anima illius detinea tur in inferno, neq; enim caro illius sciuit corruptio nem. Hoc iterũ admirabile est. Ostẽdit enim q̃d dissi milis aliorũ sit resurrectioni resurrectio, nam cõpre hendit quidẽ illum, sed nõ fecit quòd suũ tunc mors.

Et peo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et peccatum quidem adumbrando dixit, pœnam autem non addidit. Et quòd crucifixerunt quidem manifeste dixit, deinde vero ad prodigium diuinitus factum transit. Quando autem demonstratur, quòd iustus occisus est, & quòd amicus deo, etiam si tacueris pœnam, is qui peccauit, seipsum magis quàm tu condemnabit. Omnia igitur in patrem refert, vt admittant quæ dicuntur. Deinde quod nõ possibile fuerit, ex prophetia adducit. Videamus itaque denuo quæ suprà sunt dicta. *Iesum*, inquit, *Nazarenum virum demonstratum à deo erga vos.*] Hoc est, de quo non est ambiguum, sed operibus demonstratum. Ita & Nicodemus dicebat, Signa hæc nullus potest facere quę tu facis. Virtutibus, inquit, & prodigiis ac signis quæ per illum fecit deus in medio vestri, atq; ita nõ clanculo, si in medio. Primum incipit ab his quę illis nota erãt, & dein ad minus nota progreditur. Postea dicens, *Consilio dei:*] ostendit quòd non ipsi potuerint, & q; factum est, sapienter quidem à diuina ordinatione & dispensatione. Et quod valde molestum illis fuisset, transiit. Vbiq; illis studium est, ostendere quòd mortuus est: licet vos negetis, inquit, illi testaturi sunt. Qui autem negociũ fecit morti, multo magis iis qui crucifixerunt, poterit. Sed nihil tale dicit, quòd potuit vos occidere, sed simpliciter solum insinuauit. Iam autem discamus & nos per ea quæ dicta sunt, quid sit tenere. Qui enim dolet, non tenet quod tenetur, neq; operatur, sed patitur, & abiicere cupit. Et bene dixit: Dicit enim Dauid de eo: vt ne ad prophetam quod dictum est, referas. Vides quomodo interpretatur mox propheriam, & nudam cõstituit, manifestans quomodo super thronum illius sedeat. Regnum enim spirituale in cœlis est. Vide quomodo cum resurrectione & regnum declarat in resurrectione: ostendit q; necessitas fuerit prophetæ dicẽdi. De illo enim erat prophetia. Quare nõ dixit de regno illius, sed de resurrectione illius? Magnum hoc erat. Quomodo autem super thronum sedit? regnans Iu- *Ioan. 3.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dæis, quod si Iudæis, multo magis his qui crucifixerunt ipsum. *Non enim caro eius vidit*, inquit, *corruptionem.*] Hoc resurrectione videtur quidem minus esse, veruntamen idem est. *Illum Iesum suscitauit Deus.*] Vide quomodo non aliter illum vocat. *Cuius omnes nos testes sumus: dextera igitur dei exaltatus.*] Iterum ad patrem confugit, quamuis sufficiebat dicere quod prius, sed scit quantum momenti hoc habeat. Hic & de assumptione insinuat, & quod in cœlis sit: cæterum neq; istud manifestè dicit. *Et promissione spiritus sancti accepta.*] Vide quomodo inciens dicit, quòd non ipsemet illum dimisit, sed pater. Postquam autem meminit signorũ illius, & quæ Iudæi fecerant illi, & de resurrectione disseruit, libere postea & de his sermonem inducit, iterum illos testes per vtrosq; sensus adducẽs. Porrò resurrectionis quidem sæpe memor est, sceleris autem illorũ semel, vt ne illos grauet. Et accepta, inquit, spiritus sancti promissione. Hoc iterum est magnum, opinor autem quod nunc promissionem dicat eam quæ ante passionem facta. Vide quomodo quod illius, postea facit totum suum, magna illa occulte operans. Nam si ille effudit, de illo propheta loquutus est superius, In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super seruos meos, & super ancillas meas, & dabo prodigia in cœlo supernè. Vide quanta occulte interferit. Verum quoniam magna erant, iterum illa obumbrat in eo quod à patre accepit. Dixerat bona quæ facta, signa illa, & quòd sit rex, quodq; ad ipsos venerit. Dixerat quòd ipse spiritum det: quæcunque enim dicere quis poterit, nisi ad vtilitatem tendant, temere dicit: quemadmodum & Ioannes facit, Hic nos dicens baptizabit in spiritu sancto. Et ostendit, quòd non solum ipsum nod minuerit, sed etiam clariorem effecerit, quandoquidem olim quidem promiserat ei deos, tunc autem dedit. Vel promissionem dicit quam nobis promisit, sicut & præscius erat futuram, & maiora nobis post crucem largitus est. Et effudit, inquit

Matt. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hic dignitatem euidenter tradit, & non ſimpliciter, ſed etiam cum vbertate. Ideo & iſthuc ipſum manifeſtum faciens, adducit cætera. Poſtea enim líberè & de aſſumptione in cœlos loquitur. Et non ſimpliciter, ſed iterum teſtem adducens, & illius meminit de quo CHRISTVS dixit: *Non enim Dauid*, inquit, *aſcendit in cœlos.*] Hic iam non cum demiſsione concionatur, habens ex dictis fiduciam. Neq; dicit licet dicere, neque vila talia. Dicit autem manifeſte,

Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.] Pſal. 109.

Iam ſi dominus eſt Dauidis, multo magis illorum. Sede à dextris meis. Totum hic poſuit. Donec poſuero inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Hic etiam magnum metum incutit, quemadmodum inimicitio mõſtrauit, qualia amicis, qualia etiam inimicis faciat. Et iterum, potentiam, vt ne minus credatur, patri acceptam fert. Itaque quoniam magna loquutus, iterum ad humilia ſermonem deducit. *Certò igitur ſciat*, inquit, *tota domus Iſrael:*] hoc eſt, ne dubitetis, ne ambigatis, poſtea & aperte definit, *Quia & dominum illum, & Chriſtum Deus fecit.*] Hoc à Dauid & à pſalmo commemorat. Oportebat enim dicere, Certõ igitur cognoſcat omnis domus Iſrael, quod à dextris ſedet id quod magnum erat: ſed eo relicto, aliud adducit multo humilius, vbi dixit, fecit; hoc eſt, conſtituit, atque adeò nihil hic de ſubſtantia dicitur, ſed totum de hoc dicit, *Hunc Ieſum quem vos crucifixiſtis.*] Bene hic definit, concutiens illorum mentem. Quoniam enim oſtendit quantum hoc ſit facinus, tunc tandem & ipſum aperuit, vt ſic maius oſtẽdatur, & metu illos corripiat. Non enim ſic homines beneficiis adducuntur, vt timore caſtigantur. Verum admirabiles illi & magni amici dei neutro horum indigent, qualis ſcilicet Paulus erat. Neque enim regnum vel gehennam magnifaciebat, & hoc eſt amare Chriſtum, hoc eſt, non eſſe mercenarium, neq; quæſtum, vel negociationẽ exiſtimare, ſed vere

eſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esse virtute præditum, & omnia facere, eo quòd grata sint deo.

MORALE.

Quantis igitur lachrymis digni, qui tantam debẽtes mensuram, neq; vt negociatores ambimus regnũ cœlorum? Tanta nobis pollicetur, & neq; sic audimus. Quid huic inimicitię comparari poterit, quamuis ij qui insana pecuniarum cupiditate laborãt, siue seruos, siue hostes, siue inimicissimos inueniant, vnũ hoc spectant, si possint ab illis pecunias accipere, omnia faciunt, & adulantur, & seruiunt, & seruituti se addicunt, omnibusq; se putant esse honestiores, vt quid ab illis accipiant. Pecuniarum enim spes nihil horum illos sinit cogitare. Regnum autem cœlorum non æque nos mouet ac pecunia, sed longe minus, quamuis ille qui id promittit, incomparabiliter etiã ipso regno maior est. Quãdo autem, & quod promittitur, regnum est, & deus qui illud promittit, magnũ vtique fuerit illud à tali accipere. Nunc autẽ perinde fit, ac si rex quidẽ hæredes suos & cohæredes filio volens facere post innumera etiam alia beneficia contemnatur. Princeps autem latronum qui innumeris malis & nos & parentes nostros affecit & impleuit, confundens nostram cum gloriam tum salutem, vnico duntaxat obolo monstrato adoretur à nobis. Regnum promittit deus & contemnitur, gehennam apparat diabolus & honoratur: ille deus est, hic verò diabolus: sed videamus præceptorũ discrimen. Si enim nihil horum esset, & hic non esset diabolus, ille verò non esset deus: & hic non gehennam, nec ille regnum exhiberet: nonne ipsa mandatorum natura sufficeret ad hoc persuadendum? Quid igitur vterq; imperat? hic ea quæ cõfundunt, ille ea quæ glorioſos reddunt. hic ea quæ innumeris inuoluũt calamitatibus ac turpitudinibus, ille ea quæ multũ refrigerij cõcedũt. Vide enim, ille dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. *Matt.* 11. Hic inquit, Ferox esto & immãsuetus, ac iracundus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& bestia magis quàm homo. Videamus igitur quid vtilius? quid conducibilius? sed non hoc solum, sed cogita quòd ille diabolus est, maxime enim illud mõ stratum est. Ad hæc triumphi erũt maiores. nõ enim qui facilia imperat, is fautor est, sed qui vtilia. Quia & patres molesta imperãt, & domini seruis. Sed propter hoc alij quidem patres sunt ac domini, alij verò abigei & raptores hoim dãnosi, suntq; oia contraria. Veruntamen quòd & voluptas hic vtilitati coniuncta sit, hinc manifestum. In quibus putas esse iracundum, in quibus tolerantem malorum ac mansuetum? Nonne huius anima solitudini cuipiam habenti multam quietem comparatur, illius vero foro & turbæ in quo multus clamor sequentium camelos & mulos ac asinos, multum ad accedentes exclamantibus, ne conculcentur. Nonne illa quidem mediis ciuitatibus comparata, in quibus hinc argenti fabrorum, inde ærifabrorum magnus auditur sonitus, & alij quidem inuadunt, alij autem inuaduntur: sed hæc vertici cuidam montis est similis, in quo leuis flat aura, & purus splendor fulget, & perspicua fontium ebulliũt fluenta, & multiplex florum producitur gratia, vti sunt verna prata ac horti, florẽtibus arboribus & floculis, & aquis defluentibus. Quòd si & sonus auditus fuerit, dulcis est, & multam effundit voluptatem: nam vel aues cantillantes summis arboribus insident, & cicadæ, & philomelæ & hirundines concorditer vnam quandam perficiunt musicam: vel zephyrus blande allidit arborum ramos, in quercubus & pinis stridens etiam olores imitatur: vel pratum rosas producens & lilia inter se collisa & cõmota, quasi pelagus parum vndabundum referũt. Imò multas quis inuenerit similitudines: nam quando quis rosas aspexerit, iridem putabit videre: quando autem violas, mare vndabundum: quando verò lilia, cœlum. Neq; spectaculo solo & aspectu oblectatur tunc talis, sed & ipso corpore. nam & refrigeratur, & respirat, ita vt in cœlo potius quàm in terra videatur esse.

Est

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Est & alius sonus quidam, quando aqua à summa altitudine per canales suo motu fertur, & blando strepitu subiectis silicibus obstrepit, ita relaxat membra nostra voluptas, vt etiã oculis somnum membra fouentem immittat. Libẽter audistis narrationem, forsan etiam solitudinis facti amatores, sed hac solitudine multo suauior longanimis anima: nõ enim vt pratum describeremus, neq; vt ad ostentationem sermonem ducamus, hanc attigimus similitudinem, sed vt per hanc descriptionem videremus quanta sit longanimorum voluptas, & quòd multo suauius sit viro mansueto conuiuere, maioraq; emolumenta ab illo accipiantur, quàm si in talibus versetur locis. Hos imitemini. Quando enim neq; validus ventus ex tali anima egreditur, sed benigni quidã sermones ac blandi, & zephyro placido recte comparãtur, dum admonitiones nihil habent asperum, sed aues cantillantes imitantur, quomodo igitur hoc non melius? Non enim corpori accidit sermonis aura, sed animas reficit. Non ita statim medicus febricitãtem hoiem à febribus liberarit sua cura, vt lõganimus vir & iracũdum, & præ ira flagrantem apprehensum refrigerabit per spiritum propriorum sermonum. Et quid de medicis dico? Neque ferrum ignitum, & aquæ intinctum ita statim calorem amittit, sicut si incidat in animam longanimem homo iracundus. Sicut autem si in forum ingrediantur cantillantes aues, nugæ esse videntur, ita etiam nostra præcepta in animas iracundas immissa. Nónne suauior mansuetudo quàm ira & temeritas: & non hoc solum, sed etiam hoc quidẽ diabolus, illud vero deus imperauit. Videte quòd non temere dixi, quòd si etiam nõ esset diabolus, nec deus: illa tamen præcepta sufficiant vos ad abducendum. Nam mansuetus quidem & sibiipsi dulcis & aliis est vtilis. Iracũdus vero & sibi insuauis, & aliis damnosus. Nihil insuauius homine iracundo, nihil onerosius, nihil molestius, nihil fœdius: quemadmodum scilicet, nihil suauius est eo qui nescit irasci. Me-

lius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lius est cohabitare bestiæ, quàm homini tali: nam illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem, illum autem quoties placaueris, iterum exasperatur. Sibi enim habitum quendam talem indidit semel. Quẽadmodum enim dies candidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter se multum distant, ita etiã iracundi ac mansueti animæ. Sed nondum quæ ab illis ad alios veniunt incõmoda, sed solum quæ sibi ipsis inferunt, audiuimus, quamuis & hoc nõ paruũ damnum, alium damno affecisse. Veruntamen nunc hoc consyderemus, quis lictor latera sic confringere poterit, quæ verua ignita sic transfigunt & explorãt corpus, quæ insania sic stupida reddit naturalia præcordia, vt ira & furor? Scio multos ex ira morbos natos, suntq; febres illæ acutissimæ. Si autem corpora ita offendũtur, cogita animam. Ne enim ratiocineris tecum q̃ nõ vides, sed cogita q̃ si ille qui accipit malitiam ita offenditur, id quod parit quantum suscipit damnum: multi oculos perdiderunt, multi in morbũ grauissimum inciderunt: attamen ille quidem fortiter fert omnia, & facile quamuis imperet molesta, & horum mercedem ponat gehennã, & diabolus ac inimicus salutis nostræ sit, & magis illi obtemperamus quàm Christo, qui saluator est ac benefactor, taliaq; dicit, quæ & vtiliora & suauiora sunt, & nobis & his qui nobiscum viuunt maxime. Nihil ira deterius profectò, & intempestiuo furore, nõ fert longam moram, acutus morbus est. Sæpe & verbum quis per furorem effudit, & perdit quo ad ministerium totius vitæ opus habet, & facit aliquid quod totam vitam eius subuertit. Molestum enim hoc est, quòd quis in breui tempore, & vno opere, & vnico verbo nobis æterna bona aufert, & innumeros labores elargitur. Ideo oro vos, vt omnia faciatis, quo frenetur hęc bestia. Cæterũ hęc de mansuetudine & ira dicta sint. Si autem & alia quis dicendo assumpserit, vt auaritiam, despectum pecuniarum, intemperantiam, sobrietatem, inuidiam, benignitatem, & scrutatus fuerit,

etiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam aliud quid excellentius sciet. Scitote quòd per præcepta solum deus diabolusq; monstrantur. Obtẽperemus igitur deo, & ne in barathrũ nos ipsos proiiciamus, sed dum adhuc tẽpus est ab omnibus quæ animam nostram damno afficiunt, nos abluamus, vt æterna bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Auditis autem illis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres?

VIdes quantum bonum sit mansuetudo. Ipsa pectora nostra magis quàm vehemens austeritas extimulat, & plaga ferit maiore. Quemadmodũ enim percutiẽs obdurata corda, nõ tam facile sentire facit, vt si eadem prius mollia faciat ac tenera: ita & hoc loco prius oportebat mollire, & tunc pungere: mollit autem non furor, neque accusatio vehemens, neq; conuicia, sed mansuetudo. Nam ille quidem iracũdus auget morbum, hic autem qui mitis est, imminuit. Atq; ita si volueris quempiam qui iniuste egit, corripere, magna cum mansuetudine illum alloquere. Vide igitur & hoc loco quid faciat. Mansuete in memoriam reduxerat illis sua flagitia, & nihil addidit. Dixit dei donum, adiecit gratiam quæ his quæ facta erant testimonium dabat, & vlterius sermonem produxit. Reueriti sunt Petri mãsuetudinem, quia his qui dominum suum crucifixerant, & contra ipsos clamarant, tanquam pater & magister curam gerens loquebatur. Non simpliciter obedierunt, sed seipsos condemnarunt, senserunt quæ fecerant. Non enim permisit illos furore intumescere, & mente obtenebrari, sed per modestiã, indignatione quasi nebula turbatis demonstrabat quod perpetratum erat. Etenim sic vsuuenit, vt siquando dicimus nos iniuria affectos, illi attentent demonstrare, quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd non iniuſte egerint: quãdo autem dicimus nos, quòd nos iniuria affecti non ſimus, ſed iniuſte egerimus, magis illi contrarium faciunt: & ita ſi vis eum qui iniuſte egit, reum facere, ne accuſes illum, ſed reũ te conſtitue. Eſt enim genus hominum ad contentiones propenſum. Hoc Petrus fecit, non accuſauit illos ſeueriter, ſed attentauit quantum poſsibile erat, etiã manſuete defendere, & idcirco illorum animos perſtrinxit. Et vnde manifeſtum, quòd compuncti fuerunt? Ex verbis illorum. Quid enim dicunt? Quid faciemus viri fratres? Quos impoſtores vocarant, fratres vocant: non in tantum ſe illis æquabant, quantũ ad ſui curam ac amorem his verbis attrahere nitebãtur. Et aliter, Quoniam illi eos primũ ita appellare dignati fuerunt, dicunt, Quid faciemus? Non dixerunt ſtatim, Igitur reſipiſcamus, ſed permiſerunt ſeſe illis, quẽadmodum in naufragio aliqui conſtituti vel morbo, conſpecto gubernatore vel medico, omnia illi cõcedunt ac obediunt. Similiter & hi fecerũt: Confeſsi ſunt ſe eſſe in extremis malis, & nullam ſalutis habere ſpẽ. Et vide, non dixerunt, Quomodo ſeruabimur, ſed quid faciemus? Quid igitur Petrus? *Iterum hic interrogatis omnibus, ipſe reſpondet, Reſipiſcite dicens, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti.*] & nondum credite, ſed baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Hoc enim in baptiſmate accipiebant, deinde oſtendit etiam lucrum. *In remiſsionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti.*] Si donum accipietis, ſi remiſsionem habet baptiſma, quid futuri eſtis? Deinde probabiliorem ſermonem faciens, ſubdidit, *Veſtra eſt enim promiſsio.*] Hãc & hic quam ſuperius dixerat. *Et filiorum veſtrorum.*] Igitur & hinc maius donum eſt, quòd bonorum etiã hæredes habeant. *Et omnium*, inquit, *qui longe ſunt.*] Multo magis veſtri qui propè eſtis. *Quoſcunque vocarit dominus deus noſter.*] Vide quando dicit eorum qui procul, tunc quando illos inuenit ſuos factos, & ſeipſos condemnaſſe. Anima quando ſeipſam condemna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fit, non vltra poterit inuidere. *Aliisque sermonibus testificabatur ac obsecrabat dicens.*] Vide illum vbique submissum, & nec ambitiosum, nec ostentatorem. Testificabatur, inquit, & orabat dicens. Absoluta & perfecta est doctrina, quæ & metum incutit, & amorem declarat. *Saluemini à generatione hac peruersa.*] nihil de futuris, sed de præsentibus dicit, quibus maxime aguntur homines: & ostendit quòd prædicatio non solum à præsentibus, sed etiam à futuris eripit malis. *Itaque illi libenter accepto sermone eius, baptizati sunt: & appositi sunt die illo animæ quasi tria millia.*] Quomodo putas hoc non magis recreasse apostolos quàm signa? *Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum vnanimiter, & communicatione.*] Duæ virtutes, & perseuerare, & vnanimiter. Hoc autem dixit, vt ostendat quòd longo tempore illos docuerint. *Et communicatione & fractione panis & oratione.*] Omnia communiter, omnia cum perseuerantia faciebant, inquit. *Obortus est autem omni animæ timor, multaque prodigia & signa per apostolos gerebãtur.*] Meritò. Neq; enim vt vulgares homines despiciebant, neq; personis intenti erant, sed accensa erat eorum mens. Quoniam autem superius multa fiua erant verba Petri, & ostenderat promissiones ac futura: meritò correpti sunt metu, & testificabantur dictis signa. Itaq; quemadmodum & in Christo primum videre licebat signa, dein audiebatur doctrina, & deinde veniebant miracula, ita & nunc. *Omnes autem credentes erant coniuncti, & habebãt omnia communia.*] Vide statim quantum incrementum. Non enim in precibus solis erat communicatio, neq; in doctrina sola, sed & in administratione. *Et possessiones ac substantias vendebant, & partiebantur illa omnibus prout vnicuique opus erat.*] Non simpliciter quèmadmodum apud Græcos philosophi, quorum alij reliquerunt agros, alij multum auri in mare proiecerunt, id quod non erat opum contemptus, sed stultitia & insipientia. Vbique enim & semper diabolus

studuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtuduit infamare creaturas dei, quòd quis bene vti pecuniis nequeat. *Quotidie autem perſeuerantes vnanimiter in templo.*] Hic modum docet quo doctrina fruebantur. Et vide quomodo nihil aliud vel paruũ vel magnum faciebant Iudæi, ſed aſsidui erant in templo. nam qui inter illos erant feruentiores, etiam loco maiorem exhibebant reuerentiam. neq; enim auellebant illos apoſtoli, ſcilicet ne incommodent.

Frangentesque per ſingulas domus panem, ſimul accipiebant cibum in exultatione & ſimplicitate cordis, laudantes dominum, & habentes gratiam apud omnem populum.] Panem, dicens, videtur mihi hoc loco ieiunium ſignificare, & auſteram vitam: ſimul enim accipiebant alimentum, non delicias. Hinc diſcito dilecte, quòd non deliciis, ſed cibis ſuauiter fruamur, & quòd delicati ſunt in mœrore, & non delicati in gaudio. Vides quòd ſermones Petri etiam vitæ afferebant temperantiam? Sic non eſt exultatio, vbi nõ eſt tenuitas. Et quomodo inquit, habebant gratiã apud omnem populum? propterea quæ faciebant per eleemoſynas. Ne enim attẽdas oro, inquit, quòd ſacerdotes præ liuore & inuidia illis obſiſtebant, ſed vide q̃ gratiam apud omnem populum habebant. *Dominus autem addebat eos qui ſalui fierent quotidie eccleſiæ. Omnes autem credentes erant coniuncti.*] Sic vbique bonum eſt concordia. *Aliisque ſermonibus teſtificatus eſt.*] Hoc dixit, oſtendens quòd non ſufficiebant quæ dicta erant. Vel etiam dic, q̃ illa quidem vt ad fidem adducerent, hæc autem vt fideles redderent, dicta ſunt. Et non dixit: In cruce, ſed in nomine Ieſu Chriſti baptizetur vnuſquiſque veſtrum. neq; continuo illis crucis memoriã inculcat, vt ne opprobrare videatur: ſed ſimpliciter reſipiſcite, inquit, & baptizetur vnuſquiſq; in noĩe Ieſu Chriſti in remiſsionẽ peccatorum. Cæterũ longe aliter habent iudiciorum quæ hic ſunt, leges: nam hic qui peccauit, quãdo confitetur, ſeruatur. Vide quomodo non præteriit quod maius, ſed prædicta gratia illud ſubdidit, dicens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Accipietis donum ſpiritus ſancti. Dignus acceptio
ne & fide ſermo ille, ex his quæ ipſi iam acceperant.
Iam enim rem eſſe facilem dicit, multiplexq; haber
donum, & mox ad vitæ rationem ducit, ſciens quó
materia etiam ipſis eſt ſtudij, iam tãta bona guſtaſſe
Porrò quia auditor deſiderabat audire, quod proli
ſermonis caput & quænam ſumma eſſet, etiam illu
apponit, oſtendens q̃ donum ſancti ſpiritus. Cæteri
illi accepto ſermone, laudauerunt quæ dicta ſunt, q̃
uis metu pleni, & poſt indulgentiam ad baptiſm
veniunt. Cæterum videamus iterum quę dicta ſunt.

Erant, inquit, *perſeuerantes in doctrina* :] ex ho
manifeſtum, quòd non vno vel duobus diebus, ſe
multis docuerint, vtpote in aliam vitam illos tran
ferentes. *Et obortus eſt omni animæ timor.*] Si om
ni, etiam his qui non crediderant. veriſimile autem
lis hoc accidiſſe, quia viderunt tantam ſubitam m
tationem, fortaſsis etiam quia viderant ſigna. No
dixit autem ſimul, ſed vnanimiter: multi enim ſæp
congregantur, qui tamen non ſunt vnanimes, ſed ſe
tentiis diſſident. Sermonibusq; obſecrabat. Non di
xit doctrinam, ſuccidens. Licebat autem diſcere, q
cut nouos pueros educabant alimento ſpirituali, &
angeli repente facti ſunt. *Et diuidebant prout vnu
quiſque opus habebat.*] Viderunt quòd ſpiritualia cõ
munia, & nullus alio plus habebat, & ſtatim perue
nerunt ad hoc vt ſua omnibus diſtribuerent. Omne
enim credentes erant coniuncti: non loco fuerunt cõ
iuncti, vt manifeſtum eſt his quæ addidit, dicens,

Et omnia habebant communia.] Omnes autem in
quit, non ille quidem habebat, ille vero nõ habebat.
Hæc erat angelica reſpub. nihil dicere ſibi proprium
eſſe. Hinc radix malorum execta eſt, & per ea quæ fe
cerunt, demonſtrarunt quod audierunt. Igitur hoc
erat quod dicebat: Seruamini à generatione peruerſa
iſta. Et appoſitæ ſunt die illo animę quaſi tria millia.
Poſtquam tria millia facti ſunt, ſecreuerunt ſe à vul
go, qui & magna cũ fiducia iam agebant, quotidieq;
aſcende

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ascendebant,& assidui erant in templo. Quia & Petrus & Ioannes paulò post idem fecerunt. nihil enim Iudaicum nouabāt,sed honor ille in locum pertingebat vsque ad templi dominum.

MORALE.

Vidisti pietatis incrementum,diuitias abiiciebāt & gaudebant, & multa lætitia. Maiora enim erant quæ accipiebāt bona,nullus opprobrabat, nullus inuidebat,non erat fastus, non erat contemptus, quasi pueri nuper nati putabant se erudiendos. Quid sicut in obscura dico imagine? Meministis ꝙ quando ciuitatem nostram concussit deus,& omnes erant attoniti,sic afficiebantur:nullus dolosus erat, nullus malignus.Etenim talem faciebat timor,talem tribulatio, non erat frigidum illud verbum, Meum & Tuum. Et ob hoc exultatio erat in mēsa,nullus quasi ex propriis ederet afficiebatur, nullus etiā quasi ex alienis, quamuis videatur ænigma esse. Ea enim quæ fratrū erant,non arbitrabantur esse aliena:erant enim vt dominorum, neq; propria, sed vt fratum : neq; pauper confundebatur,neq; diues inflabatur.Hoc est exultare.Et ille qui communicabat, quasi beneficiū accepisset,lætabatur,& illi qui accipiebāt,quasi sic honestati. *Et valde inter se erant coniuncti.*] Quoniā in opū distributionibus,& contumelias,& contristationes, & molestias fieri cōtingit:propter hoc dicebat Apostolus,Ne ex tristitia vel ex necessitate. Vide quantum illis testificetur & tribuat, fidem germanam, vitam rectam,perseuerātiam in auditorio, in precibus, in frugalitate, in lætitia.Duo erant quæ poterant illos conturbare,ieiunium & pecuniarum erogatio,illi autem propter vtrunq; gaudebant.Enimuero quis sic affectos non vt patres communes dilexisset: nihil mali pariebant inter se,totū permittebāt diuinæ gratiæ,nō erat timor, idq; in mediis periculis. Vnde per simplicitatem omnem virtutem declarauit,quæ maior est ipso ieiunio, diuitiarū erogatione, ac perseuerantia in oratione.Sic autem & pure laudabant, imò 2.Cor.9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc est laudare deum. Vide insuper et illos hic statim accipere mercedem. Habere enim gratiam apud populũ, est esse valde dilectos ac amabiles. Quis enim non obstupesceret, quis non admiraretur hominem moribus simplicem, vel quis non se iungeret ei qui subdolus non est? aut quorum aliorũ est salus? quorũ præter hos eximia illa felicitas? Nonne pastoribus initio euangeliũ prædicatum est? nonne Ioseph simplex homo erat, adeò vt nec per adulterij suspicionẽ perterreretur, quo peccato perpetrando consentiret? Pro.10. Nonne agrestes fuci expertes elegit? Anima enim, inquit, benedicta omnis simplex. & iterum, Qui autem ambulat innocenter, ambulat cum fiducia. Dicat aliquis, Nõne & prudentia opus est? At quid aliud est simplicitas q̃ prudentia? Quando enim nihil suspicaris malis, neq; moliri poteris malũ, quando nihil feres moleste, neque vindictam meditari poteris. Cõtumelia quis te affecit, non doluisti: calumniatus est, nihil inde affectus es: odio persequitur, & sic quoque nihil affectus es. Via quædam est ad philosophiã simplicitas. Quemadmodum enim in corpore tristis & mœstus & cogitabũdus, licet pulcher sit quis, multum tamen pulchritudini detrahit: hilaris autem & subridens aspectu, formositatẽ augeret: ita profectò etiã anima. Subdolus licet innumera habeat bona opera, diuperdit ea, contrà agit mente liber ac simplex. Et amicum talem quis cum simplicitate fecerit, & inimicum factum conciliarit. Non item opus habet custodia, custodiæ custodia, neque vinculis & connexionibus ad hoc, sed multa est illi laxatio, & iis qui cum eo versantur. Quid igitur si in malos inciderit viros talis? Deus qui præcepit esse simplices, porriget manum. Quid simplicius erat Dauide? quid Saule malignius? Vter igitur superauit? Quid Iosephus? nonne simpliciter appellabat heram, illa eũ contrà callide? & quæso detrimenti inde passus est? Quid Abele fratre apertius? quid Caino maleficentius? idem Iosephus: nonne citra fucum agebat cum fratribus? nonne pro

pre

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pter hoc probatus fuit, eo quòd ipse quidem omnia absq; suspicione loquebatur, illi autem malicioſe insi diabantur? Somnia sua semel atque iterũ incaute eis prodidit, itidem pari securitate ad illos profectus est cibos allaturus, totum committens deo: illi erga ipsum tanquam hostem affecti erant, ipse viciſsim erga illos vt fratres: & poterat deus illum non permittere incidere in illos, sed permisit vt ostenderetur miraculum, quòd licet illi quod poterant conarentur, ille tamen vicit: & sic quantamuis plagã accipias, non à teipso, sed ab alio accipis. Malicioſus autẽ seipsum quidem percutit primum, alium autem nullum, & sic sibiipsi est hostis. Illius anima plena est mœrore perpetuo, cogitationibus semper complicitis, siue audiendum, siue dicendũ quid sit, omnia trahit ad crimẽ, omnia incusat. Procul ab illis amicitia & concordia proxime autem illis habitant & inimicitiæ & fœditates, & sibiipsis suspecti sunt tales: his neq; somnus dulcis, neq; aliud quippiam. Quòd si & mulieres habent, papè, q̃ sunt omnibus hostes ac inimici, innumeræ æmulationes, timor perpetuus. πονηρὸς malus autẽ παρὰ τὸ πονεῖν à laborando dictus est: sic scilicet scriptura semper laborem malitiam vocat, sic quando dicit: sub lingua eorum fatigatio & labor. & alibi iterum. Et quid reliquũ illis? fatigatio & labor. Si autẽ admiretur quispiam, vndenam initio tales facti sint, & hodie non sint tales: discat causam esse afflictionẽ, doctricem philosophiæ, matrem pietatis. Quando pecuniæ in vsu non erant, tunc neq; labor erat. Etiã, inquit, istuc ipsum enim rogo, nunc autem tanta malitia vnde? illic tria millia & quinq; millia statim virtutẽ arripuerunt, & mox adeò philosophi facti sunt: nunc autem vix vnus inuenitur, tunc autem sic conspirabant. Quid hoc quod illos tam agiles & excitatos reddebat? quid illos repente accendit? Quoniam cum multa accedebant deuotione, quoniam honores non erant sicut nunc, quoniam ad futura suam mentem conuerterant, & nihil præsentium expectabant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc est ignitæ animæ, in periculis versari, hoc puta bant illi Christianismum esse, sed non nos: nunc in meris dissolutionibus viuitur, propter hoc neq; quã do oportet hæc assequemur. Quid faciemus interro gabant illi, condemnantes seipsos, nos autẽ secus agi mus. Quid faciemus, dicimus, venditantes nos præ sentibus, & sublimia de nobis ipsis sentientes. Illi fa ciebant, quæ sanè facere decebat, nos autem contra rium agimus. Condemnarunt seipsos illi, desperarũt de salute sua, & propter hoc tales facti sunt, agnosce bant quantum donum acceperant. Quomodo autem vos eritis tales, per omnia diuersum quod illi facie bant operantes? Illi simul audierũt ac baptizati sunt, non dixerũt hæc frigida verba, quæ scilicet nos nũc, neq; moras nectebant, quamuis non omnes audie rant iustificationes: sed solum, Seruamini à generatio ne hac praua, eos non segnes effecit, sed acceperunt sermones: & quod acceperant, operibus declarabãt, & monstrarunt quales essent. Simul enim vt in certa men ingressi, vestes exuerunt, nos autem insanientes, cum vestibus certare volumus: propter hoc anta gonista noster laboribus non habet opus, sed impli citi in nobis ipsis sæpe deijcimur. Idem enim faci mus, quẽadmodum si quis athletam, puluere aspersum, nigrum, nudum, & ab arena & à sole multum habentem luti, & oleo, sudore ac luto simul defor matum conspicatus, ipse vnguentum olens acceptis sericis & aureis vestibus, & stola vsque ad corigias calcei demissa, & aureo ornatu in capite in arenam descendat. Qui enim talis est non impeditur solum, sed omnem curam habet, ne inquinetur & dissrumpa tur vestis, vnde & primo aggressu cadet: & id quod timuit, statim patietur, cum plagis & damno accepto. Tempus adest certaminis, tu autem sericis in dueris: tempus est exercitationis, tempus stadij, tu au tem quasi ad pompam teipsum ornas, & quomodo vinces? Oro ne spectes ad externa, sed interna. Horũ enim curis, quasi vinculis grauib⁹ vbiq; anima colli gata

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gata est, manum nõ sinens extollere, neque extendere contra hostem, molles faciens ac delicatos. Optandũ, liberatum ab omnibus posse illam immundam superare potestatem: propter hoc & Christus ꝙ non sufficiat solarum diuitiarum abiectio, vide quid dicat, Vende facultates tuas, & da pauperibus: & veni & sequere me. Si autem depositis quoq; opibus nondũ securitatem consequimur, sed & alia quadam arte ac diligentia nobis opus est: multo magis has adhuc habentes, nihil magni faciemus, sed ridiculi & spectatoribus & ipso maligno hosti erimus. Nam licet diabolus non esset, licet nullus qui impugnet appareat: innumeræ tamen viæ sunt, quæ diuitiarum amatores ad gehennam ducunt. Vbi nunc sunt qui dicũt, Quare diabolus factus est? Ecce hic diabolus nihil operatur, sed nos totum. Atqui hæc eos qui in montibus sunt dicere oportebat, qui post temperantiam, & diuitiarum contemptum, et aliarum rerum despectum, patrem ac domos, & agros, & vxorem, & pueros reliquere vt milites: sed illi maxime hæc non dicunt. Isti autem quos nunquam dicere oportebat, dicunt. Illa reuera sunt diaboli certamina, ad hęc autem neque descendere dignum. Sed istam, inquit, diuitiarum cupiditatem immittit diabolus. Fuge ô bone, & caue eam ne admiseris. Nunc si quem videres à ianua moliri lutum, & in se suumq; caput id diuertere, non solum non misereretis, sed etiam indignareris, & dicere illum iuste passum esse: & quid ita insanis, omnes ad illum dicerent. Ipse autem vides quòd diaboli est diuitiarum cupiditas, vides quòd innumera mala affert, vides illum sicuti luti aceruos facere cogitationes fœdas, & nudo capite excipiens immunditiam illius non intelligis? parum declinare oportebat, & ab affectione liberari, quemadmodum si ille locum declinans liberetur: sic & tu accipe tales rationes, & fugias peccatum, & repellas concupiscentiam. Et quomodo repellam, inquit? Siquidem Ethnicus esses, & præsentia solum admirareris, fortasse multa esset difficultas, *Mat. 19*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cultas,quamuis illi id virtutis exercuerint.Homo autem cœlum expectans & ea quæ in cœlis: dicis,quomodo repellam? si contrarium dicerem,tunc oportebat hæsitare:si dicerem,concupisce diuitias. Et quomodo concupiscam diuitias,diceres talia videns?dico oro: Si auro proposito & lapidibus pretiosis dicerē, concupisce plumbum,num opus erat hæsitatione? dixisses enim,quomodo possum? Atqui cum dico,Ne concupiscas,hoc facilius est.Non admiror despicientes, sed eos qui non contemnunt. Ignauissimi animi hoc est, nihilo muscis & culicibus præstantioris,humiq; repentis. Quid dicis? Vitã hæreditaturus es æternam,& dicis,quomodo contemnam præ illa præsentem? An non digna res est,ad quã totis viribus contendas? vestem accepturus regiã:dicis,quomodo contemnam pannosam? In regis ingressurus domum dicis,quomodo despiciam pauperem illam casam? Profecto nostra semper culpa est,qui nolimus vel parum excitari. Nam quotquot voluerunt,vitam in melius mutarunt amplexi virtutem, feceruntq; illud strenuè magnaq; cum facilitate. Vtinam & nos præsenti admonitione persuasi recte agamus, & imitatores efficiamur eorum qui bene egerunt,Gratia & misericordia vnigeniti illius filii,cum quo patri & sancto spiritui,gloria,imperiũ,honor,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

HOMILIA VIII.

CAP. III. *Simul autem Ioannes & Petrus ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

Vbique duo illi inter se concordiam magnam habere cognoscuntur, huic innuit Petrus, simul ad sepulchrum veniũt,de hoc dicit Christo,Hic autem quid? Et alia quidem signa nõ curauit libri huius scriptor:quod autem magnum afferebat stuporem, & omnibus nouum videbatur,dicit. Et vide iterum, non prius consilio capto ad hoc *Ioan. vlt.* veniisse: adeò ab ostentatione & honoris cupiditate

erant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant alieni,& ſuum imitabantur præceptorem. Cur autem tunc aſcenderunt in templum, nunquid adhuc Iudaicè viuebant? minime,ſed vtiliter hoc faciunt. Fit enim ſignum hoc, alios quidem iterum confirmans, alios autem attrahens, & ſignum quale nondum fecerant. Naturalis morbus erat, & maior arte medica, imò quadraginta annis claudicans fuerat, ſicut in progreſſu dicit, & nullus illum vnquam curauit. Scitis autem quòd curatu difficiliora ſunt, quæ à natiuitate inſunt. Tam grauis autem erat morbus ille, vt nec ſibiipſi cibum operando parare poſſet, & inſignis erat homo, cum à loco, tum à morbo. Et quomodo, audi. *Et vir quidam*, inquit, *claudus ex vtero matris ſuæ geſtabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicebatur Speciosa, vt peteret eleemoſynam ab his qui ingrediebantur in templum*] Eleemoſynam vtique accipere quærebat, & ignorabat, quinam eſſent illi viri. *Qui viſis Petro & Ioanne ingreſſuris in templum, petebat eleemoſynam. Vt autem Petrus inſpexit in illum cum Ioanne, dixit, Aſpice in nos.*] Hoc audi. Ille autem ne tum quidem ſurgit, ſed pergit obſtrepere: paupertas enim cogit, vt etiam vrgeat dare eos qui negant. Pudeat nos, qui reſilimus dum orant nos inopes. Vide autem æquitatem, quã oſtendit Petrus ſtatim, vt dixit, *Vide in nos.*] Sic illorum habitus morum facilitatem oſtendebat.

Ille autem intendebat in eos, expectans aliquid ab ipſis accipere. dixit autem Petrus, Argentum & aurum nõ eſt mihi. Hoc autem quod habeo, tibi do] Nõ dixit, Do tibi quod multo argento pretioſius. Sed quid? *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula, & apprehenſa illius manu dextra ſuſcitauit.*] Ita & Chriſtus fecit, ſæpe curauit verbo, ſæpe & opere, ſæpe & manum adhibuit vbi erant infirmiores in fide, vt ne videatur fieri natura. Et apprehenſa illius dextra manu ſuſcitauit. Hoc fecit manifeſtam ſuſcitationem. Erat enim reſuſcitationis imago. *Et ſtatim confirmatæ ſunt illius plantæ ac tali. Et exiliens ſtetit & ambulabat.*]

Tem-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tentans forſan ſeipſum, & maiorem probationem faciebat. Non igitur ſimpliciter factum eſt, quod actum. Infirmi pedes illi erant, non fatigati, non fecti: quidam autem dicunt, ꝙ neſciuerit ambulare. Et *ingreſſus eſt cum illis ambulans in templum.*] Revera admiratione dignum: non ipſi illum adducunt, ſed ipſe ſequitur, comitatu benefactores ſuos teſtatus. Et per hoc quôd cum exultatione laudabat Deum, non illos admiratur, ſed Deum, qui per illos ſibi benefecerat. Sic gratitudinis ſtudioſus vir erat. Sed videamus iterum quæ dicta ſunt. *Aſcendebant*, inquit, *ad horam orationis nonam*:] Fortaſſis per tempus illud geſtantes claudū ponebant, quando maxime ingrediuntur homines in templum. Vt autem ne putet quis, ꝙ propter aliud quiddam portabant, & non vt acciperet, vide quomodo hoc manifeſte aſtruat in his quæ dicit. Ponebant illum, vt eleemoſynam acciperet ab his quæ ingrediebantur in templum. Et propter hoc etiam locorum meminit, argumentum dans eorum quæ ſcribit. Et quomodo illum nō adduxerunt Chriſto? forſan fucrunt infideles qui templo aſſidebant, qui quidem neque Apoſtolis illum adduxerunt. Vt vidit autem illos ingredientes & miracula facientes talia, rogabat, inquit, vt eleemoſynam acciperet, quoniam illos viros pios quoſdam ex ipſo habitu ſtatim conſiderabat. Et idcirco intendit in illos. Vide autē quomodo & Ioānes vbique tacet, Petrus vero etiam pro illo rationem reddit. Argentum, inquit, et aurum non eſt mihi: non dixit, Non habeo hic, qualia nos dicimus, ſed prorſus non habeo. Quid igitur claudus? Et deſpicis me orantem? Non dixit. Sed ex his quæ habeo accipe. Vides quomodo à faſtu alienus ſit Petrus, & non oſtentator, ne erga illum quidem cui benefaciebat. Os igitur & manus totum operabantur. Tales quidem erant & Iudæi claudicantes, & opus erat illis petere ſanitatem, ipſi autem magis opes petebant humi iacentes, qui & propter hoc templo aſſidebant, vt ditarentur. Quid igitur Petrus? Non deſpe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xit illum,non ditantem aliquem quæſiuit, neque dixit, Etiamſi non fiat in iſto miraculum, nihil magni fuerit: nec honorem aliquem ab illo expectauit, neq; præſentibus quibuſdam curauit illum: erat enim vir in ingreſſu,nō ibi,ſed intus erat multitudo: ſed nihil horum quæſiuit Petrus, neque ingreſſus prædicauit, ſed ſolo ſuo habitu claudum attraxit ad petendū. Et hoc miraculum,q; ſtatim credidit. Qui enim liberati ſunt à diutinis morbis, vix credunt,etiam cum viderint. Et qui ſanatus eſt,deinde cū Apoſtolis erat,gratias agens Deo. Et ingreſſus eſt,inquit,cum illis ambulans in templo, exultans & laudans Deum. Vide quomodo nō quieſcit:præ voluptate quidē ſaliebat, laudabat autem Deum vt ora illorū obturaret. Mihi autē videtur, vt ne putetur eſſe ſimulatio ipſum ſaltaſſe,quod certe oſtendebat nihil hic fingi. Qui enim omnino ire nō poterat, præſertim quum antea etiam fames cogeret: neque enim voluiſſet in geſtantes diſtribui ea quę in eleemoſyna vix ſibi ſufficiebāt:multo magis tunc. Quomodo autē ſimulaſſet propter eos qui eleemoſynam non dederant? Sed gratias agebat vir etiam poſt ſanitatem. Vtrinq; enim fidelis oſtenditur,& à gratitudine,& ex eo quod acciderat. Non ſanè omnibus notus erat, vnde & agnoſcebāt illum.

Et vidit, inquit, *illum omnis populus ambulantem ac laudantem Deum,agnoſcebantq; illum, quòd hic eſſet,qui ad eleemoſynam accipiendā ſedebat in ſpecioſa porta templi.*] Et benedixit,Agnoſcebant,qui ignotus poſtea ob miraculum eſſe cœperat. Hoc enim verbo vtimur in his quos vix agnoſcimus. Oportebat igitur credere,nomen Chriſti remittere peccata. Quum autem ſanatus teneret Petrum ac Ioannem, acceſſit omnis populus ad veſtibulum, quod vocatur Solomonis, & obſtupeſcebat,à beneuolentia quæ in illos, & amicitia qua ab illis non ſeparabatur. Fortaſſis autem & gratias agens illis, & laudans. *Vt autem vidit illos Petrus reſpondit.*] Iterum ipſe & operatur & concionatur. Igitur nuper illos ad audiendum excitarat do-

num

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num linguarum,nunc vero hoc miraculum: & illius quidem concionis exordium factum est â diluendo crimine,huius autē â suspicione tollenda. Videamus autem quid differat hæc ab illa,& quid cum ea commune habeat. Nam illa quidem in domo fiebat,quū illi nondum progressi vel aliquid operati essent: hæc autem admirantibus omnibus,sanato propè assistente, nulloq; dubitante quemadmodum tunc, quando dicebant quòd musto pleni sint. Et tunc Apostolis omnibus præsentibus dissérebat,nunc autem cum Ioanne solo: vnde libere loquitur,& vehementior fit. Tanta enim res virtus est,vt initio sumpto progrediatur,& nusquam subsistat. Vide autem & qua dispensatione in templo contigit signum fieri, vt & alii fidentiores fiant. Neque enim in angulo operabantur alicubi,vel etiam occultè:sed neque intus in templo, vbi magna multitudo erat. Quomodo creditum est? Quòd ipse qui sanatus prædicaret beneficium, neque enim mentitus fuisset, neq; si ad alios quosdam venisset. Igitur vbi amplus erat locus & separatus, ibi faciebāt miraculum. Et vide quid factum sit: Ad aliud opus veniunt,& aliud faciunt. Sic & Cornelius,alia ieiunans precabatur,& alia vidit. Et hactenus vbiq; Christum Nazarenum nomināt,In nomine Iesu Nazareni,inquit,surge, & ambula. Iam enim hoc erat quod quærebatur,credi illum.

MORALE.

Ne obsecro ad initium fatigemur narrationis.Sed & licet bonum quoddam opus dixerit,& desinat,iterum resumamus initium, donec habitum consequamur: fortassis ad finem veniemus,fortassis colophonem imponemus. Industria enim (vt est in prouerbio) gignit industriam,& ignauia ignauiam. Qui parum quiddam dextrè egit, accipit incitamentum, vt ad maius perueniat,imò vt ex illo vlterius procedat. Et sicut ignis vt ligna corripuerit plura,hoc fit vehementior,ita et alacritas. Quo plures enim excitarit cogitationes pias, hoc magis armatur & contra alia exem-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exempli gratia dicam: Stãt inter nos ſicut ſpinæ, periurium, mendaciũ, hypocriſis, dolus, malignitas, conuitia, ſcommata, riſuum excitationes, turpiloquia, fabules. Item ex alia parte, auaritia, rapina, iniuſtitia, calumnia, inſidiæ. Item, concupiſcentia mala, immunditia, luxuria, ſcortatio, adulterium. Item, inuidia, æmulatio, ira, furor, vindictæ cupiditas, retaliatio, blaſphemia, & innumera talia. Si priora probe egerimus, non ſolum illa recte facta erunt, ſed per illa etiam poſteriora. Fortior enim fit cogitatio ad illorum ſubuerſionem. Vt qui multum iurauit, amputet diabolicam conſuetudinem hanc, non illud ſolum ille recte egerit, ſed & alia pietas inducta erit. Nullus enim non iurantium facile volet aliquid mali operari, ſed reuerebitur virtutem quam iam operatus eſt. Quemadmodum pulchram veſtem portans, erubeſcit ſemetipſum luto volutare: Sic & ille. Ab hoc veniet ad hoc, vt non iraſcatur, nec peruicuriat, nec contumelia afficiat. Si enim vel ſemel parua bene operatus fuerit, totum perfectum eſt. Contingit autem ſæpius contrarium, eos qui ſemel bene aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignauia iterum relabi, ita vt inde quaſi impoſſibile ſit reliquum opus conſtituere. vt ſi poſuimus vobis ipſis legem non iurandi virtutem exercuimus ad dies, tres, quatuor: poſt hoc neceſſitate quadam vrgente, collectum lucrum totum diſperſimus, ac deinde in tantã peruenimus ſegniciem ac deſperationem, vt non libeat eadem vltra attingere. Et merito. Nam qui ſibi aliquid ædificauit, deinde videns ſtructuram deiectam, ignauior fit ac negligentior, & iam ſegnis eſt ad extruendum amplius. Verum non oportet negligenter agere etiam ſic, ſed iterum laborem aggredi. Ponamus igitur nobis quotidianas leges, iamq; â facilibus incipiamus. Malam iurandi conſuetudinẽ ab ore noſtro auferamus, frenũ imponamus linguæ: Nullo hîc ſumptu opus, nullus labor exigitur, non indiget magna temporis mora exercitatio: Sufficit velle,

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& totum factum est. Res enim hæc à consuetudine pendet. Etiam obsecro & oro, studiũ tale afferamus. Dic oro mihi, si iussissem erogare pecunias, nõne alacriter omnes pro viribus contulissetis? Si me in periculis vidissetis extremis, nónne etiam carnis vestræ portionem si possibile esset dedissetis? Iam in magno & maximo periculo sum, nec magis dolerem, etiam si vel in carcere agerem, vel sexcentas plagas excipe rem, vel in metalla condemnatus essem. Manum igitur porrigite: cogitate enim quantum sit periculum, neque hoc minimum (minimum autem dico, quantum ad laborem attinet) posse bene agere. Quid dicam, quum arguar: quare tunc non redarguebas, quare non imperabas, quare nõ legem ponebas, quare nõ obtemperantes non prohibebas? Non sufficit mihi dixisse, admonui: Sed & acriore opus erat increpatione, inquiet. Quoniam & Heli admonebat (sed absit vt vos illius conferam filiis) & ille admonebat, & dicebat, Ne faciatis sic filii, malus rumor est quem de vo- 2. Reg. 12
bis audio. Sed scriptura pergens dicit, Non admonebat filios suos. Hoc autem dicit, quoniam nõ acriter, neque cum austeritate faciebat. Quomodo igitur nõ absurdum, in synagogis quidem Iudæorum tam fortes esse leges, & si doctor imperet omnia fieri, hîc autem nos ita contemptos esse ac abiectos? Non mihi mea gloria curæ est, Gloria enim mea est, vestra probata vita, vestra salus. Quotidie clamamus, insonamus in aures vestras. Qui audiat, nullus est, & nihil egregium opere declaramus. Timeo ne ob intempestiuam illam & multam misericordiam, pœnam in futuro die sustineamus: propterea magna & clara voce prædico omnibus ac testificor, vt qui sic præuaricantur, quiq; ea quæ â maligno sunt loquũtur, hoc est enim iuramentum, ne limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autẽ vobis sit mensis præsens, vt sic corrigamini. Ne enim mihi dixeris, negotiorum me vrget necessitas, quia fidem non inuenio. Interim aufermihi illa iuramenta quæ sunt assuetudinis. Scio quòd

multi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multi nos risuri sunt. Atqui melius est nos nunc rideri, quàm olim deplorari. Quis enim seruans præceptū ridebitur? quòd si omnino ridebunt, nō nos, sed Christum ridebunt, Horruistis quod dictum est. Scio & ego. Nam si ego quidem legem hanc induxissem, & ego deriderer. Si autem alius legislator est, in illum transit irrisio. Et consputus est aliquando Christus, et in maxillam percussus est, ac alapam tulit. Fert hęc etiam nunc, & nihil dissimile: idcirco gehenna parata est, idcirco vermis immortalis. Ecce iterū dico ac testificor. Rideat qui voluerit, subsannet q̄ voluerit, in hoc positi sum⁹, vt rideamur scilicet ac subsannemur, vt oīa patiamur, purgamenta mundi sumus secundū beatū Paulū. Sí quis noluerit hoc præceptū perficere, quemadmodum tuba quadam per verbum denūcio, abstineat à liminibus ecclesiasticis, siue princeps sit, siue alius cinctus diademate. Aut deponite me ab hoc principatu, aut si me vultis permanere in eo, desinite periculis exponere: non fero vt ascendam in hāc sedem magna non faciens. Nam si hoc non possibile, satius fuerit infra stare: nihil enim miserius præside, subditis nihil vtilitatis afferente. Adhuc oro attenti sitis, nec vagemini animis vestris, obsecro, imò attendite dicenti, & omnino aliquid lucrabimini. Ieiunate, orate Deum, & nos vobiscum, vt illam pernicio-sam consuetudinem eiiciamus. Nihil maius est quàm fieri doctores orbis, non parum fuerit, vbiq̄ audiri q̄ nullus in hac vrbe sit qui iuret. Si hoc fieret, non solum vestrorum operum accepturi essetis mercedem, sed & nostri pro fratribus studii. nam quod nunc vobis sum, id vos toti orbi futuri estis. Omnino & alii imitabuntur vos, omnino futuri estis lucerna super candelabrum posita. Est hoc, inquit, totum? sed hoc est initium aliorum: qui non iurat, omnino ad pietatem veniet etiam aliam, siue velit, siue nolit, vel metu vel verecundia. At multi sunt qui nō ferunt ac resiliunt. Sed melior est vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri peccatores. Hinc scilicet omnia

1. Cor. 4.

Præses, quando inutilis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſubuerſa ſunt, omnia ſurſum ac deorſum cõfuſa, qu
quemadmodum in ſpectaculis multitudinem deſid
ramus, non multitudinem probatam. Quid enim tu
ba, dic mihi, poterit prodeſſe? Vis diſcere, quòd tu
ba ſancti ſunt, non multi? educite in bellum centu
myriades, & vnum ſanctum: ſcimus quis plura op
retur. Exiit Ieſus Naue in bellum, & ſolus omnia op
ratus eſt ſtrenuè, & ita alii nihil profuerunt. Multi
do, dilecte, quando voluntatem domini non facit, n
hil differt ab his qui non ſunt. Optarim ſanè, & v
proprio capite libens redemerim, vt multitudine c
retur eccleſia, ſed multitudine probata. Si autem h
fieri nequit, ſaltem pauci illi probati ſint. Non vid
tis q melius ſit habere vnum lapidem precioſum,
mille obolos? nónne melius eſt oculos ſanos haber
quàm excæcatis grauitate carnis onerari? nõne vid
tis quòd melius ſit habere paucos bonos filios, qu
multos malos? Non videtis quòd in regno pauc
gehẽna multi? Quid mihi cum multitudine? quæ v
litas? nulla. ſed potius aliis damnum. Idem enim
ac ſi cui liceat decem habere ſanos, vel ſexcentos
firmos, & adiiciat illis decem innumeros illos. Illi
nè plurimi nihil recte agent, nihil aliud nobis af
rent, quàm pœnam tunc, & in præſenti tempore ig
miniam. nullus enim quòd multi ſimus dicet, ſed d
cti arguẽt nos tanquam inutiles. Hoc ſanè nobis ſe
per dicunt, quãdo dixerimus, quòd multi ſumus: ſe
iiciunt, ſed & mali. Ecce iterum denuncio, & cla
voce clamo: iocum nullus eſſe putet. Abarcedo, &
prohibebo nõ obtemperantes, & quandiu in hac
de conſedero, nihil illius iuſtificationibus præferam
Si mè quis delecerit, non erit opus me rationem re
dere: donec rationi reddendæ ſum obnoxius, non p
ſum contemnere, non propter meam pœnam, ſed p
pter veſtram ſalutem, quam plurimum cupio, pro
la lachrymor & doleo: ſed obtemperate, vt & hic
in futuro multam accipiatis mercedem, & comm
miter æternis fruamur bonis: Gratia & miſericord

vi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vnigeniti illius filii, cum quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA IX.

Quo viso Petrus respondit ad populum, Viri Israelitæ, quid admiramini super his, vel quid nos intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus, vt hic ambularet?

MAiore sermonis fiducia referta est hęc oratio, quàm superior: nō quòd in priore sibi timuerit, sed quoniam homines illi irrisores ac subsannatores, & concitatores risus ad tantam orationem non fuissent idonei. Vnde illam quidem ordiens, statim in initio attentos facit: Hoc vobis notum sit, dicens, & auribus percipite verba mea: hic autem non habet opus tali præparatione. Non enim segnes erāt, quos signum attentos fecerat: vnde apud metu ac stupore plenos non opus erat hinc incipere, sed aliunde, vnde illos sibi maxime conciliabat, repulsa illorum opinione. Nihil enim ita prodest & adducit auditores: vt si non solum nihil magnum de se dicat differens, sed etiam superbiæ suspicionem eximat. Sic tamen contempta gloria magis seipsos glorificabant, interim demonstrando non humanum, sed diuinum esse quod acciderat: & quod dignum sit, vt ipsi admirentur cum illis, & non vt in admiratione sint. Vides quām ab ambitione purus, gloriam Dei promoueat. Sic & veteres faciebant, quemadmodum & Daniel dicebat: Et ego non in sapientia quæ erat in me. & Ioseph: Nónne à Deo manifestatio illorum? Et Dauid, quando veniebat leo ac vrsus, in nomine domini illos discerpebat. Et hic igitur: *Quid intenditis in nos quasi propria virtute aut pietate effecerimus, vt hic ambularet?*] Neque hoc nostrum est, inquit: non enim quasi digni simus, cōciliauimus nobis diuinum fauorem. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum.*]

Dan.2.
Gen.40.
1.Reg.17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vide quomodo subinde progenitores refert, ne vi
deatur nouum quoddam dogma inducere: & illic pa
triarchæ Dauid meminit, & hic Abrahæ & Isaac.

Glorificauit filium suum Iesum.] Iterum humilite
sicut in proœmio: deinde audacior factus, quod acc
derat, extollit, non quemadmodum antea adumbra
facit autem hoc magis illos adducere volens. Quã
enim magis reos illos monstrabat, tanto magis ho
fiebat. *Glorificauit filium suum Iesum, quem vos qu
dem tradidistis, & negastis illum in conspectu Pilati, q
iudicărat illum absoluendum.*] Duo crimina, & q P
latus volebat dimittere, & quôd illo volente noleb
tis. *Vos autem sanctum & iustum negastis, & post
lastis vt virum homicidam donaret vobis: principem ve
vitæ interfecistis; quem Deus suscitauit à mortuis, cui
nos testes sumus,*] Quasi diceret, pro illo latronem p
tiistis, & ita valde illis onerosum reddebat sermon
Et quia illos in manu tenebat, deinde acriter cædit

Principem vero vitæ, inquit.] Hoc loco fidem res
rectionis apparat. *Quẽ Deus suscitauit ex mortuis*
Vt ne quis dicat, vnde hoc manifestum, non iam
Prophetas confugit, sed ad seipsum, quoniam iam
de dignus erat. Nam tunc quidem quum dixisset,
resurrexisset, Dauidem adduxit testem: nunc vero
ipsum dicens, chorum apostolicum, *Cuius nos
mus,* inquit, *testes: & in fide nominis illius hunc quem
detis & nostis, consolidauit nomen ipsius: et fides que
eum est, dedit illi integritatem coram omnibus vobis.*]

Quærens causam dicere, statim signum addit:
conspectu, inquit, vestri omnium. Quoniam aute
valde illos carpserat, & monstrarat resurrexisse cru
fixum: iterum sermonem remittit, dans illis faculta
tem pœnitentiæ dicens: *Et nunc fratres scio qu
per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.*] P
ignorantiam fecistis, vna est hæc excusatio: altera,
cut & principes vestri. Quemadmodum Ioseph fr
tribus dicebat: Deus me misit ante vos, imò qu
contracte illic dixerat: Definito consilio, & præscie

Gen. 45.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia Dei expositum, quum accepissetis per manus iniquorum: hoc hic dilatat. *Deus autem quæ prænunciauerat per os omnium Prophetarum suorum passurum Christum, impleuit sic.*] Simul ostendit quòd non illorum sit, si hoc demonstratum antea, & quòd per voluntatem Dei factum sit. dicendo autem: Quæ prænunciauit verba, ea quæ in cruce opprobrabant, insinuauit, Si vult illum, saluet illum, dicẽtes: Dixit enim filius Dei sum, confidit in illum, descendat nunc de cruce. Nunquid nugæ sunt hæc ô stulti? absit. sed sic oportebat fieri. Et testimoniũ perhibent Prophetæ, atque ita non descendit, non ob suam infirmitatem, sed ob suam virtutem. Et ponit hoc in excusationem Iudæorum, vt etiam accipiant. Impleuit itaque sic. Vides quomodo totum illuc refert? *Resipiscite igitur*, inquit, *& conuertimini.*] Et non dicit à peccatis vestris, sed vt remittãtur peccata vestra, istuc ipsum manifestans, *Vt cum venerint tempora refrigerii à conspectu Domini.*] Ostendit hoc loco, miseros illos factos, & multis malis subiectos. Ideò & sic dixit, sciens hunc sermonem patienti, & consolationem quærenti congruere. Et vide qua via procedit: nam in prima concione, paulatim resurrectionem, et in cœlos assumptionem insinuauit: hic autem, & clarum aduentum. *Et misérit Iesum Christum, qui antea prædicatus est, quem oportet quidem cœlum accipere.*] Id est, necesse est, vsque ad tempora restitutionis omnium. Quare nunc non veniat, causa manifesta est. *Quæ loquutus est Deus per os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarum. Moses quidem ad patres dixit: Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris mei similem, audietis eum iuxta omnia quæcunque dixerit vobis.*] Illic quidem Dauidis meminit; hic autem Mosæ. Omnium, inquit, quæ loquutus est Deus: non dicit quæ loquutus est Christus, adhuc adumbrando magis illos adducens paulatim ad fidem. Deinde confugit ad fide dignum illud, Prophetam vobis suscitabit Dominus deus ex fratribus

Ioan. 19.

Deut. 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veſtris mei ſimilem, illum audietis per omnia. Dein
de & pœna magna ſubditur: *Erit autem*, inquit
*omnis anima quæcunque non audierit prophetiam illam
exterminabitur de populo: Quin & omnes Prophetæ
Samuele ac deinceps quotquot loquuti ſunt, & annuncia
uerunt dies iſtos.*] Hic bene exterminium poſuit.
Quando enim aliquid magnum dicit, ad priores con
fugit, & teſtimonium repetit vtraque complectens
Pſal.109. quemadmodum illic dixit, Donec ponam inimicos
tuos ſub pedes tuos. Admirabile enim, quòd ſimul
hæc duo, & ſubiectio & præuaricatio & pœna, &
cut me inquit. Quid igitur facitis? *Vos eſtis filii pro
phetarũ, & vt vobis dixi, propter vos omnia facta ſunt.*
Quoniam enim propter facinus arbitrabantur ſe alie
nos eſſe factos: etenim non erat conſentaneum ratio
ni, illum nunc crucifigi, & mox vt ſuos curare: oſten
dit quòd & illud iuxta prophetiam: *Vos eſtis, in
quit, filii prophetarum & teſtamenti, quod teſtatus eſt
Gen.22 Deus erga patres veſtros dicens ad Abraham: Et in ſem
ne tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis pri
mum*, inquit, *quum ſuſcitaſſet filium ſuum miſit. Igitur
aliis, ſed vobis primum qui crucifixiſtis illum, benedi
tem vobis, ita vt vnuſquiſque veſtrum conuertat ſe ab
quitate.*] Videamus autem iterum diligentius qu
lecta ſunt. Prius inſtruit quòd ipſi non fecerunt mir
culum, dicendo: Quid admiramini: & non finit diſ
dere dicto, vtq; id credibilius faciat, primum illoru
iudicium reprehendit: *Quid in nos intenditis, qu
propria virtute aut pietate fecerimus?*] Si hoc vos te
ret ac turbat, diſcite quis ſit qui fecerit, & ne obſt
peſcite. Et vide vbique, quòd poſtquam ad Deu
confugit ac dixit, ab illo omnia facta eſſe, tunc fec
re illos perſtringit: propterea & ſuperius dicebat: V
rum declaratum à Deo, & exhibitum erga vos. P
vbique memores eos facit facinoris ſui, vt & mi
culum oſtendatur, & reſurrectio confirmetur. Hic
tem & aliud addidit. Non enim iam Nazarenum
cit, ſed quid? *Deum*, inquit, *patrum noſtrorum glo
ri*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

euit suum filium Iesum.] Vide vt alienus est à fastu: Non obiecit, neq; mox dixit: Et nũc credite. Ecce homo quadraginta annis quum claudicãs esset, in nomine Iesu Christi surrexit, Non sic dixit. Contentiosiores enim fecisset: sed iam laudat, q; admirentur factũ. Et iterum à progenitore appellat. & non dicit, Iesus illum curauit, quamuis certe ille ipsum curasset, sed vt ne dicant quomodo sunt hæc verisimilia, num prę uaricatorem glorificat? idcirco illos memores facit iudicii apud Pilatum, ostendẽs q; si voluissent animaduertere, non esse præuaricatorem cognouissent: non enim Pilatus illũ voluisset dimittere. Nec dixit quũ voluisset, sed iudicasset illum dimittendum, manifestans quòd eum quidem qui alios occidisset dimittendum petiueritis, occisos autem viuificantem noluerit is. Et vt ne dicant iterum, quomodo nunc illum glorificat, qui tunc seipsum non adiuuit, adducunt prophetas testificantes, q; sic oporteat fieri. Deinde vt ne putent Dei dispensationem, ipsorum excusationem esse, prius illos perstringit. Negare in conspectu Pilati, non erat fortuitum, quum ille vellet dimittere: quia si voluissetis, ne poterat quidem eum vobis negare: Accusat ergo ille à quo petistis. Sic & hoc mira dispensatione contigit. Hic impudentiam illorum ostendit, & quòd gentilis quidem qui primum illum tunc solum viderat, liberasset illum, quamuis certe nihil magnum audisset. Illi autem, qui inter signa enutriti, contrarium fecerint. Quòd autem iustè iudicauerit absoluendum, & hoc non in gratiam fecerit, audi illum alicubi dicentem: Consuetudo vobis est dimitti vnum quendam. Vultis igitur hunc dimittam vobis? *Vos autem sanctum & iustum negastis*] Non dixit, Exposuistis vel reliquistis: sed omnino, Negastis. Meritò. Sic enim dicebãt: Nõ habemus regẽ nisi Cæsarem. & non dixit: Non expetistis irreprehensibilem, neq; negastis solum, sed etiã occidistis. Quando excæcati erãt, nihil tale dixit: vbi autẽ persuasum est animabus illorum, tunc perstrinxit acrius, quan-

Ioan.18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

do ſcilicet ſentire poterant. Quemadmodum & no ebriis nihil dicimus: quãdo autẽ ſobrii facti fuerint & ab ebrietate reuerſi, tunc eos perſtringimus. Sic nè & Petrus agit, quũ poſſent intelligere quæ dicta tunc & linguam acuit, criminaq; multa numerat, vt pote, q̃ eum quẽ Deus glorificauit, ipſi tradiderint q̃ eum quem Pilatus abſoluit, negarint in conſpectu illius, quòd præelegerint latronem. Vide iterum quo modo occultè de potentia illius diſſerit, oſtendens q̃ ſeipſum ſuſcitauit, quemadmodum in priore oratione dicebat: Secundum quod non erat poſſibile il lum detineri ab illa. Et hoc loco: *Principem ve ro*, inquit, *vitæ occidiſtis*.] Non igitur ab alio habuit vitam, quemadmodum princeps malitiæ. Ipſe enim qui malitiam peperit, princeps eſt malitiæ: & prin ceps homicidii qui homicidium primus induxit; ſic & princeps vitæ, qui â ſeipſo vitam habet. Quem Deus ſuſcitauit, inquit. Poſtquam hoc locutus eſt, ſubdidit: *Et in fide nominis illius, hunc quem ſpecta tis & noſtis, conſolidauit nomen illius, & fides in illum dedit illi integritatem hanc.*] Cæterum ſi fides in illum operata eſt totum, & quòd in illum credidit, quare non dixit: Per nomen, ſed in nomine? Quia nondum audebant dicere, In illum fides. Ne autem ſit humilius dictum, adiicit: Et nomen illius conſolidauit illum. Et vbi hoc prius dixit, deinde ſubdit: Et fides in illum, dedit illi incolumitatem iſtam. Vide quo modo declarat, quòd etiam illud ſe paruitati noſtræ accommodans dixerit: Non enim alio habebat opus ad reſurrectionem, cuius nomen claudum â mortuis nihil differentem, ſuſcitauit. Conſydera quomodo vbique teſtimonia illorum adducit: nam ſuperius quidem dicebat, Sicut & ipſi ſcitis, Et in medio veſtri. Et iterum: Quem ſpectatis ac videtis in conſpectu veſtri omnium: quamuis q̃ in nomine illius factum eſſet neſcirent, ſed hoc ſciebant quòd claudicãs fuiſſet. Et illi quoq; qui fecerunt, confitebantur, quòd non propria virtute, ſed Chriſti conſolidatus ſit.

Si au

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si autem hoc non fuiſſet, & revera credidiſſent reſurrexiſſe, non tam mortui quâm ſuam gloriam quæſiiſſent, Hæc dicendo, idq; illis ſe aſpicientibus, deinde perculſas illorum animas ſtatim fraterna conſolatione mitigauit dicens, Igitur viri fratres. Illic quidē nihil de ſeipſis dixit, ſed ſolum de Chriſto: Certò igitur, dicens, cognoſcat omnis domus Iſraël. hîc autē & admonitionem apponit. Illic expectauit vt illi dicerent, hîc ſciebat quantum facturi eſſent, vtpote magis nunc familiares. Sanè & quæ ſupra dicta, nō proceſſerant ex ignorantia: nam quòd latronem petiuerint, quòd iudicatum abſolutione dignum noluerint, & quod occidere voluerint, quomodo ignoraſſent? Attamen dat ei poteſtatem negandi & pœnitendi de factis, imò & defenſionem pro illis ponit veriſimilē ac dicit: Sciebatis quidem quòd occideritis innocentem: quòd autem principem vitæ, forſan ignorabatis. Et hinc, non illos ſolos â criminibus liberauit, ſed etiam præcipuos malitiæ autores. Nónne contentioſiores illos feciſſet, ſiquidem ſermonem ad accuſationem produxiſſet? Nam quando quis graue aliquid commiſit, dum accuſatur, attentat ſe maiore excuſatione defendere. Et non dicit vltrà, Crucifixiſtis, occidiſtis: ſed feciſtis, ad veniam illos admittens. Si illi per ignorantiam egerunt, multo magis hi: ſi illis remittuntur peccata, multo magis his. Hoc autem admirabile eſt, quòd & ſupra & hîc quum dixiſſet, illic quidem definito conſilio & præſcientia dei: hîc autē, quod prænūciauerit omnibus Chriſtum, nullum adducit teſtimonium, propterea quòd nullum ſit, quod non cum multis criminibus & pœnis contra illos dictum ſit. Et dabo, inquit, impios pro ſepultura illius, & diuites pro morte illius. Et iterum: *Quæ antea prænūciauit per os omnium prophetarum quod paſſurus ſit ille, impleuit ſic.*] Magnum demonſtrauit cōſilium, quandoquidem omnes hoc dicebant, & non vnus duntaxat. Profecto quoniam per ignorantiam facta ſunt, præter voluntatem dei facta ſunt. Vide autem *Iſa. 53.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quanta dei sapiẽtia, quæ aliorum malignitate vtitur, prout res postulat. Impleuit, inquit, sic. Vt ne putent postea omissum esse aliquid, hoc addidit, manifestãs impleta esse quæcunq; pati oportebat. Cæterũ ne putetis quia prophetæ illa dixerint, & per ignorantiam feceritis, quòd hoc vobis ad defensionem sufficiat, non dicit sic, sed latius, Pœniteat igitur vos. Quare? vt deleantur peccata vestra, non dico illa sola quæ in crucifigendo commissa sunt, forsan illa per ignorantiam contigerunt: sed ita, vt & alia vestra peccata deleantur. Deinde adiecit, *Si quo pacto veniant vobis tempora refrigerij.*] Hic de resurrectione differit obscure. Revera enim illa refrigerij tempora, quæ inquirebat & Paulus dicens: Et nos qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus grauati. Deinde ostendens, q̃ ille sit temporũ refrigerij autor. *Et miserit*, inquit, *prænunciatum vobis Iesum Christum:*] Non inquit, Expũctum est peccatum vestrum, sed peccata, etiã illud interim insinuans, *Miserit.*] Hoc vt dixit, non dicit postea vnde veniat, sed solum addit, quẽ oportet quidem cœlos accipere. Adhuc accipere? Et quare nõ dixit, quem cœlum suscepit? Hoc vt de superioribus temporibus differens dixit: Sic dispensatũ est, inquit, sic constitutum est: de æterna illius existentia nondũ dicit, sed adhuc versatur in ipsius dispensationis modis, & dicit: *Moses quidem loquutus est patribus, Prophetam vobis excitabit dominus.*] Deinde vt superius dixit, vsq; ad tempora restitutionis omnium quæ loquutus est deus, per os omnium sanctorũ illius prophetarum à seculo, tunc tandem ipsum inducit Christum. Si enim multa prædixit, illum autẽ audire oportet, non absurde quis prophetas hæc dixisse dixerit. Et alioqui vult ostendere, quòd eadem & prophetæ prædixerunt: & si quis diligenter exquirat, inueniet etiam in Veteri obscurè quidem prædictum. Dicta autem sunt hæc clarius nuperrimè. *Prius annunciatum* inquit.] Hic illos etiam terret, quasi multa adhuc reliqua sint. Quomodo igitur dixit: Impleuit ea

2. Cor. 5.

quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ oportebat illum pati. Impleuit, inquit, non impletum est: ostendens quidem quòd ea quæ pati illum oportebat implerit, quæ autem futura relinquūtur nondum impleta sunt. *Prophetam excitabit vobis dominus deus ex fratribus vestris mei similem.*] Deut. 18. Quod maxime illos conciliabat dicit. Vides quomodo humilia iuxta sublimia seminat? Humile enim & excelsum est, si ascēsurus in cœlos similis sit Mosi, veruntamē tunc magnū erat. Nunquid et in hoc similis Mosi, ꝙ quisquis illū nō audiet, exterminetur ex populo? Innumera & alia dixit, in quibus euidenter mōstratur, quòd ei non sit similis Moses, atque adeò magnum quoddam testimonium attigit. Deus illū suscitabit, inquit, ex fratribus vestris. Itaque Moses ipse interminatus est his qui non audiunt. Hæc omnia ad persuadendum apta. *Et omnes quoque prophetæ*, inquit, *à Samuele.*] Noluit singillatim tractare, vt ne prolixum faciat sermonem, sed tempestiue Mosaici testimonij memor, vltra mittit illos: *Vos estis*, inquit, *filij prophetarum, & testamenti, quod testatus est deus:*] Testamenti, inquit, filij: hoc est hæredes. Vt enim ne videantur hæc ex beneficio Petri accipere, ostendit quòd olim illis debitum fuerit, vt magis credant, quòd & deo hoc probetur. *Vobis primum, quum suscitasset*, inquit, *deus, filium suum misit.*] Non dixit simpliciter, misit filium suum, sed etiam post resurrectionem, & quando crucifixus est: vt enim ne putent quòd ipse quidem hæc largitus sit, pater autem minimè: propter hoc addidit, Benedicentem vobis. Si enim frater vester ipse etiam benedicet vos, promissio res est: hoc est, tantum abest quòd non velit vos his communicare, & horum socios esse, vt velit etiam aliis vos autores ac duces fieri. Igitur ne tanquam abiecti vel repudiati vos habeatis. *In hoc, vt se conuertat vnusquisque ab iniquitatibus.* Sic vos benedicet, & non simpliciter. Et quæ est ista benedictio? Magna. Nonne cōuerti ab iniquitatibus, hoc sufficit & alia soluere? si autē soluisse non sufficisset, quomo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quomodo benedictionẽ exhibuisset? Nunquid enim qui iniustè egit, iam & benedicitur, sed liber fit à peccatis? id mihi videtur, nisi quis iuxta modum legislationis acceperit, minime aliter cõgruiturum. Illum audietis inquit, & non simpliciter: Sed erit omnis anima, quæcunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo. Quãdo illos indicauit, qui peccarunt, & veniæ participes fiunt, & promisit iucunda: tunc tandem ostendit, quòd & Moses idem dicit. Et quæ ista consequẽtia dicere, vsque ad tempora restaurationis, & adducere Mosen dicentem, quòd omnia audient, quæ dicet CHRISTVS, & non simpliciter, sed cum terribilibus minis: ostendit enim quòd & propter hoc obtemperare debent illi. Quid est filij prophetarum & testamenti? hæredes, successores. Si igitur filij, quare erga res vestras tanquam erga alienas affecti estis? Igitur accusatione quidem digna fecistis, poteritis autem simul veniam assequi. Deinde vbi dixit hæc rectè, & alia subdit. Vobis misit deus filium suum benedicẽtem vos: non dixit seruantem, sed quod maius est, benedicentẽ, ostendens quòd crucifixus benedicet illos qui crucifixerunt.

MORALE.

Imitemur igitur & nos, eiiciamus animam, homicidij & bellorum auidam. Non enim sufficit non vlcisci. Hoc & in vetere lege factum est, sed omnia faciamus pro his qui iniustitiam fecerũt, quasi pro amicis germanis, quasi pro nobis ipsis. Illius imitatores simus, illius discipuli, qui postquam crucifixus omnia fecit pro his qui crucifixerunt, etiam quum apostolos emitteret, quamuis certe nos sæpe etiam iustè patiamur: ille autem non solum iniustè, sed etiam ab impiis. Benefactorem enim & eum qui nihil iniustè fecit, crucifixerunt. Quare dic oro.? propter gloriam? certè ipse illos honestabat. Quomodo? Super cathedram Mosi, inquit, sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia igitur quæ dicunt vobis vt faciatis, facite: secundum opera autem illorum non facite. Et iterũ in alio

Mat. 23.

loco

loco: Vade, ostende te sacerdoti: & quum posset illos perdere, seruabat. Huic igitur imitemur, & nullus inimicus cuiuspiam sit, neq; hostis præter quàm solius diaboli. Non paruum ad hoc confert etiam non irascere, & non irasci. Nam ex eo quòd non irascimur, nec inimicum habebimus. Abiice hominis iuramentū, & etiam quæ iræ sunt abieceris, iramq; extinxeris omnem. Est enim sicut ventus ira & iuramentum. Sinuamus vela, nulla vtilitas veli, si desit ventus. Si igitur non clamamus, neq; iuramus, neruos succidimus iræ. Si autem non creditis, periculum facite rei, & sic se habere cognoscetis. Pone irascendi legem, ne vnquam iuret, & non opus habebis illi de mansuetudine sermonem facere, & sic totum perfectum erit. Et neq; peierabitis, neque iurabitis omnino. Nescitis in quot fœda hinc vos precipitetis, necesse enim vinculo vos ipsos constringentes, & omni conatu operã dantes vt ab hoc ineffugibili malo animam vestram eripiatis, deinde si non poteritis, reliquum vt in dolore agatis & pugnis, & damnum accipiatis ex ira. Sed hæc temere ac frustra fiunt. Igitur minare, desini, omnia fac, sed absq; iuramento. Licet retexere etiam quæ dicta sunt, & quæ facta, si volueris. Sic hodie necesse est vobis mansuetius loqui: quoniam si audieritis, etiam quod vobis reliquũ, recte perfectum erit. Age, dic quã ob causam introductũ est iuramẽtum, & quare concessum? dicamus originem eius, & vnde natum sit iterum, & quomodo à quibus narrãtes, remunerabimus vos hac oratione pro vestra audiendi facilitate. Eum enim qui iustè facit, necesse est & sapientiæ studiosum esse, & qui nondum talis, neque dignus est qui audiat sermonem. Fecit olim pacta Abraham, & immolauit victimas, & hostias obtulit, & nondum erat iuramentum. Vnde igitur ingressum est iuramentum? quando mala creuerunt, quando omnia simul sursum ac deorsum cõfusa sunt, quãdo ad idololatriam inclinarunt: tunc sanè, quando infideles apparuerunt, deum vocabant testem, quasi fi-

deiusso-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deiussorem dantes dictis satisfacturum. Iuramentum
Iuramentū quid. enim est fideiusio, vbi mores fidem non habent. vn
de primum taxatur is qui iurat, si ei fides non habea
tur absque fideiussore, & fideiussore maximo: & quia
tam parum homines sibi mutuū credunt, non homi
nem quærunt fideiussorem, sed deum. Secundo idem
crimen est eius qui iuramentum recipit, si pro contra
ctibus deum ad fideiusionem trahat, & dicat se non
crediturum, nisi illum accipiat. O excellentem stupo
rem, ô contumeliam, vermis ac terra ac cinis existēs
& fumus, audes talem dominum tuum in fideiussorē
rapere, & illum cogis accipere? Dic oro mihi, num si
filiis vestris contendentibus inter se, & sibi mutuum
non habentibus fidem, dixerit conseruus, non creden
dum, nisi communis dominus fideiussor accedat: nō
ne illi irrogarentur plagæ multæ, vt discat q̄ domi
no in aliis, non hisce vti oporteat? Quid dico conse
uum? nam si magis venerandum voluerit virum, nō
ne contumeliam causa haberet? At ego nolo, inquit.
Igitur neque illum coge, quoniam & in hominibus
hoc fit, Si quis dixerit, hunc aut illum fideiussorē do,
tu non recipis. Quid igitur? perdam, inquit, quod de
dit? non dixerim hoc, sed deum contumelia affici ne
sustineas. Ideo & qui cogit, q̄ qui iurat magis ineui
tabile habet supplicium. Similiter & qui nullo postu
lante iurat. etiā hoc difficilius, q̄ quis iurat pro vni
co obolo, pro paruo emolumento, pro iniustitia. Et
hæc sic periculosa, quando non fuerint periuria: si au
tem periuria committentur, tunc omnia confundun
tur, & in causa sunt, tā is qui dat, q̄ is qui accipit iu
ramentum. Sed sunt aliqua quę ignorantur, obiiciūt.
Verū hæc præuidens, nihil temere facias: si autē quid
feceris negligentius, repete â te ipso errati pœnā. Me
lius sic damno affici, q̄ aliter. Dic enim mihi, rapis ad
iuramentum virum, quid expectans, num quòd pe
ieret? sed hoc extremæ insipientiæ. In tuum enim ca
put pœna conuertetur. Melius erat opes perire, q̄
illum perire. Quare cum tuo damno hoc facis, &

cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum contumelia dei? Bestiæ est talis anima & viri impij. Sed expecto, quòd non peieret. Igitur & absq; iuramẽto crede. Sed sunt multi, aiunt, qui absq; iuramento audent fraudem facere, qui cũ iuramento non item faciunt. Decipis teipsum ô homo. Homo furari qui didicerit, & hominem iniuria afficere, etiam iuramentum calcauit sæpius. Si autem reuerentiam habet in iurando, multo magis iniuste faciendo. Sed inuitus, ais, hoc patitur. Igitur venia dignus. Sed quid loquor de iuramentis istis, relictis forensibus? Illic enim nihil tale potes dicere, nam pro decem obolis iuramẽta fiunt & periuria. Quia enim fulmen supernè non descendit, & non omnia subuertuntur, stas obstringens deum. Quam ob rem? vt olera accipias, vt calceos, pro paruo argento in testimonium illum vocas? nunquid quoniam non punimur, putamus nos neque peccare? Hoc diuinæ misericordiæ est, nõ nostræ virtutis. Iura per tuum puerum, iura per teipsum: dic, Sic ne lictor assistat lateribus meis. Sed times. Lateribus igitur vilior est deus? capite tuo contemptior? dic, sic ne excæcer. At CHRISTVS nobis sic parcit, vt prohibeat etiam per proprium caput iurare. Nos autem sic despicimus gloriam dei, vt vbique ille trahatur. Nescitis quid sit deus, & quali ore inuocari debeat. Porrò quoties de viro alíquo virtutibus prædito loquimur, dicimus: Laua os tuum, & sic mentionem facito: nunc verò honorabile nomen, quod est nomen super omne nomen, quod admirabile in omni terra, quod dæmones audientes contremiscunt, simpliciter distrahimus. ô consuetudinem quæ id fecit contemptissimum. Deniq; si imposueris alicui necessitatem iurandi in domo sancta, quàm horrendum iuramentum, si sic afficeris, iniungis. Nunquid quòd illo quidem simpliciter abutimur, hoc autem minime? Nonne horrere oportebat, quum nominatur deus? At inter Iudæos quidem hoc nomen tam reuerendum erat, vt in tiaræ lamina scriberetur, & nulli eas diuini nominis literas licebat

Philip. 2. Psal. 8.

Exod. 39.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat gestare quàm soli summo sacerdoti: nunc autem tanquam rem profanam contrectamus nomen illius. Si simpliciter nominare deum non omnibus fas erat, hoc certe quod in testimonium vocatur, quantæ audaciæ? dic oro, quantæ insaniæ? Ecce dico, & testificor vobis emendate iuramenta forensia, eos autē qui non obtemperant omnes mihi indicate: ecce præsentibus vobis, impero his qui ad ministerium segregati sunt domuum orationis, & admoneo, & ostendo, nemini temere iurare licere, imò neq; aliter. Ad me igitur ducatur, quisquis fuerit, quoniam & hęc oportet coram nobis agi, quasi pueri essetis paruuli. Proh pudor, dedecus enim est, quòd de quibusdam adhuc opus habetis erudiri. Num sacram mensam tangere audes, qui initiatus nō es? Sed id adhuc peius, tu qui initiatus es audes sacram mensam tangere, quam nec omnibus sacerdotibus tangere licet, & sic iurare? Et tui quidem pueri caput non tangeres egressus, mensam autem contingis, & non horres neq; metuis? Ad me tales adduc, ego iustam pœnā inferam, & vtroſq; cum gaudio emendabo: quod volueris facito, te legē pono omnino non iurare. Quæ salutis spes, sic vobis omnia contemnētibus ac perdentibus? num propter rea accepisti literas & symbola, vt perdas animam tuam? Quid tantum lucraris, quantum perdis? Peierauit? perdidisti & te & illum. Sed non peierauit? Etiam sic perdidisti, qui coēgeris præceptum transgredi. Expellamus hunc morbum ab anima, interim à foro illum pellamus, atq; omnibus mercatorum & opificum officinis: maius lucrum nobis erit, ne putetis per transgressiones legum diuinarum secularia feliciter succedere. At non credit, inquit: Etenim & ego hoc ab aliquibus audiui, quòd si non iurauero multa iuramenta, non credetur mihi. Tu horum causa es, qui tam prompte ac facile iuras: quòd si hoc nō esset, sed omnibus esset manifestum, quòd non iures: crede mihi dicenti, quòd vel solo nutui plus credetur tuo, quàm iis qui innumera iuramenta deierant.

Cui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cui enim magis creditis, mihi non iuranti, an iurantibus? Sed tu, inquit, princeps es ac episcopus. Quid igitur si ostendero quòd non hoc sit in causa. Cum veritate respondete mihi obsecro. Si continuo iurarem ac semper, nunquid priuilegium haberet principatus meus? Minime. Vides, quòd non propter hoc. Quid igitur lucraris, dic obsecro mihi. Paulus esuriebat, & tu eligas esurire magis quàm transgredi quędam diuina mandata. Cur tam infidelis es? An tu quidem omnia eliges & facere & pati vt ne iures, ipse autem te non remunerabit? sed periuros quidem & multum iurantes, quotidie pascit: te vero tradit fami, quoniam audiisti illum? Omnes sciant quòd his qui in hanc ecclesiam congregantur, nulli iurare liceat, & de hoc efficiamur certi, & non sola fide, sed etiã hoc signo à Græcis & omnibus aliis differamus. Signaculum accipiamus ex cœlestibus, vt tanquam regia armẽta vbique fulgeamus, ex ore & lingua iam noti efficiamur, sicut barbari, & sicut hi qui Græce loqui sciunt: Lingua enim à barbaris discernimur. Dic enim oro mihi, psitaci vnde sunt cognobiles, nonne ex eo quòd loquuntur sicut homines? & nos quoq; cognobiles fiamus si loquamur sicut apostoli, & loquamur sicut angeli. Si dixerit enim quis, iura: audiat ꝙ CHRISTVS iussit, & nõ iuro. Hoc sufficit ad omnẽ virtutem inducẽdam. Ianua quædã est pietatis, via ad philosophiã inducens, palæstra quædã est. hæc custodiamus, vt & præsentia & futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi cũ quo patri simul cũ sancto spiritu gloria, imperiũ, honor, nũc & semper in secula secul. Amen. *Matt.5.*

HOMILIA X.

Loquentibus autem illis superuenerunt sacerdotes ac magistratus templi. CAP.IIII.

NOndum satis à prioribus respirarant tentationibus, & statim inciderunt in alias. Et vide quomodo res dispensentur: primum omnes simul subsannati sunt, non parua erat hæc tentatio:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deinde qui præcipui erant, periculis implicabantu
quæ duæ tentationes non vna post aliam aut fortu
to eis acciderunt, sed vbi prius concionibus inclar
runt, & post illas miracula operati sunt: tunc dem
magna cum fiducia, concedente deo, certamina agg
diuntur. Tu autem obsecro cõsidera quomodo qu
fierint Iudæi primum proditorem, qui Christu
traderet, quod vt factum est, manus ipsi iniecerin
nunc audaciores & impudentiores facti sunt, etia
post crucem. Peccatum enim quamdiu parturitu
habet confusionem ac pudorem, vbi autem per
ctum fuerit, impudentiores facit eos qui ipsum p
trarunt. Sanè quare hic & magistratus assistit?
Superuenerunt enim illis loquentibus sacerdot
inquit, & magistratus: hoc est, dux militum tem
pli. Vt iterum ea quæ fiebant, publico crimine in
ment, & non vt priuatum aliquid vlciscantur,
quod vbique vt facerent studebant *Molestefe*
tes eo quòd docebant illi populum.] Molestè ferebã
non solum quòd docebant, sed quòd non solum
cebant illum resurrexisse, sed etiam nos per illu
resurrecturos: eo quòd illi docebant, inquit, pop
lum, & annunciabant sub nomine Iesu resurrec
nem mortuorũ. Tam fortis ac efficax est illius res
rectio, vt & aliis iste resurrectionis factus sit aut
Et iniecerunt eis manus, & posuerunt eos in custo
am vsque in diem posterum, erat enim iam vespera.]
O impudentiam. Habebant adhuc priore sangui
plenas manus, & non cessabant, sed iniecerunt il
iterum, vt & alio sanguine impleantur. An fortas
etiam timuerunt, quòd illi iam iustæ plebis num
rum referrent, & eapropter etiam dux militum il
superuenit. Erat enim, inquit, vespera iam. Illi q
dem igitur volentes eos mitigare, hoc faciebant,
precauebant: apostolos vero magis audaces red
bat mora temporis. Et vide qui comprehendant
apostolorum præcipui, aliis in posterum exemp
futuri, vt terreantur alij, & non vltra se mutuum
quiran

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quirant,neque communiter agãt. *Multi vero eorum qui audierant ſermonem,crediderunt,& factus eſt numerus virorum circiter quinque milia.*] Quid hoc? nunquid viderunt illos honeſtari? nónne conſpexerunt ligari,quomodo igitur crediderunt? Vides manifeſtam efficaciam? Cæterum eos qui iam crediderant, oportebat infirmiores fieri, ſed non ſunt infirmiores facti.Sermo enim Petri,ſemina in altam miſerat profunditatem,& mentem illorum attigerat. Alij verò ob hoc ſuccenſebant,quòd nihil ipſos illi reuerebantur, quòd præſentia mala nihili faciebãt. Si enim crucifixus, dicebant, talia operatur, & claudum ſuſcitauit,neq; nos timeamus illos. Igitur & hoc diuina diſpenſatione contigit, quòd nunc plures inde crediderũt quàm prius. Quia lictores idcirco apoſtolos illis videntibus ligabant,vt & illos meticuloſiores facerent.Factum eſt ſecus quàm illi volebant.Idcirco etiam coram illis iſtos non examinant,ſed priuatim,vt ne libertas qua illi loquebantur audientes lucrifaceret. *Factum eſt autem poſtero die, vt congregarentur principes eorum & ſeniores, & ſcribæ in Hieruſalem, & Annas princeps ſacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere pontificio.*] Iterum conueniiunt ſimul. Nam legem iam non vltra ſeruabant, ſicut & multa alia mala faciebant. Et iterum iudicij formam negotio huic adhibent,vt iniuſto iudicio reos illos faciant.Et quum ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc vos, quamuis noſſent. Moleſte enim ferentes,inquit,eo q̃ annunciabant in Ieſu reſurrectionem:ſane propter hoc vinxerant eos. Cuius igitur gratia interrogant?expectabant & putabant, q̃ propter multitudinem negaturi eſſent, & propter illam nihil non facturi. Vide ſane,& quid dicant: *In quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc Petrus repletus ſpiritu ſancto dixit ad eos.*] Oro recorderis nũc ſermonum Chriſti, & quomodo euenerit quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Luc.12. dixerat: Quando autem tradent vos in synagogas ne soliciti sitis, quomodo vel quid loquamini, spiritus enim patris vestri est qui loquitur in vobis. Itaque magna spiritus efficacia freti sunt. Audi nūc quid dicat: *Principes populi & seniores Israel.*] Vide sapientiam viri, & quomodo magna cum libertate nihil contumelioſum loquitur, sed cum reuerentia, *Principes populi & seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo quòd benefecerimus homini infirmo, quomodo ille saluus factus sit, notum sit omnibus vobis, & omni populo Israel.*] Satis generose mox in procœmio illos perstringit ac carpit, imò illos commonefacit priorum quòd de beneficio ipsos iudicent, quasi diceret: Omnino oportebat nos propter talia coronari, & vt benefactores promulgari: nunc autem etiã iudicamur quia benefecimus homini infirmo, non diuiti, nõ potenti, non nobili, quamuis quis hoc inuidisset? magna enim grauitate sermo ille refertus est. Ostenditur autem hinc, quòd illi seipsos malis immiscuerint *Quòd in nomine Iesu Nazareni.*] Quod maximè illos contristabat, apponit. Hoc erat quod illis CHRISTVS dixerat: Quod audiuistis in aure, prædicate super tecta. *In nomine Iesu Nazareni, quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat vobis sanus.*] Ne puretis, inquit, quòd occultemus patriam vel passionem eius quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat coram vobis sanus. En iterum passio, iterum resurrectio. *Iste est lapis reprobatus à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli.*] In memoriam reducit eis verbum quod terrere illos sufficiebat. Qui ceciderit enim, inquit, super lapidem hunc, confringetur: eum autem super quem ceciderit dissilire faciet. *Nec est in vllo alio salus.*] Quas putas ex his verbis plagas illos accepisse? Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat vos seruari. Hic & sublimia loquitur. Nam quando non est corrigendum aliquid, sed sola libertas de

Matt.10.

Matt.21.

claran

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

claranda non parcit. Non enim timuerat, ne percuteret. Et non dixit fimpliciter, per alium: ſed, non eſt in alio vllo ſalus, manifeſtans quòd hic vos ſeruare poteſt. Simul autem & volens illos terrere.

Videntes autem Petri libertatem & Ioannis, compertóque quòd homines eſſent illiterati ac idiotæ admirabantur, & agnoſcebant eos, quòd cum Ieſu fuiſſent.] Et quomodo, inquit, illiterati rhetoricati ſunt contra illos & ſummos ſacerdotes? non ipſi loquebantur, ſed per illos gratia ſpiritus. *Hominem autem videntes ſtare cum eis qui ſanatus fuerat, nihil poterant contradicere.*] Magna hominis libertas, & manifeſtum eſt vel ex eo quòd & in ipſo iudicij loco illos non reliquerit, & ita ſi dixiſſent, non ſic ſe habere, ille reprehendiſſet. *Iuſsis autem illis è concilio ſecedere, conferebant inter ſe, dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis?*] Vides vt perplexi ſint, & iterum humano timore omnia operantur? Itaque ſicut & cum Chriſto, quod factum erat ſubuertere & tegere non potuerunt, ſed prohibentibus illis res fidei magis creſcebant: ſic & nunc fit. Quid faciemus? ô inſipientiam, quòd illos propter guſtata certamina perculſos fore exiſtimarunt, imò ſi propter ſuam dignitatem quam ita libere loquentes non curauerant, ſperauerunt facturos aliquid. Quanto igitur magis prohibere volebant, tanto amplius res creſcebant. *Nam conſpicuum ſignum æditum eſſe per eos omnibus habitantibus Hieroſolymis manifeſtum eſt, nec poſſumus inficiari, ſed ne amplius diuulgetur in populum, minaciter interminemur eis, ne poſthac loquantur ſub hoc nomine vlli hominum. Et accerſitis illis præceperunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu.*] Vide & horum impudentiam, & apoſtolorum ſapientiamm. *At Petrus & Ioannes reſpondentes: An iuſtum ſit in conſpectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui. At illi additis minis dimiſerunt eos, non inuenientes qua ratione punirent eos*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propter populum.] Miracula ora eorum concludebã & postea non tulerunt eos implere sermonem, sed in terrumpentes impediebant magna cum contumelia Quia omnes glorificabant deum super eo quod acci derat. *Annorum enim erat amplius quadraginta ho mo in quo factum est signum istud sanationis.*] Sed ite rum videamus quæ dicta sint. *Quid faciemus hom nibus istis?*] Primum propter gloriam humanam om nia faciebant, nunc etiam propter aliud simulant, ne videantur esse homicidæ, quod post hoc dicebant Vultis super nos adducere sanguinem hominis illi us? Prohibeamus illis non loqui in nomine hoc. Vides insipientiam? Persuasi quòd resurrexerat, in de sumpta coniectura quòd deus sit, nihilominus do cere in nomine eius quem neque mors potuerat de tinere, prohibere conati sunt. Quid huic insipientiæ par? Et ne mireris, quòd iterum attentant, quæ non perficiunt. Tantum enim malum est malitia, nihil videt, sed vbique tumultuatur, & in seipsam ruit. Quasi decepti ac ludificati ita consulunt, id quod fa cere solent, qui se irrisos suspicantur: hoc sursum ac deorsum tractant, quod dixissent, deus illum suscita uit, & in nomine Iesu hic sanus assistit, ostendentes quòd resurrexit Iesus. Alioquin etiam ipsi resurre ctionem putabant, frigide quidem ac pueriliter, pu tabant tamen: nunc autem non credunt, & tumul tuantur, consulentes quid sibi faciendum. Hoc pro fecto solum nõne sufficiebat persuadere illis, ne quid faciant dum illi tam liberè loquuntur? Quare non credis, dic Iudæe? Oportebat enim signa facta & ser monem attendere, non quòd tam multi mali sunt. Et quare non tradunt illos Romanis? Iam male au diebant apud eos propter ea quæ in Christum ege rant, atque ita sibiipsis magis incommodarant immi nuentes suam æstimationem, & sanctimoniæ nomẽ. at non item Christo, quem media nocte raptum sta rim abduxerunt moræ impatientes ac multum timẽ tes propter multitudinem. De his autem nullam fidu

ciam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam habebant, neq; illos ducunt ad Pilatum, timentes & suspicantes propter superiora, ne etiam de illis redarguerentur. *Factum est autem vt congregarentur ipsorum principes in Hierusalem.*] Iterum concilium in Hierosolymis, & iterum illic iniqua perpetratur, & neque ciuitatis habetur reuerentia. Vidisti illorum malitiam, & quomodo attentantes quæ perficere nequeunt, non absterrentur: vide iam oro, & Petri sapientiam, & quid in medium progressus illis loquitur: *Si nos iudicamur de eo quod benefecimus homini infirmo, in quo seruatus est. In quali nomine feciſtis hoc?*] In quali? quare non dicis sed adumbras? In quali nomine feciſtis vos hoc? Atqui iam dixerat, non nos fecimus. Vidisti sapientiam, non dixit statim: In nomine Iesu fecimus. Sed quid? In nomine eius hic assistit coram vobis sanus. Et iterum: Si nos iudicamur, quòd benefecimus homini infirmo: perstringit illos, quasi semper eiuscemodi in crimen vocantes, & reprehendentes quod benefiat hominibus, & priora in memoriam reducit, quòd ipsi adcædes currant: & non hoc solum, sed etiam ob beneficia arguunt. Vides quod pondus habeant verba? In his enim exercebantur, & postea imperteriti fuerunt. Et hinc ostendit illis, quòd ipsi magis, tametsi inuiti prædicant Christum, & diiudicando & examinando dogma extollunt. *Quem vos crucifixiſtis.*] O magnam libertatem. *Quem deus suscitauit ex mortuis.*] Id iterum maiorem sermonis libertatem præ se fert. Igitur quod dicit, hoc est: Ne putetis quòd ignominiosa occultemus, quæ tantum abest vt cælemus, vt etiam liberè prædicemus. Hæc quasi opprobrans illis dicebat: & non simpliciter, sed etiam moratur in sermone. Hic est lapis reiectus, dicens, à vobis. deinde ostendens hoc in magnam vtilitatem cessisse, addit: *Qui factus est in caput anguli:*] hoc est, qui natura nobilis & preciosus ac probatus, hic reiectus est. Adeò propter signũ magna libertate dicẽdi vtebatur. Tu autẽ obserua quo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modo quando oportet docere, multas adduncunt pr
phetias: quando autem libere loquendum, solum a
firmant: *Neque enim nomen est aliud sub cœlo datu*
hominibus, in quo oporteat saluos fieri.] Quia omnib
hominibus & non illis solis datum est nomen, pro
de & illos adducit testes. Quoniam enim dicebāt:
quo nomine fecistis? De Christo, inquit, nō est aliu
nomen. Quomodo igitur interrogatis? Sic vbiq; ho
manifestum est. Neq; enim nomen est aliud sub co
lo, inquit, in quo oporteat saluos fieri. Hæc sunt an
mæ verba quæ de hac vita desperauit, id quod ma
gna libertas ostendit. Hic manifestat, quòd quand
etiam humilia loquebantur de Christo, non hoc me
tu, sed attemperatione morum fiebat. Quoniam aut
nunc tempus erat, sic loquitur sublimia, quôd illo ip
so etiam auditores omnes perterret. Ecce & aliu
signum non minus priore. *Agnoscebantq; illos*
quòd cum Iesu fuissent,] non temere hanc particula
posuit euangelista, sed vt manifestet etiam vbi fui
sent, nempe in passione. Illi enim soli tunc aderan
quando etiam viderunt illos humiles, exilesq;. Max
me illos mirari faciebat repentina mutatio: etenim
illos viderant Annas & Caiphas quòd assisteren
tunc hi, nunc autem perterruit illos valde libertas
non enim verbis solis monstrabant non curare se de
quibus iudicentur, & quòd extrema intententur pe
ricula, sed etiã habitu, & voce, & aspectu, & in sum
ma omnibus libertatem apud populum demonstra
bant per ea quæ loquebantur. Admirabantur autem
fortassis quòd homines & illiterati, & idiotæ essent:
quoniam reperire licet illiteratum, qui tamen non sit
idiota, & contra idiotam qui non plane illiteratus:
ostendit hic quòd duo illa conuenerint. *Compertoq;*
inquit. Vnde? ex his quæ dicebant. Non longos ex
tendit sermones, sed & ab ipsa annunciatione & ha
bitu, libertatem manifestat, ita vt & extrema au
toritate mandassent eis, nisi præsens fuisset homo.
Agnoscebantq; illos, quòd cum Iesu fuissent,] id quod
fecit

fecit illos credere, & ab illo didicissent hæc, & sicut discipuli eius hæc fecissent. Non minorem autem vocem quàm illorum erat, emittebat & miraculum ac signum: quod sanè illorum ora maxime obturabat.

Si iustum est, inquit, corã Deo, vos magis audiri quàm Deum, iudicate.] Quando timor magis succisus est, nam et interminari nihil aliud erat quàm dimitti, tũc mansuetius loquuntur: tam longe sacerdotes à temeritate erant, quia notum signum erat. Non possumus negare: atque adeo negassent, nisi ita fuissent, nisi plurimorum fuissent testimonia, omnibus & fuisset manifestum, sed talis bestia est impudentia ac temeritas. Minaciter minabimur. Quid dicitis, minando expectatis cessaturam prædicationem? Sic vbique principia ardua ac difficilia. Magistrum interemistis, & nõ sustulistis prædicationem: & nunc expectatis vt minis vestris absterreamur à proposito. vincula nõ persuaserunt humiliter loqui, & vos persuadebitis scilicet his qui vos licet minemini, nihili faciunt? An iustum est coram Deo, vos magis audire quàm deum? Hic Deum, inquit, pro Christo. Vidisti quomodo nunc eueniat quod dixit illis: Ecce enim ego mitto vos tanquam oues in medium luporum, ne timueritis illos. Deinde iterum stabiliũt resurrectionem per ea quæ apponunt, dicentes: *Nos non possumus non loqui quæ vidimus & audiuimus.*] vnde nos fide digni testes sumus, vos autem interminãdo, iterum frustra minamini. Oportebat sanè illos mutari, propterea & populus glorificabat Deum: illi autem mortem minantur, sic contra Deum pugnabant. *At illi additis minis dimiserunt eos.*] Hinc magis clari & illustres facti sunt, imò præter mandatum iam testificabantur. Quid est quod dicunt, nos nõ possumus non loqui ea quæ vidimus & audiuimus? Si falsa sunt, inquit, quę dicimus, reprehende: sin vera, cur prohibes? Tanta res est sapiẽtiæ studium. illi in angustia, hi in gaudio: illi multa implentur confusione, hi cum summa libertate omnia faciunt; illi timẽt, hi confidunt. Qui enim *Mat. 10.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant, dic oro, qui timerẽt, dicentes, ne diuulgetur amplius in vulgus: vel dicentes, non possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui? Erant hi in maiore voluptate, libertate, ac lætitia quàm omnes: illi vero in tristitia confusione ac metu. Populum enim metuerunt. Quæ volebant loquebantur hi, illi quæ volebãt non faciebãt. Qui erant in vinculis ac periculis, nónne hi maxime?

MORALE.

Adhæreamus igitur virtuti, ne absque voluptate quæ dicuntur sint, & consolationem nullam afferant. Non est hoc theatrum dilecte citharœdorum vel tragœdorum, vbi solius voluptatis fructus est, & cum prætereunte die præterit etiam voluptas, & vtinam esset voluptas sola, & non noceret cum voluptate: attamen inde domum vadunt singuli, quasi à vico quodam in quo multum mercati referant: & adulescens quidem recipit melodias carminis diabolici, & quantum potuit memoria complecti, continuo domi cantat: senior autem vtpote honestior, hoc quidem non facit, omnia autem quæ illic dicta sunt verba memorat. Hinc vero nihil habentes abitis, & quomodo nõ dignum confusione? Legem posuimus, imò non nos
Mat. 5. posuimus. Absit. Non enim vocabitis, inquit, magistrum super terram. Legem posuit Christus, ne quis iuret. Quid factum est, oro, cum hac lege? Non enim cessabo de illa differere, ne forte iterum veniens sicut
2. Cor. 13. Apostolus ait, non parcam. Nunquid folliciti fuistis in opere? Nunquid adhibitum est studium à vobis? num iterum iidem sermones sunt attingendi? imò siue aliquid feceritis siue non, eosdem repetamus, vt in vobis fortiores fint, & alios cohortemini. Vnde igitur nos incipiemus? vultis à vetere lege? sed id in nostram confusionem, quòd ea quæ in veteri dicuntur, quæ excellere oportebat, nondum custodimus. Nos enim conueniebat non de his audire. Iudaicæ enim paruitatis fuerint hæc præcepta: sed illa perfecta, abiice opes, sta viriliter, animam pro

præ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prædicatione impendito, ride terrena omnia, nihil sit tibi cum præsente vita commune, benefac si quis te iniuste afflixerit, siue defraudauerit benedic, siue blasphemarit honora, omnibus esto sublimior. hæc & talia audire congruebat: nunc autem de iuramento differimus, & idem fit, quemadmodum si quis eum qui iam debeat philosophari, ab illis doctoribus suis abstrahat, & syllabas ac elementa legere faciat. Cogita, oro, quanta sit confusio hominem quempiam cui sit grauis pera, & baculus ac pallium, ad Grammaticos cum puerulis proficisci, & eadem quæ illi discere. Nónne magnus oritur risus? sed maior ex vobis: non enim tantum discrimen inter philosophiam & elementa, quantum inter Iudaica & nostra, sed quantum inter angelos & homines. Si quis, dic oro, angelum è cœlo deuocet, ac dicat illi, vt hic stet ac audiat nostros sermones, quasi inde erudiendus sit: nónne ridiculum foret, & confusione dignum? Si autem de his erudiri adhuc ridiculum, illis non attendere, dic oro, quanta condemnatio, quanta confusio? Et quomodo non confusione dignum, Christianum erudiri debere, non iurandum esse? Veruntamen reprimamus affectus, ne magis rideamur. Age igitur de veteri lege differamus hodie. Quid autem ista inquit, Iuramento ne assuefacias os tuum, neque cum nomine sancti coassuescas. *Eccl. 23.*
Quare? nam quemadmodum seruus si continuo flagelletur, à cicatrice non purificabitur: sic neque qui iurat. Vide sapientiam istius sapientis. Non dixit: Iuramento ne assuefacias mentem tuam, sed os tuum. Quia sciuit totum oris esse, & quòd facile corrigitur. Consuetudo enim est, quæ postea etiam absque electione fit: vt sunt multi, qui balnea ingressi simul vt fores transierint, signantur: hoc solet manus etiam propter consuetudinem, etiam nullo iubente. Iterum accensa lucerna sæpe mente aliud quiddam considerante manus signum facit, ita sanè & os non cum anima loquitur, sed ex consuetudine, *Cõsuetudo.*

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& in lingua totũ ſitum eſt. Neque cum nomine ſanc
cti, inquit, coaſſueſcas. Deinde poſtquam hoc dixit,
apponit: nam ſicut ſeruus qui flagellatur continuo, &
cicatrice non purgabitur, ita neque qui iurat. Non
periurium hoc loco, ſed iuramentum amouendum
admonet, appoſita illi pœna. Igitur iurare peccatum
eſt. Talis revera eſt anima, talibus plena eſt vulneri-
bus, talibuſq; cicatricibus. An non videsꝰ hoc enim
graue eſt, quamuis certè poteris, ſi voles videre. De-
dit enim tibi Deus oculos. Talibus oculis videbat
Pſal.37 Propheta, dicens: Fœtuerunt & putruerũt cicatrices
meæ à facie inſipientiæ meæ. Contempſimus Deum,
odio habuimus nomen bonum, conculcauimus Chri-
ſtum, foluimus pudorem. Nullus cum reuerentia me-
mor eſt nominis Dei. Et tu quidẽ ſi dilexeris quem
piam, & ad nomen illius excitatior efficeris. Deum
autem ſic continuo vocas, quaſi nihil. Voca illum ve-
benefacias inimico, voca illum in ſalutẽ tuæ anima,
tunc aderit, tunc lætificas illum, nunc autem exacer-
bas. Voca illũ ſicut vocauit Stephanus. Quid dicens?
Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc. Voca illum
vt vocauit vxor Elcanæ, cum lachrymis, cum lamen-
1.Reg.1. tis, cum oratione, non prohibeo, ſed & valde exhor-
tor. Voca illum ſicut vocauit Moſes, & clamabat
Exo.2. orans pro illis qui ipſum in fugam egerant. Et tu qui-
dem ſi alicuius viri reuerendi memor es ſine reueren-
tia, contumeliam putas: Deum autem ore circumfe-
rens, non ſolum ſine reuerentia, ſed etiam intempe-
ſtiue, nihiline facis rem illam? & quanto ſupplicio di-
gnus eris? Non prohibeo deum perpetuo habere in
animo: hoc enim optarim & velim: ſed non præter id
quod illi placet, ſed ſi laudas, ſi colis, magna ſi hoc cõ-
ceſſerit nobis bona ſunt: ſi quando oportet, ac in qui-
bus oporteat ſolum vocemus illum. Quare, dic oro, in
Apoſtolorum ore tot virtutes tantæq; fiebant, in ve-
ſtro autem non? quamuis idem ſit Deus, idem nomẽ,
ſed nõ eſt par. Quomodo? quia illi quidem in his quę
dixi, ipſum inuocabant ſolum, vos autem nõ in illis,

ſęd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed in aliis. Si autem ideo iuras, quia non credit, dic quidem crede. Veruntamen si vis iura per teipsum. non legislatori contrarium assero. Absit. Sit enim, inquit, sermo vester, etiam etiam, non non. Sed in hoc condescendo vobis, vt magis in hoc vos inducam, et a tyrannica consuetudine liberem. Quot sunt in aliis admodum probati, & in his rebus totum perdunt? Vultis discere, quare concedebatur priscis iurare? peierare enim neque illis concessum erat. Quoniam per idola iurabant. confundamini in his legibus manentes, in quibus versabantur infirmi. Quia & nunc Grecum si accipio, nõ statim illi hoc impero, sed nunc vt sciatur Christus admoneo. Fidelis autem & qui didicerit illum, & audierit, si vsurus est eadem indulgentia qua Græcus, quæ vtilitas, quod lucrũ? At ob consuetudinem difficile tibi est, & ad illa ægrè abstraheris. Igitur quoniam tanta consuetudinis est vis, eam in aliam transfer consuetudinẽ. Et quomodo, inquit, possibile? quod sæpius dixi, hoc etiam nunc dico. Sint animaduersores eorum quæ dicuntur multi, stent inquisitores & correctores. Nõ est confusio ab alio corrigi, imò confusio est repellere corrigentes, & in damnum propriæ salutis hoc facere. Et tu quidẽ si vestem induaris inuersam, permittis te à puero admoneri, & non confunderis ab illis discẽs, quamuis certe in hoc magna confusio. Hic autem in detrimẽto animæ confusióne est, dic mihi, ab alio erudiri? & ornantem quidem te vestibus fers seruulum, & calciantem: ornantem autem animam tuam non fers? & quantæ insipientiæ hæc sunt? Sit & minister horum doctor, sit & puellus, sit & vxor, sit & amicus, & vicinus, & cognatus. Quemadmodum enim fera, quæ vndequaq; agitatur, non facile euadit: Ita fieri nequit, quin is qui tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpantes, & vndiq; affligitur, facile effugiat, & non seruetur. Et primo quidem die difficile feres hoc & altero, & tertio. Deinde autem facile erit, & iam post quartũ molestum vltra non erit: periculum facite, siquidem

Mat. 5.

non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non creditis. Curam habete oro. non enim vulgare est hoc quod peccatur & corrigitur, sed vtrinque magnum,& bonum,& malum. Concedatur hoc bonũ fieri gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul ac sancto spiritui,gloria,imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XI.

Dimissi autem venerunt ad suos, & annunciauerunt illis,quæcunque ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerunt.

NOn vana gloria extimulante narrãt,quæ alterna ab illis erat,sed gratiæ Christi indicia ostendunt. Idcirco & quæcunque illi dixerunt narrant,quæ autem per ipsos dicta sunt licet pretereant, attamen & sic magis fidentes fiunt. Et consydera quomodo iterum ad verum auxilium confugerint, ad subsidium orationis inuictum, iterum vnanimiter,& cum studio. Non est enim oratio,quæ simpliciter fit. *At illi qui audierant vnanimiter sustulerunt vocem ad Deum,& dixerunt.*] Vide quàm diligenter fiunt illorũ preces, quãdo apostolatu dignum sibi monstrari petiuerunt, sic dicebant: Tu domine omnium cordium cognitor ostende: opus enim erat illic præscientia. Hic autem quoniam ora aduersariorum obturari oportebat,de domino differunt,ideo et sic cœperunt: *Domine Deus,qui fecisti cœlum & terram,ac mare,& omnia quæ in illis sunt,qui per os Dauid pueri tui loquutus es: Quare fremuerunt gentes,ac populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ,& principes congregati sunt simul aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.*] Prophetiam in medium afferunt, tanquam pactum à deo exigentes, & seipsos interim consolantes, quòd inuanum hostes meditentur omnia. Hoc autem est,quod dicere volunt:Illa in medium profer, & ostende, quòd vana meditati sint.

Psal.2.

Con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Congregati enim sunt revera in ciuitate hac, contra sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, tam Herodes quàm Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, vt faciant quæcunque manus tua & consilium tuum fieri præfiniuit. & nunc Domine vide in minas illorum.] Vides philosophiam, & quomodo his non imprecentur mala. Non posuerunt autem minas speciatim, sed solum dicunt quòd minati sint. Abbreuiat enim conscriptor sermonem. Et vide. Non dixit: Disrumpe illos, deiice illos. Sed quid? *Et da seruis tuis libere loqui sermonem tuum.*] Sic discamus & nos orare. Quamuis quo non furore impletur qui in viros incidit, occidere illum tentantes, & id genus comminantes, & quam non hostilitatem admittit? At non ita sancti isti. *In hoc vt manus extendat ad sanationes, et vt fiant signa ac prodigia per nomen sancti pueri tui Iesu.*] Si in nomine illo fiunt efficaciæ ac virtutes, magna erit fiducia, inquit. *Rogantibus autem illis, motus est locus in quo erant congregati*] Factum est hoc signum, vt audirent illi etiam diuinam visitationem. *Et impleti sunt omnes spiritu sancto.*] Quid est impleti sunt? Reaccensi sunt spiritu sancto. Etenim reaccensum est in ipsis charisma, & loquuti sunt sermonem dei cum libertate. *Huius autem multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.*] Vides quòd cum gratia dei etiam sua afferebant. Vbique enim hoc obseruatu dignū est, quod cum gratia dei, & ea quæ ab ipsis erant, declarant. Quemadmodum Petrus dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Itaque quod superius dixerat, quòd omnes fuerint in illo ipso, hoc est simul: iterum hic idem dicens manifestat, quòd multitudinis credentium fuerit cor & anima vna. Vt dixit autem quod audierunt, dicit postea & eorum virtutem. Ingressurus enim erat narrationem Sapphiræ & Ananiæ: ideo volens illorum ostendere scelus, prius de aliorum virtute differit. Dic, oro, mihi, an charitas paupertatem, vel paupertas charitatem peperit? Mihi videtur, quòd

chari-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

charitas paupertatem, quæ & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat. Omnium erat cor vnum & anima vna. Ecce cor & anima idem sunt. *Et nullus aliquid ex his quæ possidebat, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apostoli testimoniũ resurrectionis Domini Iesu Christi.*] Ostendit hoc, quasi eis commissum sit, vel quòd tanquam debitores faciant. *Et gratia magna erat cum omnibus illis, neq; indigus quispiam erat inter eos.*] Sicut in domo paterna filii, qui eiusdem honoris sunt: ita omnes affecti erant. Sed hoc est mirabile, & quasi relictis suis negotiis, ita enutriebãt, vt nõ vltrà quasi ex propriis, sed quasi ex cõmunibus educari videantur. *Quotquot autem possessores prædiorũ vel ædium erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendiderant, & ponebant ad pedes Apostolorum. Diuidebatur autem vnicuique, prout opus habebat.*] Magnus honor, quandoquidem non in manus, sed ad pedes Apostolorum ponebant. *Ioses autẽ qui agnominatus est Barnabas ab Apostolis: quòd si interpreteris, est filius consolationis.*] Non mihi videtur ille esse qui cum Matthia. Ille enim & Ioses dicebatur & Barsabas: postea autẽ agnominatus est & Iustus. Hic autem Barnabas, hoc est filius consolationis, ab Apostolis est cognominatus. Et videtur mihi à virtute assumptũ nomen, quasi ad hoc sufficiat & studiosus sit. *Leuites Cyprius genere, quum haberet agrum, vendidit & attulit pecuniam, & posuit iuxta pedes Apostolorum.*] Hic velim obserues, quomodo ostendat legem solui. & quomodo inquit, quum esset leuites, Cyprius erat? quia postea etiam quum migrassent, appellabantur leuitæ. Porrò videamus iterum quæ dicta sunt. Dimissi, inquit, venerunt ad suos, & annunciauerũt omnia quæ ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerant. Vide Apostolorum philosophiam à fastu alienam. Non circumeuntes inuulgarunt & dixerunt, quomodo sacerdotibus responderint, neq; de annunciatione gloriabantur, sed simpliciter vt venerunt, ea quæ audierant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dierant ab illis senioribus annunciabant. Hoc loco discimus, & periculis seipsos non iniecerunt, sed potius tentationes quæ intentabantur, strenue tulerũt. Alius autem si quis esset, fortè multitudinis fiducia fretus, vel contumelias loquutus esset, vel innumera dixisset inepta: at nõ hi philosophi, sed omnia mãsuete & benigne. *Qui autem audierãt*, inquit, *vnanimiter sustulerunt vocem ad Deum.*] Clamor factus est ex voluptate, & magna affectione. Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, quæ tanto sapientiæ studio sunt plenæ, quæ de talibus sunt, quæ in talibus temporibus, quæ hoc modo, sicut aliæ certæ abominabiles sunt ac immundæ. Vide vt nihil superfluum, sed de virtute illius solum dixerunt, imò quemadmodum Christus dicebat Iudæis, Si autem ego in spiritu Dei loquor, ita & illi loquuntur per spiritum sanctum. Quid autem sit quod dicunt, audi: *Domine Deus, qui per os Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes.*] Mos est scripturæ etiam de vno tanquam multis loqui. Sensus igitur dictorum est, Non illi valuerunt, sed tu qui permisisti totum, etiam ad finem perducens, operatus es, qui industrius quidvis operaris: & sapiens es, qui inimicis pro tua voluntate vteris. Hic enim de mira illius facultate ac sapientia in operando dixerunt, manifestantes quòd illi quidem conuenerint, tanquam animo sanguinario, & homicidarum, & aduersarii futuri, fecerint autem quæ tu volebas: *Vt facerent quæcunque manus tua & consilium tuum præfiniuit fieri.*] Quid est manus tua? Hic mihi videtur manum dicere, potentiam ac consilium. Sufficit, inquit, tibi velle solum. Nullus enim potentia præfinit. Igitur quæcunq; manus tua, hoc est quæcunque præcepisti. Vel igitur hoc dicit, vel quòd manu operatus est distincte. Sicut igitur tunc vana meditati sunt, ita & nunc illos frustra meditari facito. Et da seruis tuis: hoc est, ne compleantur opere minæ eorũ. Hæc autem dicebant illi non detrectantes difficile quiddam pati, sed pro prædicatione. Non enim dixe-

I runt:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt: Et eripe nos à periculis. Sed quid? *Et da ſe-*
uis tuis cum fiducia omni loqui ſermonem tuum.] Igitu
qui illa ad finem deduxiſti,& hæc deduc. *Quem du-*
xiſti, inquit.] Vide quomodo & in illum referun
& libertatis in loquendo illum autorem dicunt. V
diſti quomodo omnia propter deum petunt, & nihi
ad ſuam gloriam. Itaque quod ſuum, promittun
quòd non perterreantur: Orant autem vt digni habe
antur, qui miracula operentur, dicentes, vt manum
tuam extendas ad ſanationem, & vt ſigna ac prodi
gia fiant. Bene, nam abſque illis licet ſummam præ ſe
tuliſſent alacritatem, omnia feciſſent inuanum. An
nuit eorũ petitioni,& manifeſtum hoc fecit eis com
moto loco, quòd aſſit ipſorum precibus: *Oran-*
tibus enim illis, inquit, *motus eſt locus.*] Quod autem pro
Pſal.103 pter hoc factum ſit, audi Prophetam: Qui aſpicit ter
ram, & facit illam tremere. Et iterum: A facie do
mini mota eſt terra, à facie dei Iacob. Et facit Deus
hoc propter maiorem terrorem, & ad fiduciam illo
inducens poſt magnas illas minas, & ad libertate
maiorem exercens: quia initium erat, & ſenſibili
gno opus habebant, vt illi perſuadeantur. Poſt ho
autem nunquam hoc fit. Tantam conſolationem a
ſequuti ſunt ex precibus. Merito autem & ſignorum
grariam petunt. Nuſquam aliunde enim potuiſſen
oſtendere, quòd reſurrexiſſet, quàm ex ſignis. Et it
non ſolum ſuam petebant ſecuritatem, ſed etiam n
confunderentur, verum libere loquantur. Motus e
locus, & illos magis conſolidauit. Hoc autem al
quando quidem iræ eſt indicium, aliquando vero vi
ſitationis & prouidentiæ, nunc autem iræ. Porrò i
Saluatoris paſſione noue & præter naturam accidi
Etenim tunc omnis terra commota eſt, & ita vt vbi
que agnoſcatur crucifixi virtus, et quòd Deus qui p
riebatur, & non ſimpliciter homo. Et aliter: Licet
iræ ſit indicium, verum ea contra illos erat, hos au
tem & ſpiritu impleuit. Itaque & Apoſtoli poſt pre
ces ſpiritu implentur. *Et magna*, inquit, *virtute re-*
debant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

debant testimonium, eratq; gratia in omnibus illis, neque enim quispiam indigebat inter illos.] Vides quanta huius rei virtus, vbi scilicet & illic hac opus erat. Ista est enim bonorum occasio, cuius & secundo meminit, admonens omnes de pecuniarum contemptu. Superius quidem dicens, quôd nullus aliquid eorum quæ possidebat, sibi dicebat proprium esse. Hoc autem loco, quôd non indigens aliquis esset inter illos. Nam quod fiebat, non à solis signis esse, sed etiam à voluntate illorum, manifestat Sapphira & Ananias. Non sermone autem solum, sed & virtute reddebant testimonium resurrectionis, sicut & Paulus dicit: Et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ sermonibus, sed in demonstratione spiritus & virtutis. Et nõ simpliciter virtute, sed magna virtute. 1. Cor. 2.

MORALE.

Bene autem dixit, quòd gratia erat in omnibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat indigus: hoc est, ob magnam dantium alacritatem nullus erat indigus. Non enim partem quidem dederunt, partem autem recondiderunt, neque omnia quidem, sed quasi propria: sic inæqualitatem è medio eiiciebant, & in multa abundantia viuebant, & cum multo honore hoc faciebant. neque enim in manus audebant dare, neque cum fastu suppeditabant: sed ad pedes afferebant, & illos dispensatores permiserunt fieri, & dominos fecerunt vt quasi ex communibus postea insumantur, & non quasi ex propriis. Hoc etiam conferebat ad hoc, ne vana gloria extollerentur. Hoc si & nunc fieret, vtique maiore cum voluptate viueremus, & diuites & pauperes, non maiorem autem pauperibus quàm diuitibus hoc voluptatem afferret. Et si placet hoc sermone describamus, & sic voluptatem assequamur, quandoquidem operibus non vultis. maxime autem & ex illis manifestum, quæ tunc facta, quia vendentes non erant indigi, sed

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& pauperes faciebant diuites: veruntamen & hoc nunc sermone describamus, & omnes sua vendant omnia, & in medium afferant. Hoc sermone dico, nullus turbetur neque diues, neque pauper. Quantum putas aurum cõgeri posse? ego conjecto (neque enim hoc satis euidenter dici potest) quòd si cuncti & cuncta vniuersas pecunias suas euacuarent, & agros, & domus, & possessiones alienarent (seruos enim non dixerim: nam & tunc non alienati sunt à suis heris) forsan decies centena millia librarum auri congererentur, imò bis ac ter tanta. Dic enim oro mihi: Ciuitas nostra promiscuorum hominum quantum impleat numerum? quantum vultis esse Christianorum? vultis esse centum millia? quantus autem numerus Ethnicorum & Iudæorum? quot pondo auri colligi possent? quantus autem est numerus pauperum? non opinor supra centum millia pauperes. Hos sanè quotidie pasci quãta liberalitas esset, imò cõmuni alimento facto, si simul pascerentur, nõ magno sumptu esset opus. Quid igitur facturi essemus, insumptis omnibus? Putas ne tu posse insumi omnia aliquando? nónne mille millies Dei gratia auctiora fierent? nónne opulente gratia Dei effunderetur? quid igitur, nónne cœlum faceremus terram? Si hic tria millia & quinque millia in tantum fulserunt, vt nullus eorum inopiam quereretur, multo magis in tanta multitudine. Quis igitur etiam externus non aliquid adiiceret? Vt autem ostendam, quòd hoc in diuersa conuelli, sumptuosum sit, & inopiæ causa: sit domus vbi pueri decem, & vxor, & vir, & illa quidem lanam operetur, ille autem externe afferat emolumenta. Dic, num plus insumant vnam habentes domum vel dispersi? manifestum quòd dispersi. Dispersi enim decem pueri, decem domiciliis opus habent, decem mensis, decem ministris, & alio huiusmodi emolumento. Cur autem hic seruorum multitudo non est, nónne quia mensam vnam omnes habent, vt non opus sit magno sumptu? Nónne diuisio fe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per minora commoda affert, vnanimitas autem & consensus, incrementum? Sic qui in monasteriis nunc viuunt, quemadmodum olim fideles. Quis mortuus est fame? quis non liberaliter educatus est? nunc tamen hoc timent homines, magis quàm in immensum & inexhaustum pelagus incidere. Si autem periculo facto aggrederemur rem, quantam putas gratiam fore? Si enim tunc quum nullus esset fidelis, sed solum tria millia & quinque millia solum, quum omnes qui in mundo, essent hostes, quum nusquam consolationem expectarent, sic aggressi sunt opus: multo magis nunc nihil defuturum, vbi gratia Dei vbicunque terrarum fideles. Quis enim mansit Ethnicus reliquus? nullum equidem opinor, ita omnes attraximus, & nobis conciliauimus. Veruntamen si hac via progredimur, credo deo quòd & hoc futurum sit. Obtemperate mihi solum, & per ordinem corrigemus negotia: & si Deus vitam dederit, credo quòd statim in hanc nos recepturi simus vitæ rationem. Iam legem illam de iuramento facite & stabilite, & is qui seruarit eam, qui non seruarit manifestum faciat, & reprehendat postea acriter, vehementerq; increpet. Præscriptus enim terminus prope est, & exquiram negotium, & deprehensum segregabo & excludam. Absit autem ne quis talis apud nos inueniatur, sed omnes cum diligentia spirituale hoc seruent symbolum. Quemadmodum enim in bello tam commilitones quàm alieni à signo dignoscuntur, ita etiam nunc fiat (nam & nunc in bello sumus) vt & fratres agnoscamus nostros. quantum bonum erit nobis hoc signaculum, & hic & in aliena terra? quanta sunt hæc arma aduersus diaboli versutias? Os enim quod nescit iurare, statim etiam deum in precibus inuocans conciliabit, & graui plaga diabolum percutiet. Os quod iurare nescit, neque contumeliis afficiendi consuetudinem habebit. Nam quemadmodum ex domo quadam, ita à lingua hunc ignem eiice, & foras trahe. Minime illum respirare sinas,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vlcus infirmius fac. Etiam obsecro, vt vobis & alia
am quandam doctrinam exponam. Nondum enim
hoc correcto, non ausim ad aliud quiddam venire.
Hoc cum diligentia à nobis corrigatur. Huius correc
ctionis sensum prius accipite, & tunc vobis etiam
alias allaturus sum legestimò non ego, sed Christus.
Plantate in anima vestra bonum hoc, & paulò post
eritis paradisus ac hortus dei, multo melior illo pa
radiso: neque enim serpens apud vos, neque arbor
mortifera, neque horum aliud aliquid. Figite in pro
fundo hanc consuetudinem. Si hoc euenerit, non so
lum præsentibus eritis vtiles, sed etiam omnibus qui
in mundo: & non his solis, sed & iis qui olim futuri
sunt. Consuetudo enim bona semel recepta, & ab om
nibus seruata, in longum tempus transit, & nullum
tempus extirpare eam valet. Si ligna quidam sabba
to colligens, lapidatus est, qui multo grauiora colle
ctione illa operatur, & onus peccatorum collegit (est
enim iuramentorum multitudo, onus) quid non sustu
nebit? quid non portabit? Magnum accepturi estis
deo adiutorium, si hoc vos recte correxeritis. Si dixe
ro: Ne contumelia afficias, statim furorem mihi pro
fers in medium. Si dixero: Ne inuideas, aliam causam
dices. Hic nihil tale poteris dicere, propterea à facili
bus incipio, quandoquidem & alii in artibus aliis
omnibus idem faciunt, vt quis sic ad maiora veniat.
Scietis quàm sit hoc facile, si corrigentes, etiam aliam
accipietis legem. Date mihi libertatem loquendi,
etiam quæ Ethnicis & Iudæis est, & ante omnia quæ
dei est. Etiam oro per charitatem, per dolorem par
tus, quo vos peperi, filii mei. Quod autem sequitur,
non adducam: Quos iterum parturio, neque dicam,
donec figuretur in vobis Christus. Credo enim ego
figuratus est Christus in vobis, sed alia ad vos du
cam. Fratres mei dilecti & desiderati, gaudium & co
rona mea, credite mihi, quòd ex animo dicam. Si quis
innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc im
posuisset, non tam gauderem quantum in profectu
vestro:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vestro : imò neque regem opinor sic gaudere, sicut ego de vobis. Quid dicam? Si omnibus gentibus aduersariis expugnatis victor rediisset, & preciosa corona redimitus plures alias preciosiores accepisset coronas, & diademata victoriæ symbola: non opinor sic illum gauisurum in triumphis, sicut ego in profectu vestro: nam quasi innumeras coronas super caput habens, exultarem, & merito. Si enim diuina gratia hic mos à vobis acceptus fuerit, innumera bella deuicimus, & multo difficiliora quàm ille, contra dæmones malignos, contra arrogantes & certantes, & præliantes, non gladio, sed lingua & voluntate. Vide enim quanta correxeritis, si quidem correxeritis. Primum, quia consuetudinem difficilem exsecatis. Deinde rationem malam, & vnde omnia mala, nempe quod putatis nihil referre, & nihil nocere. Tertio furorem, quarto auaritiam. Omnia enim hęc iuramentum parit. Quin ab hoc & ad alia bona opera magnam accipietis occasionem. Quemadmodum enim qui elementa discunt puerilia, non illa sola discunt, sed etiam per illa eruditur paulò post legere: Ita sanè & vos non vltra decipiet mala ratio, neque vltra dicetis q̃ indifferens hoc sit, nõ vltra iuxta consuetudinem loquemini, sed in omnibus strabitis viriliter, vt perfectis per omnia virtutibus quæ deo placent æterna accipiatis bona, Gratia & misericordia vnigeniti illius filii, cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XII.

Ioseph autem qui agnominatus est Barnabas, ab Apostolis: quod si interpreteris, est filius consolationis, leuites Cyprius genere, quum haberet prædium vendidit, & portauit, & posuit ad pedes Apostolorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

NArraturus de Anania & Sapphira, & volens ostendere virum qui pessimè egerat, primum mentionem facit eius qui bene fecerat. Quia quum tanta esset multitudo, tanta faciens, tantaq; gratia, ac tanta signa, â nullo horum emendatus, sed semel ab auaritia excæcatus, perniciem illam concíliauit suo capití: quumq; esset illi prædium, manifestans quòd illud solum possideret, vendito eo attulit pecuniam, & posuit iuxta pedes Apostolorum. CAP. V. *Vir autem quidam Ananias cum Sapphira vxore sua, vendiderat possessionem suam, sepositque; de precio, conscia vxore, & allatam partem quandam ad pedes Apostolorum posuit.*] Hoc graue, quod peccatum fiebat, simul illis reponentibus, & nullo alio conscio: vnde euenit misero illi hoc facere? Dixit autem Petrus, *Ananias, quare impleuit satanas cor tuum, vt mentireris tu Spiritui sancto, & seponeres de precio prædii?*] Vides & nunc magnum signum fieri, & priore multo maius. *Nónne manens tibi manssisset, & venditum in tua potestate erat?*] Hoc est, nunquid necessitas vel violentia quædam erat? Nunquid enim inuitos vos trahimus? *Quid, quòd ponis in corde tuo rem hanc? non mentitus es hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias, cecidit & expirauit.*] Vides vnde maius signum hoc? Ex eo quod sustulit noxium, & quòd cognouit arcana mentis, & quæ clam facta fuerant. *Factus est autem metus magnus, super omnes qui audierant hæc. Surgentes autem iuniores, amouerunt, elatumq; sepelierunt. Factum est autem quasi trium horarum interuallo, etiam vxor illius, nesciens quid factum intrauit. Respondit autem illi Petrus, Num tanti agrum vendidistis?*] Hanc volebat seruare. Ille enim dux erat peccati, & propter hoc, huic dat fortasse tempus defensionis, & potestatem pœnitentiæ. Ideo & dicit; *Dic mihi, si tanti prædium vendidistis? Illa autem dixit; Etiam tanti. At Petrus dixit ad illam, Cur conspiratum est inter vos tentare spiritum sanctum? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ianuã*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ianuam, & efferent te. Cecidit autem statim iuxta pedes illius, & expirauit. Ingressi autem iuuenes inuenerunt illam mortuam, & elatam sepelierunt iuxta virum suum. Et factus est timor magnus super totam ecclesiam, & super omnes qui audiebant illa.] Postquam factus est timor, maiora signa fecerunt: & quæ fecerint, audi:

Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia in populo multa: & erant vnanimiter omnes in porticu Solomonis. Aliorum autem nullus audebat illis adhærere, sed magnificabat illos populus.] Meritò, etenim Petrus erat iam terribilis, puniens, & quæ in mẽte erat redarguẽs, cui & magis adhæserãt, tũ propter signũ, tum propter primam concionẽ, secundaḿq; ac tertiam. Ipse enim & fecerat signum primum illud nunc, quod mihi etiam duplex, & non simpliciter vnum quoddam ac solum esse videtur. Vnum quidem, ex mente arguere. Secundum autem, occidere præcepto.

Magis autem apponebantur credentes, inquit, *multitudo virorum simul ac mulierum, ita vt in plateas exportarent infirmos, & ponerẽt in lectulis ac grabbatis, vt venientis Petri vel vmbra obumbraret aliquem horum.*] Hoc in Christo non est factum, proinde videre licet re ipsa impletũ esse quod dixerat: *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet, & maiora illis faciet.* *Ioan. 14.* *Conueniebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hierosolymam, afferens ægros ac vexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur omnes.*] Tu autem cõsydera quomodo omnis illorum vita, aduersitatibus contexatur: mœror primus erat, assumpto Christo: deinde lętitia, demisso spiritu sancto. Iterum mœror, subsanantibus Iudæis: & mox lætitia, ex fidelibus & signis. Iterum mœror, quia comprehendebantur, quẽ excepit excusationis lætitia. Iterum etiam hic & mœror & lætitia, nam lætitia quidem erat, quod sic clarescerẽt, & quod illis deus reuelationes faciebat: mœror autem, quod suos occidebant. Iterum lætitia, q̃ clarescerent: iterum mœror, à principe sacerdotum. et vbique considerantes, videre hoc possunt: quod sanè

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam apud veteres quis inuenerit. Videamus autem iterum quæ dicta sunt. *Vendebant*, inquit, *& afferebant precia, ac apponebant iuxta pedes apostolorum.*] Vide dilecte, quomodo non permittebant apostolos vendere, sed ipsi vendebãt, & illis precia dabant. At non sic Ananias, sed subtrahit aliquid de precio agri quem vendiderat. Ideo & punitur, tanquam non bene in hac re se habens, & deprehensus rerum propriarum fur. Hic fermo etiam nostri temporis sacerdotes plurimum taxat. Quoniam autem facti conscia erat & illius mulier, ideo & illam examinat. At dixerit fortasse quispiam, quòd valde acerbe illam tractarit; Dic sodes, quæ est illa seueritas amara? Si enim qui ligna collegerat, lapidatur, quanto magis qui sacra diripit, sacrilegus? Etenim pecuniæ illæ iam sunt sacræ. Igitur qui voluit sua vendere, ac distrahere, iterumq; accepit de illis, sacrilegus fuerit. Si autem qui de suis accepit, sacrilegus, multo magis qui de alienis. Non enim, quoniam hoc non fit, vt euestigio sequatur supplicium, putetis impunita derelinqui. Vides, quòd hoc crimen imputatur, eo quòd pecunias suas accepit, quas consecrarat. Nunquid non poteras illis, etiam quum vendideras, tãquam propriis vti? Nunquid prohibitus es? Quare accipis, postquã promisisti? Vide quomodo statim ab initio, insidiatus est diabolus, etiam in mediis signis ac prodigiis quæ fiebant, imò quomodo & hic ab illo excæcatus est. Tale quiddam & in veteri lege accidit, quando Chatmi deprehensus est, anathematis fur: attamen nosti quãtam & ille vt facinus admisit, pœnam luit. Sacrilegium enim valde graue, & magno contemptu plenum. Neque vendere coëgimus, inquit, nec pecunias, postquam vendidisti, dare. Tu vero ex tua volũtate fecisti. Cur igitur furatus es de sacris pecuniis? *Impleuit*, inquit, *satanas cor tuum.*] Et si satanas hoc fecit, quur illi imputatur? Reus factus est illius operationi parens, & efficacia impletus. At oportebat, inquit, corrigi, sed non correctus est. nam

Num. 15. Iosue. 7.

qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui talia viderat, nullumq; lucrum inde fecerat, mul-
to magis nec alia ratione lucrifieri poterat. Non opor
tebat igitur quod fiebat omnino contemni, sed vt pu
trefactionem quandam excindi, vt ne postea totum
corpus incommodet: nam nunc quidem, & ille vti-
litatem accipit, ne vltra pergat in malitia, & cæteri
probiores facti sunt. Alioquin cõtrarium accidisset:
idcirco primum arguit, & ostendit. Alioquin quòd
non latuit illum quid factum sit, & tunc condemnat:
Quare, inquit, hoc feciſti? Voluisti habere? Oporte-
bat initio habere, & non promittere. Nunc autẽ post
quam consecrasti, maius sacrilegium commisisti.
Qui enim aliena rapit, forsan alienarum rerum desi-
derio rapit. Tibi autem licebat tua retinere. Quur
igitur sacra feciſti ea, & postea accepisti? Id feciſti
ex magno contemptu. Facinus veniam non habet,
excusatione caret. Nullus autem offendatur, si quidã
etiam nunc sint sacrilegi: si enim tunc fuerunt, multo
magis & nunc quando multa mala; sed reprehenda-
mus illos in omnibus, vt & cæteri metum habeant.
Iudas sacrilegus fuit, sed non offendit hoc alios disci-
pulos. Vides quanta mala, pecuniarum cupiditas fa-
cit. *Et ortus est*, inquit, *timor magnus super omnes q̃
audiebant hæc.*] Ille punitus est, & alij lucrifacti sunt.
Atq; adeò non simpliciter hoc dispensatur, tametsi &
alia signa prius facta fuerint, attamen non erat talis
metus. Sic verum est illud, quod cognoscitur domi- *Psal. 9.*
nus iudicia faciens. Ita & in arca vsuuenit. Oza enim *2. Reg. 6.*
punitus est, et factus est aliis timor. Sed illic quidem, *2. Par. 13*
territus rex amouerat arcam: hic autem illi attentio-
res facti sunt. Vidisti quomodo nõ vocauit illam Pe
trus, sed expectauit donec ingrederetur? Neque alius
quispiam ausus fuit annunciare quid acciderat. Hoc
erat, metus magistri, honor discipulorum, & obediẽ-
tia. *Trium horarum interuallo.*] Et nondum didice-
rat vxor, neq; aliquis eorum qui præsentes fuerant,
annunciarat, quamuis ad diuulgandum sat temporis
erat, verũtamen timebant. Hoc sanè etiam admiran-
hist oriæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

historiæ conscriptor dicit, quòd ignorans quid factum, ingressa est. Sanè ex hoc poterat discere, quòd sciret ea quæ occulta erant. Quare enim nullo alio interrogato, vos interrogat? Nónne manifestum, quòd quasi conscius? Sed magna cæcitas non permisit illã crimen deponere: verum cũ pertinacia multa respondit. Putabat enim, quòd cum homine loqueretur. Graue hoc, quòd quasi ex vno consilio peccatum, vel quasi ex pacto quodam. *Quur igitur conspiratum est inter vos*, inquit, *tentare spiritum sanctum? Ecce pedes illorum qui virum tuum sepelierunt, apud ianuã sunt, & efferent te.*] Prius illam docet quid peccarit, & tunc ostendit quòd iustè eadem quæ vir passura sit, quandoquidem & eadem peccarat. Et quomodo? inquit: *Statim cecidit ad pedes illius, & expirauit.*] Quia propè astabat. Sic illi in seipsos pœnam accersierunt. Quis non timuisset apostolum? Quis non admiratus esset? *Et erant simul vnanimiter omnes in porticu Solomonis.*] Ex hoc manifestum, quòd non in domibus, sed in templo quod occuparant, conuersabantur. Neque vltra cauebant sibi, ne contingerent mortuos, sed nihil curantes, eos attingebant. Et vide quomodo in suos erant aufteri, in alios autem potentia non vtebantur. *Magis autẽm*, inquit, *apponebantur credentes domino multitudo tam virorum quàm mulierum, ita vt in plateis ponerent infirmos in lectis & grabbatis, vt veniente Petro vel vmbra aliquem eorum obumbraret.*] Magna accedentium fides, & maior q̃ sub Christo ipso. Vnde autem hoc factum est? Ex eo
Ioan. 14. quod CHRISTVS prædixerat: Qui credit in me, opera quæ ego facio faciet, & maiora faciet. Manentibus enim illis illic, & non circumeuntibus, afferebant omnes in lectis & grabbatis quos habebant infirmos. Et vndequaque illis constabat miraculum, à credentibus, & ab his qui curabantur, à fiducia quæ erga illos, à virtute eorum qui non vulgariter crediderant. Neque enim quod fiebat, tantum erat signorum, licet illi modestè se habentes, his totum imputant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tant, dicentes se in nomine Christi hæc facere, sed etiam vita & virtus virorum hoc fecit. Considera autem quomodo numerum eorum qui crediderunt hoc loco non dicit, relinquens hoc auditori, vt ex seipso coniectet. Sic ad immensam multitudinẽ ea quę fidei sunt, se extendebant. Hinc & resurrectio magis prædicabatur. *Nullus autem audebat se illis coniungere, sed magnificabat illos populus*] Hoc dicit, quòd non vltra erant contemptibiles, sicut antea, & quòd breui tempore ac vnico momento tanta facta sint à piscatore & priuato. Cœlum itaque iam erat terra, tum propter viuendi rationem, tum ob libertatem dicendi, miraculaq; omnia. & quemadmodum angeli, ita admirabiles erant ad nihil se conuertentes, non ad risum, non ad minas, non ad pericula. Non solum autem propter hoc, sed etiam quòd valde humani, & pro aliis soliciti erant: alios enim pecunia, alios corporali ministerio iuuabant. *Quare impleuit satanas cor tuum?*] Quasi rationem reddens, Petrus punitus illum etiam alios erudit. Quoniam enim factum hoc valde molestum appariturum erat, propter hoc & in illo, & in vxore eius, terribile iudicium facit. Si autem non condonanda peccantes ambo non talẽ reportassent pœnam, quantus porrò contemptus dei fuisset? Quia autem propter hoc puniti sint, manifestum ex eo quòd non statim ad puniendum progreditur, sed ostendit principio peccatum. Vnde nullus ingemuit, nullus eiulauit, sed omnes timuerunt. Merito autem, quia fides illorum crescebat, plura etiam signa fiebãt, & magnus etiam apud suos metus erat, quoniam non sic externa nos turbant, vt domestica. Simus igitur inter nos coniuncti, nullus erit nobis inimicus: quemadmodum si inter nos dissideamus, omnes nobis insidiabuntur. Ex hoc & illi postea fidentiores erant, & cum magna libertate etiam in forum se conferebant, & in medio inimicorum etiam potentes erant. Et implebatur illud quod dictũ erat, Dominare in medio inimicorum tuorum: id quod *Psal. 109.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& maioris virtutis initium erat, quia hæc quum co prehenderentur ac ligarentur faciebant.

MORALE.

Igitur si hæc patiebantur, qui solum mentiti erãt, hi qui peierant, quid non patientur? Adde, quod & mulier simpliciter dicens: Etiam tanti, talem dedit pœnã, & non effugit. Cogitate qua pœna digni sunt qui iurant ac peierant. Tempestiuum fuerit & hodie ex lege ostẽdere periurij grauitatem. Falx, inquit, volans erat lata cubitis decem. Quòd volat, manifestat pœnæ celerrimum aduentum, iuramentis affuturæ. Quòd autem cubitorum decem latitudine ac longitudine, vehemẽtiam ac magnitudinem signat malorũ. Quòd autem à cœlo, signum est sententiam in cœlesti ferri iudicio. Porrò ꝙ in falcis speciem ostenditur, ineffugibilem pœnam mõstrat. Quemadmodũ enim falx in ceruicem immissa seipsam nõ retrahit, sed manet quodammodo etiam resecto capite, sic & terribilis quędam pœna est, quæ super peierantes venit, nec desistit, nisi prius perfecerit opus suum. Si autem iurantes effugerimus, ne confidamus. In malum enim nostrum hoc fit: quoniam quid censetis, nonne multi eadem quæ Ananias & Sapphira commiserunt, & non eadem passi sunt? Et quomodo, inquit, passi nõ sunt? Non quia condonatum est illis, sed quia grauiori malo seruantur. Atq; ita qui multũ peccant, magis timere debent si non puniantur, quàm si puniantur. Crescit enim ipsorum pœna, ex eo quòd deus lõganimis non vlciscitur. ne hoc igitur spectemus, ꝙ non punimur, sed si nõ peccauerimus. Si autem peccãtes non punimur, magis tremere debemus. Dic enim oro, si seruum haberes, cui semper minareris, & quẽ non percuteres, quando magis terretur, quando magis fugit, ac fugitiuus fit: nonne quando solum minaris? quando etiam mutuum monemus, non continuò minandum, vt ne sic terrore animam magis concutiamus, atq; ita non magis discerpamus, q̃ plagis ipsis. Et aliter: Illic quidem tẽporaria pœna, hic autẽ æterna.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

na. Ne igitur si nunc nullus patitur ea quæ falx minatur, sed illud cogita, num talia faciat quis. Quoniam multa fiunt nunc, quæ in diluuio, sed diluuium nō accidit: gehennæ enim pœna nunc inter minas est. Multi peccant qualia hi qui in Sodomis, sed ignis pluuia non descendit: igneum enim flumen paratū est. Multi ea quæ Pharao ausi sunt, sed non eadem passi sunt quæ Pharao, neq; submersi sunt in mari rubro. Expectat enim illos pelagus abyssi. Ibi non absq; sensu pœna, neq; suffocatio est, sed multo magis puniūtur, cruciantur, strangulantur. Multi quæ Israelitæ ausi sunt, sed non deuorarunt illos serpentes: manet enim illos vermis immortalis. Multi ea quæ Giezi ausi sunt, sed non sunt lepra percussi: expectat enim illos pro lepra, quòd dissecentur & ponantur cum hypocritis. Multi etiam iurarunt ac peierarunt. Si autem & effugerint, ne confidamus, manet enim illos stridor dentium, & fortassis etiam hic patientur & non effugient, etiam si non euestigio, sed in aliis peccatis, vt grauior sit pœna. Quoniam & nos sæpius sumpta occasione à minoribus, etiam pro magnis, totam iram explemus. Et ita quando videris tibi aliquid contigisse, memor esto illius peccati tui. Hoc enim in filiis Iob contigit. Meministis fratrum Ioseph, vendiderant fratrem, occidere attentarant, imò quantum in ipsis erat occiderant: deceperant, contristarantq; senē, nihil patiebantur. Itaque post multos annos extremis periculis laborant, & peccati sui recordantur: & quòd non coniectura sit quod dico, audi illos quid dicant: Et merito, in peccato enim sumus propter fratrem nostrum. Sic sanè & tu facito. Quando aliquid acciderit, dic Merito, in peccato enim sumus, quia non audiuimus Christum, quia iurauimus. Iurandi consuetudo & periuria in caput nostrum reciderunt. Itaq; confitere, etenim & illi confessi sunt, ac seruati. Quid enim refert si non statim pœna inuadit? quādo & Achas propter Nabuthen non statim post peccatum passus est ea, quæ passus. Quare autem hoc fit? Gen. 42.

Dat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dat tibi præscriptum tempus deus, vt abluaris: ꝙ si perseueraueris, tum demum pœnam inducit. Vidistis quid passi sint ñ, qui mentiti? Itaq; & cogitate quid patiantur etiam hi qui peierant. Cogitate & desistite. Non est possibile, ꝙ is qui iurat, non peieret, siue volens, siue nolens. Nõ est etiam possibile, quòd periurus saluetur. Sufficit vnum periurium ad hoc perficiendum, & totã pœnam nobis intentãdam. Propterea oro, vt nostri ipsorum curã habeamus, vt & pœnam peccatis debitam effugiamus, & bona æterna consequamur, gratia & miserationibus vnigeniti filij illius, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XIII.

Surgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo, quæ est secta Sadducæorum, impleti sunt æmulatione, & iniecerunt manus suas in Apostolos, & posuerunt illos in custodiam.

NIhil impudentius neq; audacius malitia. Qui experti antea didicerant, quanta illorum virilitas ac fortitudo ex his quæ attentarant, attamen denuo attentant, & iterum simul consurgunt. Quid autem est, *Surgens autem princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo.*] Motus ex his, inquit, quæ acciderant excitatus est, & iniecerũt manus suas in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Nunc vehementius illos insectantur, nec statim illos iudicarunt, expectantes vt mitescerent. Et vnde manifestum, quòd illos aggressi sint durius? ex eo quod posuerunt illos in custodiam publicam. Iterum incidunt in pericula, iterũ diuina gratia fruuntur. Et quomodo, audi cætera: *Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, eductisque illis dixit, Ite & stantes in templo loquamini populo omnia verba vitæ huius.*] Hoc etiam in illorum consolationẽ factum est, & horum vtilitatem ac doctrinã: & vide etiam hic fieri, quod & de Christo legimus. Miracula enim in

quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quibuſdam locis facta non ſinit illos videre, ſed præparat aliqua ex quibus hæc diſcant: vt in reſurrectione ſua non permiſit videre, quomodo reſurrexit; indigni enim erant hanc videre, ſed oſtendit eam per ea quæ fecit: ſimiliter etiam in vino, quod ex aqua factum non vident diſcumbentes: inebriabantur enim & aliis iudicium permiſit. Nam eos qui educebantur, non vident: coniecturam ex qua diſcere poterant ea quæ facta ſunt, viderunt. Quur enim etiam per noctem emiſit illos? quia ſic magis quàm aliter eis creditum eſt. Et aliter dic, quòd licet ad interrogandum veniſſent, vel alia ratione, etiam ipſi non credidiſſent. Sic & apud veteres accidit, vt Nabuchodonozori, vidit laudantes deū in camino pueros, & tunc obſtupeſcere cœpit. Oportebat igitur & hos interrogare primum, Quomodo egreſsi eſtis? Illi autem quaſi nihil factum eſſet, interrogant, dicentes: *Nónne denunciando denunciauimus vobis, ne loquamini?*] Et vide quomodo per alios diſcunt omnia.

Vident enim clauſum carcerem cum ſumma ſecuritate, & cuſtodes ſtantes ante fores. His auditis autem, ingreſſi ſunt ſub ipſum diluculum in templum, & docebant. Adueniens autem princeps ſacerdotum, & qui cum illo, conuocauerunt concilium & omnium cœtum ſeniorum filiorum Iſrael, & miſerunt ad carcerem, vt adducerent illos. Cum veniſſent autem miniſtri, non inuenerunt illos in carcere, & reuerſi annunciarunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ante fores, vt autem aperuimus, intus neminem inuenimus.] Duplex ſecuritas, ſicut & in ſepulchro, erat obſignatio & homines. Vide quomodo cum deo pugnabant. Dic oro, eránt ne hæc humana, quæ cum illis facta? quis illos eduxit ianuis clauſis? quomodo exiuerunt cuſtodibus ante fores ſtantibus? Verè inſanientium & ebriorum erant hæc verba. Quos non detinuerunt carcer & vincula, fores clauſæ, hos ſperabant ſe poſſe vincere, more puerorum inſipientium. Miniſtri ſanè illorum propter hoc ad-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sunt,& factum confitentur, vt omnem illis occasio
nem adimant. Vides signa varia cum signis,alia q
dem ab illis,alia autem in illos facta,quæ & clario
erant? Bene,neq; ipsis statim indicatum est,sed priu
anxij secum fuerunt,vt cognoscẽtes diuinã esse virt
tẽ,sic discant omnia. *Vt autem audierunt sermo*
illos & princeps sacerdotum & dux militiæ templi, &
primarij sacerdotes, ambigebant de illis quidnam fut
rum esset hoc. Adueniens autem quidam nunciauit e
Ecce viri quos posueratis in carcere, sunt in templo st
tes ac docentes populum. Tunc abiit dux militiæ cum m
nistris,& adduxit illos sine vi. Timebant enim popul
ne lapidarentur.] O insipientiam. Timebant,inquit
turbam. Quid enim illis prodesse poterat turba?
Oportebat timere deum, qui tanquam volucres i
los semper ex ipsorum manibus eripiebat: sed ma
gis turbam metuebant. *Et interrogauit illos prin*
ceps sacerdotum,dicens: Nónne etiam atque etiam pra
cepimus vobis,ne doceretis in nomine isto, & ecce repl
stis Hierosolymam doctrina vestra,& vultis inducere s
per nos sanguinem hominis istius.] Quid igitur apo
stoli? iterum cum mãsuetudine illis loquuntur, qui
uis certe dicere poterant,Qui nam estis vos,qui con
trarium deo præcipitis? Sed quid? Iterum tanquam
admonẽtes ac consulentes cum mansuetudine respõ
dent: *Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt,*
Obedire oportet deo magis quàm hominibus.] Magna
cum sapientia ostendunt,quòd illi cum deo pugnent.

Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos
interemistis suspẽdentes in ligno. Hunc principem & ser
uatorem exaltauit dextera sua,vt det pœnitentiam Isra
li, remissionemq; peccatorum.] Quẽ vos interfecistis,
inquit,deus suscitauit. Et vide, quomodo patri to
tum imputauit, vt ne videatur alienus filius esse â pa
tre. *Et exaltauit*, inquit, *dextera sua.*] Non simpli
citer hoc solum resurrectionem,sed etiam assumptio
nem manifestat. Vt pœnitentiam det Israẽli. Vide
hic vtilitatem & doctrinam pro defensione exactè

abso

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

absolutam. *Ac nos sumus ei testes eorum quæ dicimus.*] Magna libertas. Deinde sermonem faciens fidedignum ac credibilem adiecit: *Insuper autem & spiritus sanctus, quem dedit deus obedientibus ipsi.*] Vides quomodo non solum suo ipsorum, sed & spiritus testimonio vsi sunt. Et non dixerunt, quem dedit nobis, sed obedientibus, simul & modestiam seruantes, & magnum illud docentes, quod & illi possent accipere. Vide quomodo & verbis & operibus eruditur, & non attendebant, vt iusta illis condemnatio fiat: nam & propter hoc deus sinebat illos in iudicium duci, vt & illi erudirentur, siquidem discere voluissent. *Hæc autem cum audissent, dissecabantur, & consultabant, vt interficerent illos.*] Vide excellentem malitiam, oportebat ex his quæ audierant, perterreri: illi autem dissecabantur, & consultabant vt sine causa occiderent. Sed necessarium est iterum lecta videre: *Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, & eductis illis dixit: Ite, & stantes loquamini in templo verba vitæ huius.*] Eductis: non ipse educit eos, sed abire permittit, vt & hac ratione appareret quàm sint imperterriti: quod & ostenderunt, nocte ingressi in templum & docentes. Si autẽ emisissent illos custodes, effugissent. siquidem persuasi exiissent: imò si eos illi emisissent, neutiq̃ in templo docuissent, sed fugissent. Hoc autem nullus est tam insipiens, vt non videat. Nõne etiam atq; etiã præcepimus vobis? Si quidẽ illis persuasissetis, bene argueretis. Sed quia & tunc dixerũt, se non obedituros, superfluæ sunt istę obiurgationes. Vide criminum contextum, & magnam insipientiã. Voluntates nunc Iudæorum cædis auidas ostendere volunt, q̃ non propter veritatem hæc faciant, sed vt sese vlciscantur. Propter hoc & apostoli illis non respondent audacter. Doctores enim fuerunt, quamuis quis est, qui si ciuitatem totã reparasset, tãtam habẽs gratiam, non dixisset ac locutus esset magnum quiddam. At illi non fecerunt, neq; enim irascebantur: sed

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

miserabantur illos & lachrymabantur: & considerabant, quomodo illos liberent ab errore & furore & non iam dicunt illis, Vos iudicate, sed affirmant dicentes: *Quem deus suscitauit*,] per hoc manifestantes, quòd iuxta mentem ac sententiam dei hæc facta sint. Non dixerunt autem, nónne diximus vobis etc. tunc: Nos nõ possumus, quæ vidimus & audiuimus non loqui. Non enim erant ambitiosi ac glorioſi. Sed iterum eadem dicunt, crucem ac resurrectionem. Et non dicunt quare crucifixus est, quòd pro nobis: sed insinuant quidem, nondum autem manifestè, iam illos terrere volentes. Dic oro, qualis est hęc rhetorica hoc loco? Nulla. Sic absq; apparatu euangelium vitæ prædicatur. Dicit & ad quid: nempe vt det pœnitentiam & remissionem peccatorum Israeli. At hæc nũc non videntur probabilia, dicunt. Quid dicis? & quomodo nõ sunt probabilia, quibus neq; principes, neq; multitudo contradicere potest? sed ora quidem illorum obturantur, hæc autem docentur. *Ac nos*, inquit, *testes horum verborum sumus*.] Quorum? quòd remissionem ac pœnitentiam promisit. Nam resurrectio quidem erat iam ex confesso. Quòd autem remissionem dat, nos testes sumus, & spiritus sanctus qui nõ adueniſſet, nisi peccatis antè solutis, atq; adeo argumentum hoc dubitatione ac controuersia careret. Remissionem peccatorum audis miser, & quod pœnam non exigit, & vis occidere? Quanta est hæc malitia? Quamuis oportuerat falsa docentes redarguere, etiam si non possent persuaderi. Si autem non voluissent persuaderi, nõ occidere, quid enim opus erat cæde? At illi præ furore, neq; sciebant quid factum. Vide, quomodo hic vt recordati sunt facinoris, de remissione etiam loquuntur: ostendentes facta quidem morte digna, quæ autem dantur, tanquam resipiscentibus data. Quomodo aliter quis persuaderet illis? Num quasi bene egissent diceret? Et vide malignitatem. Sadducæi illis astant, qui maximè de resurrectione dolebant, sed nihil à malitia lucrifecerunt.

At di

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

At dixerit fortasse quis, Et quis homo assequutus tanta bona, quanta apostoli, non esset magnus? Sed videre te velim, quomodo priusquam hanc gratiam consequuti sint, fuerunt simul perseuerantes in oratione, & fisi sunt superno auxilio. Et tu dilecte, speras regnum cœlorum, nihilq; sustines? Et tu spiritum accepisti, sed non talia pateris, neque periclitaris. Illi autem priusquam à prioribus respirarẽt, iterum ad alia ducuntur. Istud autem ipsum, non vana gloria inflari, quantum est bonum? Cum tanta mansuetudine loqui, quantum est lucrum? Non autem omnia gratiæ miraculorum erant, sed etiam studij illorum magnæ coniecturæ. Nam quod in illis, ea quæ gratiæ erant, fulgebant: illorum diligentiæ erat. Itaq; vide statim ab initio, quàm solicitus sit Petrus, quàm sobrius & vigilans: quomodo credentes, pecunias abiiciebant, nihil proprium habebant. In oratione erant, concordiã præ se ferebant, in ieiuniis versabãtur. Hæc quantæ gratiæ, dic oro. Idcirco & per eos facit fieri reprehensionem à ministris illorum, qui etiam sicut apud Christum dicebant missi: Nũquam sic homo loquutus est, sicut hic homo. Annunciauerunt reuersi quæ scilicet viderant. Tu autem consydera hoc loco & illorum æquitatem, quomodo cedunt, & principis sacerdotum fictam mentem. Mansuetè enim hinc illis loquitur, vtpote timẽs, & prohibere magis volebat q̃ occidere, quoniam hoc non poterat, atq; ita omnes monet, etiam extremum illis impendere periculum. *Ioan. 7.*

Vultis, inquit, *inducere super nos sanguinem hominis illius?*] Adhuc homo illis esse videtur. Sic dixit, ostẽdens quòd necessarium illis fuerit præcipere. Sed vide etiam Petrum quid dixerit. *Hunc deus principem & seruatorem exaltauit dextera sua, vt daret pœnitentiã Israeli, & remissionẽ peccatorum.*] Hic nõ meminit gẽtium, vt ne det ansam. *Et volebant*, inquit, *occidere illos.*] Vide iterũ illos in angustia & dolore, istos autẽ in lætitia & voluptate: nõ simpliciter dolebãt, sed dissecabantur. Hoc est profectò male habere, quẽad-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modum & hic videre licet: In vinculis erãt isti, & ſtebantur in iudicio, & qui iudicabant erant anxij, ci
Simile. filiiq; expertes. nam ſicut qui adamantẽ percutit, ipſ ſibi plagã infert, ita & hi. nã videbant non ſolum h rum libertatem nõ impediri, ſed prædicationẽ etia magis augeri, & imperterritos illos etiã non data oc caſione loqui. MORALE.

Imitemur hos dilecti etiam nos, & imperterriti mus in omnibus moleſtiis. Ei enim qui timet deu ſam nihil graue eſt, ſed ſunt grauia his qui nõ timẽ Qui enim per virtutem paſsiones vincit, & res pra ſentes tanq; vmbrã prętercurrit, quomodo ab aliqu patietur malũ? quẽ timebit? vel quid graue putabi Itaq; confugiamus ad petram illam inconcuſſam. S quis nobis ciuitatẽ conſtruxiſſet, & murũ appoſui ſet, imõ ſi ſegregaſſet nos in terram, in qua nullus ob turbat, & omnẽ abundantiã ſuppeditaſſet, non ſinens nos cũ vllo habere negotiũ: non conſtituiſſet nos i tanta ſecuritate, quanta CHRISTVS. Sit igitur, ſi pl cet, ciuitas ænea, murũ vndequaq; habens fortem a inexpugnabilem, nullus illi adhæreat hoſtis, vberem agrum habeat ac pinguem, aſsit etiã aliarum rerum abundantia, ſint etiam ciues manſueti ac amabiles, nullus illic appareat vir malefactor, fur, manticular us, calumniator, forumq; iudicis nullũ, ſed ſolum con tractus pacifici, & hanc habitemus ciuitatem: neq; ſi tamen ſecurè viueretur. Quare? quia neceſſe foret, & ſeruis, & ab vxore & à pueris diſsidere, multiq; mo roris eſſet occaſio. Hic autẽ nihil tale, non enim offe deret etiã quod mœrorem exhibet; ſed hoc mirabile ęp ipſa quæ negociũ videtur exhibere, illa potiſsimũ omnis gaudij & lætitiæ eſſent cauſa. Dic oro, quãob rem illi contriſtandi ſunt, vel ſtomachaturi? Vis aſſe ramus quendam in mediũ? Stet quis ex principibus, magnas poſſideat opes, ciuitatẽ inhabitet regiã, nego ciũ cũ nullo habeat, delicietur ſolũ, & huic rei ſoli va cet, ſedẽs in vertice honorũ, deliciarum, ac diuitiarũ opponat autem illi quis Petrũ in vinculis, & ſexcen tis mo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis moleſtiis ſi placet,& hunc inueniemus multo ma
gis in deliciis.nam quando tanta gaudij abundantia
eſt vt oblectetur in vinculis,cogita quanta ſit gaudij
magnitudo.Sicut ij q in magno ſunt principatu,que
cunq illis grauia accidunt,non ſentiũt,ſed perdurant
in gaudio:ſic ſanè & hi,propter illa ipſa enim magis
gaudebant.neq enim ratione poterit quis cõprehen
dere voluptatem,quantã habent ij qui propter Chri
ſtum graue quiddam patiuntur:nã multo magis gau
dẽt in malis q in bonis.Si quis diligit Chriſtum, ſcit
quid dicam. Iam quid ſecuritatis ne gratia fugituri
ſunt mala? Sed quis dic,oro,innumeras poſſidẽs diui
tias tanta pericula poſſet effugere,cũ tantis gentibus
conuerſans,ſolum propter mutandũ ſtatum publicũ?
Hi autem quaſi ex præcepto regio perficiebant, imò
& multo facilius. Non enim ſic regum præceptũ, vt
illorũ verba,omnia perfecerunt. Regium enim præ
ceptum neceſſario cogit,hi autem voluntarios ac ſpõ
taneos,& maximas gratias habentes. Quale præce-
ptum regiũ,omnes pecunias relinquere, animæ per
ſuaſerit,ac contemnere domum, patriam, cognatos,
& ſalutem ſuam:ſed ſunt piſcatorum ac pellionũ vo
ces tam potentes,atq ita etiam in voluptate erant &
potentiores ac fortiores omnibus.Etiam,inquit,con
cedo quòd illi,quia ſigna faciebant. Qui autem crede
bant,dic oro,quæ ſigna fecerunt,tria milia & quinq
milia,qui & in exultatione magna verſabantur.Me
rito. nam omnium mœrorum fundamentum, diui
tiarum cupiditas exploſa erat.Illa enim et bellorum,
& contentionum, & triſtitiæ ac mœroris, & omni
um malorum cauſa eſt,quæ vitam facit moleſtam &
triſtiorem,illa eſt.Et inueniet quis plures qui mœro
rem habent diuites,quàm pauperes. Si autem non vi
detur quibuſdam ſic eſſe, hoc contingit non quòd ea
ſit rerum natura,ſed quòd talis eſt eorum opinio.Iam
ſi diuites habent aliquid voluptatis, haud mirum
eſt:nam & qui ſcabie pleni ſunt,ſunt in magna volu
ptate. Quod autem & diuites ab illis non differant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& sit illis eiusmodi anima,manifestum inde: contr
stant illos curæ,attamen volunt in illis detīneri pro
pter voluptatem momentaneam. Qui autem ab hu
liberi,in sanitate sunt & extra mœrorem. Vtrum su
uius dic,oro,& vtrum securius? Pro vno,de pane &
vestibus esse solicitum,an pro multis,& seruis,& l
beris qui pro seipsis non sint anxij? Quemadmodu
enim hic pro seipso timet, ita & tu pro his qui à tu
capite pendent. Et quare nam fugienda videtur pa
pertas,inquit? Quoniã hoc multis etiam de aliis vi
tutibus videtur, quæ sanè per se non sunt fugiend
sed propter eũ qui ægrè operatur. Igitur & illa nõ e
fugienda: sed ita videtur ei qui ęgrè amplectitur, ar
adeò si quis illam ferre posset, vtiq; non esset depre
bilis. Quare enim illam apostoli deprecati non sunt
quare multi etiam eligunt illam? Et non solum no
deprecãtur, sed etiam aduolant: nam quod reuera hor
rendum, nequaquam eligibile est, nisi ab insanis. S
autem philosophi qui inter homines sublimiores fu
runt ad hanc venerunt, quasi ad securum prędium &
morbis non obnoxium, neq; mirabile si aliis non vi
deatur. Nam diues quidem nihil aliud mihi esse vid
tur, quàm ciuitas absq; muris in agro sita, & vndiq
insidiantibus exposita. Paupertas verò securum pra
sidiũ, æreis muris, & expugnatu difficile. At dixer
quis, res contrario se habet modo: hi enim sæpe ad tri
bunal trahuntur, hi sunt qui sæpe affliguntur, qui ma
le habẽt. Non pauperes simpliciter, sed pauperes qu
dam qui ditari volunt. Ego autẽ non de illis loquor,
sed de iis quibus studium est in paupertate versari.
Dic enim oro mihi, quare nullus eos qui in monti
bus habitant, trahit ad iudicem, quamuis si illi qui
pauperiores magis trahũtur ad iudicem, hos omniũ
maximè oportebat? Quare autem mendicantes nul
lus trahit ad iudicem? Quare nullus cogi, nullus calũ
niatur? Nónne quia in securiori loco habitãt? Quàm
multis autem infelicissimum videtur esse paupere
& mendicare? Quid igitur? Estne bonũ mendicare?

Bonum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Bonum inquam, si esset qui consolaretur & misere-
retur: si esset suppeditans, vitam sic ociosam & secu-
ram omnes probarent. Ego autem non hoc laudo, ab-
sit: sed ita, vt quis opes non desideret. Dic oro mihi,
vtrum dixeris magis beatum, eum qui virtutis stu-
diosus est, an eum qui procul ab ea est? Certe studio-
sum. Vter igitur studiosus ad cognoscendum aliquid
vtile ac clarum in philosophia, hic an ille? omnibus
manifestum, q; hic. Si autem non credis, disce. Duca-
tur â foro mendicantium aliquis, & ille quidem sit
cæcus, claudus, mancus: alius vero quidã aspectu for-
mosus, corpore robustus, vndequaq; delicatus, pecu-
niis affluens, genere ac potentia clarus: ducamus itaq;
hos in philosophiæ scholam, & videamus vter illo-
rum doctrinæ sit capacior. Sit igitur primum præce-
ptum, humilis sis & mitis: hoc enim Christus præce
pit. Vter horum magis perficiet quod præceptum,
hic an ille? Beati qui lugent: vter magis adhibebit di
cto fidem? Beati humiles: vter magis audiet? beati
mundo corde, beati esurientes ac sitientes iustitiam,
beati persecutionem passi propter iustitiam: vter fa-
cilius hæc amplexabitur? & si vis, adaptemus hos re-
liquis omnibus: nónne ille quidem ardet ac inflatur
vndiq;? Hic autem humiliter sapit, & semper, & per
omnia demissior est? certum quod ita est, id quod &
externus versiculus testatur. Seruus quidem Epicte-
tus, corpore incuruus, paupertate Irus, & amicus im-
mortalium: & ita quidem habet pauper. Diuitis au-
tem anima omnibus est plena malis, arrogantia, vana
gloria, concupiscentiis innumeris, ira & furore, aua-
ritia, iniustitia, & omni alio. Itaque certum quod hęc
ad philosophiam magis idonea, quàm illa. Omnino
quæritis discere, vtrũ magis suaue? Hoc enim à mul-
tis quæri video, an sit ista vita suauior, & nec de hoc
ambigendum: nam qui sanior, idem & suauius degit.
Vter autem dic mihi, ad legem propositam, siquidẽ
eam perficere velimus, magis idoneus? Ipse dico ap-
tiorem pauperem, quàm diuitem. Vter facilius iura-

Mat. 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bit, qui irascitur filiis, an qui cum plurimis habet negotium? Nónne qui pro vno de pane ac vestibus est sollicitus, hic neque iuramentis opus habet si voluerit, sed semper in mansuetudine versatur: imò qui doctus est non iurandum, is etiam facile opes contemnet: & vbique illum videbit quis virtutum sectantem vias, & omnes quæ ferūt ad mansuetudinem, ad opum despicabilitatem, ad pietatem, ad compositionem ac moderantiam animę, ad compunctionem. Nesimus ergo negligētes dilecti, sed iterum omnem adhibeamus diligentiam: & hi quidem qui se correxerint ac bene egerint, vt quod correctū est conseruent, ita vt non facile defluant, & retrorsum abeant: qui autem reliqui adhuc, vt excitentur ad operam dent, ac posthac impleant: & ii quidem qui iam rectè viuunt, eis qui nondū potuerunt quasi in pelago natantibus, manum porrigant in portu, quò non iurent, eosq; suscipiant. Portus enim quidam securus est, non iurare. Portus in quo à ventis impetuosis quis non submergitur. Nam licet ira, licet furor, licet insultus efferuescat, licet quidlibet sit, anima in securitate constituitur, & ita neque eiiciat aliquid eorum quæ non oportet dicta esse. Non enim sibi necessariam putauit legem esse. Vide quid propter iuramentum fecit Herodes, caput præcursoris amputauit: propter iuramentum enim, inquit, ac discumbentes nolebat illam repulsam pati. Quid propter iuramentum passę sunt tribus infestæ tribui Beniamin? Quid propter iuramentum passus est Saul? nam ille quidem adiurauit, Herodes autem etiam homicidium periurio peius commisit. Ita Iesus propter iuramentum Gabaonitis factum, qualia passus est nostis. Satanæ enim laqueus est iurare. disrumpamus igitur funes, & facile nos in posterum custodiemus, liberemur à laqueo satanæ. Timeamus dominicum præceptum, consuetudinem optimam nobis vendicemus, vt progrediētes in via virtutum, & hoc & alia mandata perficiamus, ac assequamur bona promissa iis qui diligunt illum, gratia

Mar. 6.

2. Reg. 21

Iosue. 9.

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, imperiū, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XIIII.

Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, in precio habitus apud totum populum, iussit vt paulisper secederent foras Apostoli.

HIc Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignum admiratione, quòd tanto iudicio valens, ac legis doctor existens, nondum crediderit. Non poterat ille per omnia manere incredulus, & manifestum hoc ex verbis illius, quæ consulendo affert. *Iussit enim*, inquit, *vt Apostoli foras secederent.*] Vide sapientiam & intelligentiam in concione, & quomodo illos statim perterruit, ita vt nulla suspicio esset, quòd eadem cum illis sentiret, quasi ad eos qui eiusdem sententiæ essent loquitur, neque magna vehementia vtitur, sed vt cum viris ebriis furore ita agit, *Viri Israelitæ attendite vobisipsis in hominibus istis quid facturi sitis.*] Ne simpliciter neque ita temere, ait, feramini. *Ante hos enim dies surrexit Theudas, dicens sese esse aliquem, cui adhæsit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebāt ei dissipati sunt, & redacti sunt in nihilum.*] Exemplis illos castigat, & illum qui plures deficere fecerat, posterius ponit. Itaque antequam exempla diceret, inquit, Attendite vobis. Postquam autem ostendit, affirmat, dicens: Et nunc dico vobis absistite ab hominibus istis, & sinite illos. *Post hunc surrexit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit magnum populum post se, & ipse periit, & omnes quicunque paruerant illi dispersi sunt: & nunc dico vobis, abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Quia si fuerit ex hominibus consilium istud, vel opus, dissoluetur: si autem ex Deo est, non potestis dissoluere.*] Quasi diceret, expectate: nam si & hi ex seipsis surrexerunt, nihil prohibebit etiam eos destrui: ne quo pacto etiam cum deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deo pugnare inueniamini. Et sic per impossibile & per inutile auertit illos. Non dixit autem â quo interempti sint, sed simpliciter & occisi sint, fortasse velut obiter rem commemorans. Hoc autem agit hac admonitione: & siquidem humanũ est opus, nullis est vobis opus negotiis: si autem diuinum est, quicquid feceritis, non poteritis vincere. Sic sanè is sermo sapiens visus est: quòd persuasi sunt vt non occiderent illos, sed solum flagellarent. *Persuasi sunt autem ab illo, & accersitos Apostolos flagellarunt, & præceperunt eis, ne loquantur in nomine Iesu, & dimiserũt illos.*] Vide post quanta miracula flagellantur, nihilominus tamen doctrina iterum crescit. Etenim & in domo & in templo docebant. *Et illi quidem gaudentes ibant à facie concilii, quòd digni habiti essent pro nomine Christi contumelia affici. Et quotidie in templo & in singulis domibus non cessabãt docere, & annũciare Iesum Christum.*

CAP. VI. *IN diebus illis numero discipulorũ crescente, ortũ est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ illorum.*] Non in illis omnino dicit diebus, sed quia hæc est consuetudo scripturæ etiam aliquanto pòst gesta, quasi deinceps secuta sint narrare, idcirco sic dixit. Hellenistas autẽ hoc est Græcos, opinor dici qui græcè loquebantur. Hi enĩ greçè loquebãtur, q̃uis Hebreçi essent. Ecce noua tẽtatio, imò & tu vis cõsyderare, videbis & intus & foris bella iã ab initio esse. *Cæterũ duodecim illi cũiussissent adesse multitudinẽ discipulorũ, dixerũt: Nõ est placitum relinquere nos verbũ dei, & ministrare mensis.*] Bene. Ea enim quæ magis necessaria, minus necessariis sunt præferenda. Vide autem quomodo statim et horum curam habeant, & prædicationem non negligant. Quasi autem magis venerabiles illi essent, ideo & præferuntur. *Circumspicite igitur fratres viros ex vobis spectatæ probitatis septem, plenos spiritu & sapientia, quos constituemus in hoc ministerio. Nos verò deprecationi & ministerio verbi incumbemus. Et placuit sermo coram omni populo, & elegerunt Stephanum virum ple-*

num

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum fide ac spiritu sancto.] Vtique & illi pleni fide fue
runt, quos elegerunt, vt ne eadem fierent sicut cum Iu
da, & cum Anania ac Sapphira. *Et Philippum, &*
Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam,
& Nicolaum proselytum Antiochenum, quos statuerunt
coram Apostolis: et cum orassent, imposuerunt eis manus,
& sermo dei crescebat, ac multiplicabatur numerus disci-
pulorum Hierosolymis valde, multaq; turba sacerdotum
obediebat fidei.] Sed videamus iterū quæ dicta sunt.
Viri attendite vobis.] Vide oro, hic Gamalielem
quomodo cum mansuetudine loquitur, & non dicit
antiquas historias, quamuis haberet multas, sed recē-
tiores, quæ ad confirmandam fidem dictorum pluri-
mum momenti habebant. Ideo & cum occultatione
insinuat dicens, *Nam ante hos dies.*] Quasi mani-
festans quòd non ante multos dies. Itaque siquidem
statim dixisset, *Dimitte viros.*] & ipse visus esset
suspectus, & sermo eius nō fuisset tam validus, cum
exemplis autem suum robur accepit. Propter hoc nō
vnius meminit, sed etiam alterius, quamuis & terti-
um potuisset dicere ex abundantia, & se bene dicere
ostendens, et illos abducens â voluntate sanguinaria.
Abstinite ab hominibus.] Vide quàm mansuetis
moribus, & neque longum sermonem, sed breuem
facit, neque illorum cum furore meminit. *Et quot-*
quot paruerunt illi, dispersi sunt.] Hoc dicens, nihil in
Christum blasphemat, sed quod vult maxime effi-
cit. *Si fuerit*, inquit, *ex hominibus, dissipabitur.*] Hic
& illos videtur hortari, vt ratiocinentur ac colligāt.
Igitur quia non dissipatum est, non est humanum.
Ne quo pacto et cum deo pugnare inueniamini. Hoc
dixit, impossibili & inutili illos compescens. *Si au-*
tem ex deo est, non poteritis.] Nō dixit, Si fuerit Chri
stus deus: opus enim hoc declarabat: neque asseruit
quòd non humanum, nec quòd non diuinum, sed fu-
turo tempori fidem permisit, ita vt persuadeat. At di-
cet aliquis, Si persuasit, quare flagellarunt? Non po-
tuerunt non videre quàm indubitata iustitia, nihilo-
minus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minus tamen furorem ſuum impleuerunt. Et alio quin iterum hac ratione territuros ſe expectarunt. Gamaliel autem Apoſtolis abſentibus magis moue bat: & ſermonum ſuauitate ac dictorum æquitate perſuaſit, tantum non prædicans & ipſe euangelium, imò quaſi iuſtam ſententiam contra illos proferens: Credite quòd non poteritis diſſipare. Quare non cre didiſtis? Tanta vis prædicationis, vt & ab inimicis teſtimonium habeat. Illic quadringenti ſurrexerant, & poſthac iuſta multitudo. Hic duodecim erant primi. Ne igitur vos terreat multitudo quæ acceſ ſit. Si enim fuerit ex hominibus opus hoc, diſſolue tur. Poterat & alium Ægyptium dicere, ſed ſuper flua fuiſſet mentio eius. Vidiſti quomodo terrore ſer monem concluſit? Ideo & non affirmat ſimpliciter, vt ne videatur pro illis dicere, ſed ab euentu rei ra tiocinatur. Non auſus eſt autem affirmare, quòd non humanum eſſet, neque ex deo. Quoniam ſi dixiſſet, quòd ex deo, contradixiſſet vtique. Si autem ex ho minibus, iam iterum propenſi fuiſſent facti ad inſur gendum: ea propter iuſſit vt illi finem expectarent, dicens: Abſtinete. Illi autem minantur iterum, ſci entes quidem quòd nihil efficiunt, facientes autem quod poterant. Talis enim res eſt malitia: impoſ ſibilia ſæpe attentat. *Poſt hunc autem ſurrexit Iu das.*] Hæc ſi Ioſephi hiſtorias inſpexeritis, diſcetis euidentius: nam ille horum hiſtoriam conſcribens, diligenter narrat. Vidiſti quale auſus eſt dicere, quòd ex deo: quando poſtea à rebus fidem accepit? Re vera magna fiducia, & à perſonarum reſpectu pluri mum alienus animus. Perſuaſi autem ſunt ab eo, & accerſitos Apoſtolos flagellarunt, ac dimiſerunt eos. Reueriti ſunt gloriam viri, ideo & deſtiterunt ne occiderent Apoſtolos: flagellatos autem ſolum dimiſerunt. Itaque illi profecti ſunt gaudentes à fa cie concilii, quòd pro nomine Chriſti digni habiti ſint, qui contumeliam paterentur. Quibus ſignis hoc non magis admirabile eſt? Nuſquam hoc apud

vete

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veteres contigit, quia & Hieremias flagellatus est propter verbum domini, & Heliæ ac aliis minati sunt. Sed hîc etiam ab hoc, & non â solis signis virtutem dei declararunt. Non dixit, quôd non dolebant, sed quòd dolentes gaudebant. Vnde manifestum? ex libertate dicendi, quæ post flagella sequebatur. Quocirca id manifestans, *In templo*, inquit, *ac singulis domibus non cessabant docere ac annunciare Iesum Christum. In diebus autem illis.*] Quibus illis? Quando hæc fiebant, quando flagella, quando minæ, quando multiplicabantur discipuli. *Tunc ortum est murmur.*] Hoc fortassis ob multitudinem euenit. Non enim possunt omnia in multitudine tam exactè fieri. *Et magna turba sacerdotum obediuit fidei.*] Quia multi ex his credunt, à quibus Christo mors intentata. *Ortum est*, inquit, *murmur, quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ ipsorum.*] Itaque quotidie administrabant viduæ. Et vide quomodo & hic ministerium vocat, & non statim eleemosynam: ne & hos qui darent, & eos qui acciperent, extolleret. Hoc non erat malitiæ, sed multitudinis forsan ignauia. Propter hoc proposuit etiã istud. Nõ paruum enim malum erat, vnde opus vt statim corrigeretur. Vides quomodo principio etiam mala erant, non foris tantum, sed etiam intus? Tu autem nõ solum hoc attendas quod corrigitur, sed etiam quòd magnum malum fuerit. *Circumspicite igitur fratres, viros ex vobis septem.*] Nõ propria sententia faciunt, sed prius rationem reddunt multitudini. Sic & nũc fieri oportebat. *Non est placitum*, inquit, *vt relicto verbo dei ministremus mensæ.*] Principio absurdum ponit, ostendens ꝙ non possit vtrunq; fieri accurate: quoniam & quando Matthiam ordinaturi erãt, primum rei ostendunt necessitatem, eo quòd vnus defecerat, & oportebat fieri duodecim. Etiam hic vtilitatem ostendunt, sed hoc non fecerunt in principio, sed expectarunt vsque dum oriretur murmur, neque etiam expectauerunt vt hoc supra modum fieret. Vide ꝙ iudi-

cium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cium ipsis permiserunt, & præferunt eos qui omnibus placent, et ab omnibus testimonium habent. Itaque cum Matthias præferendus esset, Oportet, dicebant, vt ex his viris qui fuerunt nobiscum omni tempore. hic autem nō sic. Non enim erat tale negotium. Ideo & hoc nō permiserunt forti, neque cùm possent ipsi spiritu moti eligere, hoc faciunt: sed magis statuunt quod multorum testimoniis approbabatur. Nam definire numerū, & ordinare, & in talem vsum, hoc sibi vendicant. Eligere autem viros illis permittunt, vt ne videātur ipsi in gratiam quorundam agere. Quoniam & Deus Mosi permittit eligere viros quos ipse sciebat. Etenim sapientia multa opus est in huiusce modi dispensationibus. neq; enim est existimandum, quoniam non committitur eis verbi prædicatio, ideo non opus esse talibus sapientia. Magna enim indigent. *Nos autem*, inquit, *orationi & ministerio verbi incumbemus.*] Et incipiendo, & finiendo rationem reddunt. *Incumbemus*, inquit.] Sic enim oportebat non simpliciter, neque leui opera, sed cum perseuerantia incumbere. *Et placuit*, inquit, *sermo coram omni populo.*] Et hoc illorum sapientiæ congruebat. Omnes dictum laudabant, & sic sapientia declarabatur. *Elegerunt*, inquit.] Iterum illi eligunt. *Stephanum virum plenum fide ac spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum, quos statuerunt coram Apostolis, et quum orassent, imposuerunt illis manus.*] Ex hoc manifestum, quòd segregauerunt illos à multitudine. Et illi trahunt, nō Apostoli ducunt. Vide quomodo conscriptor non est superfluus. Non enim dicit, quomodo: sed simpliciter quòd ordinati sunt per preces. Hoc enim est χειροτονία, id est ordinatio. Manus viro superponitur, totum autem Deus operatur: & illius est manus, quæ eius qui ordinatur, caput contingit, si quemadmodum oportet, ordinatur. *Et sermo*, inquit, *dei creuit, & multiplicatus est numerus discipulorum.*] Non simpliciter

Num.16

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pliciter hoc dixit, sed vt ostendat, quanta sit vis elee-
mosynæ ac ordinis bene instituti. Et quoniam narra-
turus est postea de Stephano, ideo & causas illorum
præmittit. *Et multi*, inquit, *sacerdotes obediebant fi-
dei.*] Quoniam enim videbant principem ac docto-
rem hæc affirmasse, ex operibus iam periculum fa-
ciebant. Et admiratione dignum est, quòd populus
nõ scindebatur in electione virorum, quomodò Apo
stoli ab illis non reprobati sunt. Quantam autem di-
gnitatem habuerunt hi, & qualem acceperunt ordi-
nationem, necessarium erit discere. Numquid eam
quę est diaconorum? Atqui hoc in ecclesiis non est,
sed presbyterorum est hæc dispensatio, tametsi nul-
lus adhuc esset episcopus, sed Apostoli soli: vnde ne-
que diaconorum, neque presbyterorum nomen extare opinor clarum ac manifestum: sed tunc in hoc fue-
runt ordinati. Et non frigide ac simpliciter potestas
eis concredita, sed apprecabãtur, vt fieret illis hæc po
testas. Vide autem oro, si septem viris in hoc opus
erat: tantæ fortassis affluebant opes, totq; viduarum
erat multitudo. Itaque non simpliciter preces fiebant,
sed cum multa attentione: & hoc fiebat, sicut prædi-
catio: plura enim illis perficiebant. Sic ad spiritualia
ista adnumerabantur, sic & ad profectiones mitte-
bantur, sic & hi sermonem in manus acceperunt. Et
nihil dicit ad extollendum illos, sed quòd non placi-
tum, opus datum relinquere. Ita erant à Mose erudi-
ti, ne omnia tractent. Propter hoc & Paulus inquit,
Tantum vt memores pauperum essemus. Disce au- *Gal. 2.*
tem quomodo pręerant: Ieiunabant, intenti erant pre
cibus. Hoc etiam nunc fieri oportebat. Non autem
simpliciter spirituales, sed spiritu & philosophia ple
nos dixit, ostendens quòd magna mansuetudine fere-
bant accusationem viduarum. Quæ enim vtilitas,
quando non per furtum, sed nihilominus cuncta pe-
reunt, si dispensator vel temerarius sit vel exacerbe-
tur? Etenim hoc nomine etiam Philippus admira-
bilis erat. De illo enim dicit, Et ingressi in domum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Philippi euãgeliſtæ, qui vnus erat ex ſeptem, manſi-
mus apud illum. Vides nihil humano more diſpen-
ri. *Et creſcebat numerus diſcipulorum in Hieruſalem.*
In Hieroſolymis creſcebat multitudo. Mirabile, ib
occiſus eſt Chriſtus, & illic creuit prædicatio, & non
ſolum non ſunt offenſi quidam ex diſcipulis, viden
tes Apoſtolos quidem flagellari, alios autem fugari,
alios ſpiritum tentare, alios obmurmurare, ſed & fi
credentium numerus augebatur, ita emendabantur
ex eo quod Ananiæ acciderat, & maior timor illis
fiebat. Vide autem oro, quomodo creuerit multitu-
do: poſt tentationes demum creuit, non antea. Conſi-
dera autem, quanta & benignitas dei, ex illis enim
principibus ſacerdotum, qui ad cædem turbam exa-
Mat.27. perarant, qui talia clamarant, & dixerãt, Alios ſaluos
fecit, ſeipſum ſaluum facere nequit: ex his multi, in-
quit, obediebant fidei.

MORALE.

Illius igitur & nos fiamus imitatores. Suſcepit
illos, & emiſit. Ita & nos, inimicos qui innumera
nobis mala fecerunt, beneficiis afficiamus: ſiqui-
dem habere volumus bona, illis exhibeamus, ne be-
nefaciendo prætereamus. Si enim malis ferendis ex-
plendus eſt illorum furor, multo magis beneficentia.
Hoc enim illo non eſt minus. Non eſt enim idem
benefacere inimico, & maiora voluiſſe pati, vel vel-
le: ab hoc etiam ad illa veniemus. Hæc dignitas eſt
diſcipulorum Chriſti. Crucifixerant illum, qui ad
benefaciendum illis venerat, diſcipulos illius flage-
larant, & poſtea in eundem cum diſcipulis honorem
ducit, & ſimiliter ſua illis communicauit. Imitato-
res fiamus oro Chriſti. In hoc decet imitari illum.
Hoc æqualem facit deo. Hoc plus eſt quàm huma-
num. Vacemus eleemoſynæ. Hæc pædagoga &
magiſtra illius philoſophiæ eſt. Qui didicit miſere-
ri calamitoſi, diſcet etiam non reminiſci malorum
ſibi irrogatorum, ac inimicis benefacere poterit.
Diſcamus proximorum malis flecti, & compati, &

diſce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

discemus etiam iliorum mala ferre. Ipsum interrogemus, qui nos affecit iniuria, an non condemnet seipsum, an non velit resipiscere, an non totum esse dicat iræ vel pusillanimitatis vel miseriæ, an non malit contumeliam ferre silentio, quàm per furorem inferre aliis, an non admiretur tuam patientiam. Ne putes, quòd hoc contemptibiles facit. Contumelia afficere non tam venerabiles facit, atque contumelias ferre. Ille enim est contumeliosus, hic vero philosophus: & ille quidem homine peior, hic vero angelis par. Licet enim cesserit ei qui contumeliam fecit: attamen si voluisset, potuisset vlcisci. Et alioquin ab omnibus misericordiam consequetur hic, ille vero exosus erit. Quid igitur? Nónne hinc etiam ille multo melior erit? illum enim vt insanientem, hunc vero vt prudentem obseruabunt omnes. Quando igitur cogeris, vt aliquem crimineris, dic: Non possum illi malè dicere. Timeo enim, ne fortè non sit talis: maxime quidem in mente ne dicas, sed neque alteri, ne in hoc cũ deo pugnes. Si videris vituperari quendam, adiuua. Dic passionis non viri verba sunt, dic iræ non amici, insaniæ non animæ. Hæc cogitemus de vno quoque peccato. Ne expectes accendi ignem, sed antea comprime, ne exacerbes bestiam, sed neque exacerbari sinas: non enim poteris illum compescere si flamma accendatur. Quid enim dixit, Insipiens & stulte? Vtri igitur verè imputatur, dicenti ne an audienti? nam ille quidem licet valde sapiens, in stulti existimatione erit: hic etiam licet insipiens, sapiens ac philosophus habebitur. Vter insipiens dic oro, is ne qui alteri dicit ea quæ non sunt, an is qui neque sic mouetur: nam si sapientię est, etiam si mouearis non moueri, magnæ vtique insipientiæ est, si non mouearis plagis affici. non dico, quis locus pœnæ repositus sit his, qui talia opprobrant & maledicunt. Sed cur? ignobilem & ex ignobilibus, & vilem ac ex vilibus dixit? Iterum in seipsum conuertit opprobrium. nam ille quidem venerabilis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

apparet ac reuerendus: hic vero vilis. Talia enim te
quam opprobrium proferre, generis vilitatem i
quam, animi est revera pusilli. Qui autem magnus
admirabilis erit, vtpote qui nihil tale sentit, sic affi
citur quasi audiuisset, quòd haberet aliquid aliud pr
cellens. At adulteriũ ac alia dicet? Hic & ridere opo
tebat. Quando enim lacessitur qui non est conscius
nõ habet locum ira. Cogitantes autem & quæ in me
dium producat verba, neque sic oportet dolere: s
quod postea vnusquisq; discere poterit, hoc iam reu
lauit. Deinde omnibus se fide indignum exhibu
vtpote nesciẽs proximorum mala tegere, & seipsu
magis confudit quàm alium, et omnem portum sib
ipsi obstruxit, pœnasq; graues asciuit futuri iudici
Non enim hunc auersantur omnes, vt illum qui te
genda reuelat. Tu autem ne dixeris ea quæ nosti, se
sile, si vis bonum nomẽ habere. non solum enim sub
uertes quæ dicta sunt, ac teges, sed etiam aliud faci
bonum. Nõ enim iam facies contra teipsum ferri sen
tentiam. Iam quispiam tibi maledicit? dic tu, Si om
nia nosset, non hæc sola dixisset. Admirati estis cum
stupore quod dixi, atqui imitari oportet. Ideo enim
omnia hæc quæ ab exteris dicta sunt diximus, non q
non habeamus innumera talia in scripturis, sed quò
magis hi possunt confundere: quoniam & scriptur
Mat.5. nouit ad confusionem loqui, sicut quãdo dicit, Nón
Hiere.35. ne & Ethnici hoc faciunt? Propheta autem Hierem
ãs filios Rechab in medium adduxit, paternum man
datum præuaricari nequaquam volentes. Maledice
Num.12. bat maria Mosen, & ab illa statim expetiit pœnam
neque concessit tanto tempore quanto disci potera
iniustum esse. At nos non sic, sed hoc maxime volu
mus omnes discere, quòd non absque pœna abiit.
Quandiu terrena sapiemus? non potest ex vna solum
parte constare bellum. Lacesse insanientes ex vtra
que parte, exacerbabis: siue á dextra aut siniſtra, ex
tinxisti furorem. Qui verberat, siquidem habuerit
eum qui nõ patitur, magis extollitur. Si autem patien

tem,

tem, magis destruitur, & in ipsum plaga conuertitur. Non enim sic subuertit antagonistæ vim homo certaminum peritus, sicut homo qui iniuria afficitur, & non vicissim contumelias infert: Confusus enim ille deinde abit & condemnatus, primum à conscientia, deinde ab omnibus qui vident. Et prouerbium quoddam est, Qui honorat, seipsum honorat: ita etiam qui contumelia afficit, seipsum contumelia afficit. Nullus nos poterit iniuria afficere, iterum dico, nisi nosmetipsos: neque pauperem me quis faciet, nisi ego meipsum. Age consyderemus: Sit mihi animus pauper, & omnes in me pecunias erogent, quid inde? donec ille non mutetur, omnia in vanum sunt. Sit mihi animus magnus, & cuncti accipiant pecunias meas, quid inde? donec illum feceris pauperem, nullum certe damnum. Sit mihi vita impura, & omnes contraria dicant de me: quid tum? licet dicant, sed non etiam in mente suffragiis confirmant. Iterum sit mihi vita munda, & omnes contraria dicant, quid inde? Num in conscientia sua condemnant? Nō enim persuasi dicunt. Nam quemadmodum non oportet celebritati credere, ita neque accusationi. Et quid dico hæc? nullus nobis insidiari vnquam poterit, neque accusatione vlla circundare si voluerimus. Consyderemus autem & sic, Trahat quis ad forum ac calumnietur, si vis etiam animam auferat. Et quid hoc si paulisper præter dignitatem hæc feras? hoccine istud malum est, quod præter meritum pateris? an tu malles pro merito? Dicam aliquid iterum. Philosophus quidam externus vbi audiuit quòd quidã mortuus est, & quidam discipulorum dixit illi, Væ mihi quia iniustè: ille conuersus, sed quid dicebat, Iustè ne voluisses? Quid Ioannes, nónne iniustè mortuus est? Cui igitur magis misereris, ei ne qui iustè mortuus, an ei qui iniustè? nónne hunc quidem miserum dicis, illum autem & admiraris? Quî igitur iniuria affectus est homo, quum ab illa morte non solum magnum lucrum faciat, sed & nihil lædatur: nam si quidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem eximmortali feciſſet mortalem, fortaſſis detri mentum eſſet. Si autem mortalem & in hac natura paulopoſt moriturum, accelerat, vt cum gloria mor tem amplectatur, quid damni? Sit nobis anima bene compoſita, & nullum forinſecus erit damnū. Sed non es in gloria? quid tum? nam quod eſt in pecuniis, hoc etiam eſt in gloria. Si enim fuero magnificus, nihilo opus erit. Si autem vanæ gloriæ cupidus, quò plus continget, hoc plus deſiderabo; tunc autem maxime clarus ero, & maiore gloria fruar, ſi contempſero glo riam. Hæc igitur ſcientes & gratiã habeamus Chri ſto deo, qui talem vitam nobis largitus eſt, & ambi mus illum in gloriam illius: Quia ipſum decet gloria cum patre & ſancto illius ſpiritu, in ſecula ſeculo rum, Amen.

HOMILIA XV.

Stephanus autem plenus fide et virtute, faciebat prodigia & ſigna magna in populo.

VIde, quomodo etiam in illis ſeptem vnus cæ teris præferebatur, & prima tum habebat. Nam quamuis communis omnium ordina tio, attamen ille maiorem ſibi conciliarat gra tiam. Ante illud tempus nullum fecerat ſignum, ſed vbi manifeſtatus eſt, vt oſtendatur non ſufficere ſo lam gratiam, ſed opus etiam ordinatione, vt ſpiritus ſancti augmentum fiat. Quòd ſi & ante pleni ſpiritu, at id à lauacro. *Surrexerunt autem quidam ex ſyna goga.*] Iterum vocat ſurrectionem, illorum exace bationem et iram. Vide & hoc in loco magnam mul titudinem, imò aliam accuſationis figurã. Nam poſ quam Gamaliel illos prohibuerat, ne quid contra il los attentent, aliam accuſationem inducunt. Surrexe runt autem quidam eorum ex ſynagoga quæ dicebā tur Libertinorum, & Cyrenæorum, & Alexandrino rum, et eorum qui à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano, & non potuerunt reſiſtere ſapientiæ & ſpi ritui quo loquebatur: tunc ſubornarunt viros, dicen tes: audiuimus illum loquentem blaſphema verba

cõtra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contra Moſen ac deum. Vt accuſationem inſtituant, contra deum inquit, & contra Moſen loquitur. Idcirco & diſputabant, vt cogerent illum dicere aliquid. At ille poſtea apertius loquutus eſt. Et forſan ſolum dicebat quieſcere legem, vel non dicebat quidem, ſed inſinuabat: quoniam ſi dixiſſet manifeſtè non opus fuiſſet viris ſubornatis, nec etiam falſis teſtibus. Varię autem ſynagogæ erant, Libertinorum, & Cyrenenſium. Sed Cyrenenſes quidem vltra Alexandrinos ſiti ſunt, qui & illic pro conſuetudine quæ tunc erat, habebant ſynagogas: fortaſſis autem & illic manſerunt, ne cogerentur continuo migrare. Libertini autem, qui à Romanis libertate donati erant, ſic appellabantur. Porrò quemadmodum illic morabantur hoſpites multi, ita & ſynagogas habebant multas, in quibus oportebat & legem legi, & preces fieri. Tu autem conſydera velim quomodo & hic, dum cogitur, docere attentat, & illi iterum per ſigna in inuidiam non ſolum mouentur, ſed quoniam & legis cognitione ſuperior erat, illisq; intolerabilis, falſos quoque teſtes conſtituunt. Non volunt enim ſimpliciter occidere, ſed & cum ſuffragio, vt & gloriam ipſorum infament, & illis relictis ſic ad alios veniãt, hac ratione perterrentes etiam illos. Qui etiam non dixerunt, quòd loquatur, ſed quòd non ceſſat loqui, aucta ſic quoque accuſatione. *Commouerunt-que presbyteros & ſcribas, atque inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, ſtatuerunt que falſos teſtes, dicentes: Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema contra locum ſanctum hunc & legem.*] Non ceſſat, inquiunt, quaſi ille in hoc ſolum operam collocet. *Audiuimus enim eum dicentem, Ieſus Nazarenus iſte demolietur locum hunc, & mutabit mores quos tradidit nobis Moſes.*] Ieſus, inquit, Nazarenus magno cum contemptu, domolietur locum hunc, & mutabit mores. Hoc etiã Chriſtum accuſantes dicebant: Qui deſtruis templum dei. Multa enim illis erat reuerentia erga templum, vtpote & iuxta

Libertini vnde dicti.

Mat. 27.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illud habitare volentibus, & erga nomen Mosis. Et vide quomodo duplex accusatio. Demolietur, inquit, locum, & mutabit mores. Non solum autem duplex, sed & amara, & plena periculis. *Et intuentes illum omnes qui erant in concilio, viderunt faciem illius, quasi faciem angeli.*] Sic possunt & qui in minore gradu sunt claresce re. Nam quid, oro, hic minus habebat Apostolis? nónne signa operatus est? nónne magnam dicendi libertatem præ se tulit? Viderunt faciem illius, quasi faciem angeli inquit. Hoc igitur erat gratia, hoc & Mosis gloria erat. Videtur autem mihi Deus concionaturo illi addidisse tantam gratiam, vt statim aspectu terruerit illos. Possunt enim facies & spirituali gratia plenæ esse, & desiderantibus desiderabiles, & odio habentibus reuerendæ ac terribiles. Vel hoc dixit vt causam, propter quam passi sunt illum concionari. *Dixit autem Princeps sacerdotum: Num hæc ita se habent?*] Vides quomodo cũ mansuetudine rogat, atque sine molestia. Ea propter & ille benignis verbis incipit: *Viri fratres & patres, audite, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran.*] Statim ab initio opinionem illorum tollit, & per ea quæ dicit, absque suspicione, instruit nihil esse quodammodo templum illud et instituta, nec oppressuros illos prædicationẽ, deumq; semper omnia facere, nullo egentem̃ instrumento. Vide itaq; in his pulchrè contexi concionẽ, & demonstrari, q; qui fruantur magna misericordia, diuersis deum retalient, & alioqui impossibilia attentent. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, & dixit ad illum: Egredere de terra tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et templum nondum erat, & sacrificium nondum erat, & dei conspectum assequutus fuit Abraham, licet etiam progenitores haberet Persas, & in aliena terra esset. Et quare in principio vocat deum, gloriæ deum? Quoniam ignobiles glorioſos fecit, & vt doceat, quòd si illos glorificauit, multo magis ipsos.

CAP. VII.

Gen. 12.

Vides

Vides quomodo illos à corporalibus abducit, & à lo-
co primum, quoniam de loco sermo erat. Si gloriæ
deus, manifestum quod non opus habet nostra glo-
ria, neq; ea quæ est per tẽplum. Ipse enim est fons glo-
riæ: ne igitur putetis hac ratione ipsum glorificari. &
quomodo, inquit, scriptura hoc non dicit de patre
Abrahamis Quia non est multiloqua in his quæ non
multum necessaria. Hoc solum nos docuit, quòd vi-
dens abire filium, ierit cum eo: Quod autem amplius
non enarrauit, eo quòd mortuus est non multo po-
steaquã habitauit in Charris. Exi à cognatione tua.
Hic ostendit quòd non sunt ipsi filij Abrahæ. Quo-
modo? quia ille credulus erat: ipsi autem increduli.
Idq; magis discimus ex his quæ faciebat, quòd ille
quidem labores sustinuerit, ipsi verò fructus metãt,
& quòd omnes progenitores fuerint in variorũ ma-
lorum tolerantia. *Et egressus ex terra Chaldæorum ha-*
bitauit in Charran, & illic postquam mortuus est pater
suus, fecit habitare illum in terra hac, in qua vos nunc ha-
bitatis. Et non dedit illi hæreditatem in illa, neque vesti-
gium pedis.] Vide quomodo illos à terra abducit.
Non enim dixit, Dabit: sed, nõ dedit, manifestans q̃
omnia ab illo, & nihil ab ipsis. Venit enim relicta co
gnatione ac patria. Quare igitur non dedit? quia figu-
ra erat alterius terræ, & promisit se eam daturum illi.
Vides quòd non simpliciter iterum sermonem resu-
mit. Non dedit, inquit, illi, & promisit etiam semini
illius post eum, quum non esset illi filius. Iterum po-
tentia dei hinc ostenditur, & quòd absq; omni admi-
niculo omnia facere queat. Eum enim qui in Persi-
erat, ac tantũ aberat, dixit se Palæstinæ dominum fa-
cturum. Sed iterum videamus quæ dicta: *Et intu-*
entes eum omnes, inquit, *videbant faciem illius quasi fa-*
ciem angeli.] Vnde in Stephano gratia illa florebat?
nunquid à fide? manifestum quòd supra testimonium
accepit, quia fide plenus erat. Fieri autem potest, vt fi
dem quis habeat absque sanationum gratia. Nã alij
quidem data est gratia sanationum: alij verò sermo 1. Cor. 12

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſapientiæ. Hic autem mihi videtur inſinuare illum fuiſſe facie amabilem, dicẽdo: viderunt faciem illius quaſi faciem angeli, quod & de Barnaba teſtificãtur. Vnde ſcimus ſimplices & innocẽtes in admiratione eſſe, maxime ſi tam gratioſo vultu ſint. *Tunc ſubornarunt viros dicentes: Audiuimus illum dicentem verba blaſphema.*] De apoſtolis quidem dicebant, q̃ reſurrectionẽ annunciarint, & q̃ multa turba affluat. Hic autem, quòd & ſanabantur. O inſipientiam, pro quibus oportebat gratias agere, pro his redarguebãtur, & iis qui re ipſa prævalebant, prevalituros ſe verbis confidebant. Id quod & Chriſto faciebant, & ſemper ad ſermones illos ſe conuertebant. Erubeſcebant enim ita ſimpliciter illos rapere, nihil habentes quod obiicerent. Et vide quomodo neq; illi teſtificantur, qui iudicabant: reprehẽſi enim fuiſſent, ſed ſimpliciter alios conducunt, vt ne videãtur vi agere. Id quod etiam Chriſto feciſſe eos quis viderit. Vidiſti prædicationis vim, & quomodo dum flagellantur, & lapidãtur prævalet, atq; etiam dum ad tribunal ducũtur, & vndique fugantur? Hinc & falſis teſtibus non ſolum prævalent, ſed neq; hi obſiſtere valebãt, quamuis valde impudentes: ſic illos violẽter capit, idq; cum multa non perſuaſibilia & inconuenientia ſicut & contra Chriſtum afferrent, nihil omittentes quod ad mortẽ illius faciebat, vt omnibus manifeſtum fieret non eſſe humanũ bellum, ſed dei cum hominibus. Conſidera autem & quid dicant hi qui ſtatuebant falſos teſtes, hi qui ſanguinaria mente illum in concilium rapuerant. *Audiuimus illum dicentem verba blaſphema contra Moſen ac deum.*] O impudentes, opera facitis blaſphema contra deum, & non curatis, & Moſis curam vobis eſſe ſimulatis? Idcirco obiiciunt Moſen, quia deum non valde curãt, ſemper autem Moſi meminerũt: Moſes dicentes ille qui eduxit nos, mobile vulgus iritãtes. Iam q̃modo homo blaſphemus vinceret? quomodo autem & ſic blaſphemus ſigna faceret talia in populo? At tanta rés eſt inuidia, ſtultos efficiens.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

efficiens captos, vt neq; contueantur quæ vident. Audiuimus illum, inquit, loquentem verba blasphema contra Mosen ac deum, & iterum, Hic homo non cessat loqui contra locum sanctum & legem, adiicientes: Quæ tradidit nobis Moses. Non iam dicũt deus. Vides quomodo illum ob euersam rem publicam impietatis accusant? Quòd autem nõ potuerit ille talia loqui, nec fuerit tam audax, omnibus est manifestum: tam mitis erat, atque adeò in facie cernebatur. Igitur vbi quidem non calumniabantur, nihil tale inquit scriptura. Quoniam autem totum hoc loco calumnia est, meritò illam corrigit deus, atq; adeò ipso aspectu. Itaq; apostoli non patiebantur calumniam, sed prohibebantur: hic autem & calumniam fert, propter hoc & ante omnia facies ipsa defendit ac excusat. Fortasis & pontificem terruerat. Vt autem dixit, quòd promiserat, ostendit promissionem ante locum factam, ante circũcisionem, ante sacrificium, ante templum, & quòd hi vt par fuisset, non acceperãt, neque circunciſionem, neque legem: sed terra obedientiæ solius merces erat, sed neque circuncisione data promissio impletur. Et quòd figura fuerit, etiam patriam relinquere ac cognationem, deo iubente. Illa enim patria quoquò duxerit deus, & hæreditatem hic non accepit. Et quòd si quis diligenter inquirat, Persæ sunt Iudæi. Et hîc disce, quòd absque signis obedire oportet deo, licet grauia quædam contingant. Quoniam & patriarcha etiam relicto sepulchro paterno, ac omnibus obtemperauit deo. Si autem illius pater non fuit ei socius profectionis in Palæstinam, eo quòd infidelis erat, multo magis pueri non erunt socij ac participes, licet magnam partem viæ eant, si patris virtutem non fuerint imitati.

Et promisit vt illam daret illi ac semini eius, inquit, *post illum.*] Magna etiam hic dei misericordia ostenditur, ac Abrahæ fides, quòd obedit quum non esset illi filius. Hoc ostendit obedientiam ac fidem. Quãuis ea quę facta diuersum monstrabant, vt puta, quòd *Gen.12.15.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd postquam venissent, non habuit vestigium pe-
dis: id sanè fidei contrarium erat.

MORALE.

Hæc consyderantes etiam nos, quæ scilicet promi-
serit deus, recipiamus etiam si aduersa fuerint ea quę
sunt. quamuis nobis non sunt aduersa, sed valde con-
grua. Nam ibi quidem, cum fierent promissiones, &
contraria eueniunt, revera sunt aduersa: apud nos au-
tem secus est: nam hic quidem afflictionẽ dixit, illic
verò refrigerium. Quur confundimus tempora, quur
quæ sursum sunt, infrà facimus? Tribularis dic oro,
quia in paupertate agis, & turbaris propterea? ne tur-
beris, turbatione enim dignum foret, si illic tribulan-
dus esses. Hæc enim tribulatio refrigerij causa est.
Ioan. 11 Infirmitas ista, inquit, non est ad mortem. Illa tribula-
tio pœna, hæc disciplina & correctio. Certamen est
in præsenti tempore, vnde & opus est pugillatione,
bellum est ac prælium. nullus in prælio quærat delia-
cias, nullus pro diuitiis sollicitus sit, pro vxore nul-
lus curam gerat, sed vnus vnum solum videat, vt ini-
micos vincat. Hoc & nos faciamus, & si vicerimus
& redierimus cũ triumpho, omnia nobis dabit deus.
Hoc solum nobis curæ sit, quomodo vincamus dia-
bolum, imò non nostri studij opus est, sed diuinæ gra-
tiæ totum est. Vnum nobis curæ sit, quomodo conci-
liemus nobis illius gratiam, vt trahamus ad nos fa-
Rom. 8. uorem illum. Si deus pro nobis, quis contra nos? in-
quit. vnum solum nobis curę sit, quomodo hîc nobis
non efficiatur inimicus, vt nos non auersetur. Non
tribulari malum, sed peccare malum est: id fuerit gra-
ue, etiam si in deliciis fueris, non dico in futuro, sed
etiam in præsenti. Quomodo enim putas conscięntias
nostras morderi? An hoc non quouis tormẽto fuerit
peius? Vellem diligenter interrogare eos qui in ma-
lis viuunt, nunquam ne si in mẽtem veniant illis sua
peccata, tremant, formident, doleant, & beatos dicãt
ieiunantes in montibus, & philosophiæ deditos: vis
refrigerium inuenire illic? fer hic tribulationem pro-

pter

pter Christum, nihil huic refrigerio par, gaudebant apostoli dum flagellarentur. Paulus hoc admonet dicens: Gaudete in domino. & quomodo potest quis gaudere, vbi vincula, vbi tormenta, vbi tribunalia? Maximè in hoc gauderi potest. Quomodo autem, dicce. Qui nihil sibiipsi conscius est, plurimum lætabitur. Ita vt quò maiorem dixeris tribulationem, hoc maiorem dicas voluptatem. Dic obsecro mihi, miles qui plurimis vulneribus impetitur, & resistit: nónne cum magna redit voluptate, vulnera vt testimoniũ libertatis habens, fulgoris & claritudinis? Et si possis erumpere in vocem illam, quam Paulus protulit: Stigmata Iesu porto: poteris magnus fieri, & clarus, ac probatus. sed non est persequutio. Sta contra gloriam: & si dixerit quis contrarium aliquid, ne timeas dici malus propter Christũ. Sta cõtra tyrannidem superbiæ, sta contra iræ pugnã, sta cõtra cõcupiscentiæ tormentum. Et hæc stigmata sunt ac tormenta. Quid maius illis tormentis? nunquid si anima dolet ac vritur? nã illic quidem est & corpus particeps, hic autẽ totum illius est. Circa illam dolor quando irascitur vel inuidet, vel aliud quiddam facit, imò patitur: non enim est facere, sed pati, irasci, vel inuidere. Vnde & passiones animæ dicuntur, & vulnera, & cicatrices. Revera passio est, & passione difficilius. Cogitate, qui irascimini, quod patiendo hoc facitis. Itaq; nõ patitur, qui non irascitur. Vides quòd qui contumelia afficitur, non patitur: sed is qui contumelia afficit, id quod & iã dixi. Quod enim patitur, manifestum est ex eo, quòd à passione sic vocetur. Passiones enim ab ira nascuntur, hebetatio visus, stupor, & innumera alia mala. Sed puerum contumelia affecit, inquit, sed ministrum. ne putes esse infirmitatem, quòd non & ipse hoc possis facere: dic enim mihi, Bene factum ne est? non opinor quòd dicas. Igitur ne feceris quod non bene factum. Scio quòd in talibus iræ nascuntur. Quid igitur inquit, si contemnat, si iterum dicat? argue, increpa, obsecra, mansuetudine ira soluitur, vt

Philip. 4.

Gal. 6.

Passiones animæ.

acces-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

acceſſeris,accuſa.nam in his quidē quæ erga nos,nec hoc faciendum, ſed pro aliis & neceſſitate. Ne priam contumeliam putes,quòd filius contumelia afficiatur: & ſi doleas pro illo, ne tanquam ipſe contumelia affectus.Non enim quoniam puer male habet, tu cōtumelia affectus es,ſed is qui malefecit.Reſtringe iram,acutus gladius in vagina cōdatur.Si habuerimus illum nudum,ſæpe etiam vbi non eſt opus, illo vtemur,ab ipſo tracti. Si autem fuerit occultatus, etiam ſi opus fuerit,extinguetur ira.Pro illis nō vult nos irafci CHRISTVS: audi enim quid dicat ad Pe-
Matt.26. trum:Conuerte gladium in vaginam: & tu pro puero irafceris? Doce enim puerum philoſophiam, dic illi paſsiones domini, imitare meum magiſtrum. Quando ignominia aſpergendi erant,non dixit,vlciſcar.ſed quid? Si me perſequuti ſunt,& vos perſequē-
Ioan.15. tur.Igitur ferte fortiter, non enim eſtis meliores me. & tu ad puerum & ſeruum dic: Non es domino tuo melior.Sed viduæ, verba philoſophica iſta vidētur. Heu mihi q̄ ſermone non licet hoc perſequi,vt rē ipſam experiamini.& vt diſcas: In medio duorū ſimul certantium ſtans,ſis à parte eorum, qui iniuriam patiuntur,& non iniuria afficiunt,ſi non apud teipſum triūphos videas,ſi claras accipias coronas. Vide quo modo cōtumelia afficitur deus,& q̄ manſuete reſpō-
Gen.4. det: Vbi eſt,inquit, Abel,frater tuus? Et quid ille? Num cuſtos ego ſum fratris mei? Quid hoc cōtumacius,licet hoc à filio audiiſſet quis? nā ſi à fratre,nōne quis dixerit eſſe iniuriam? At deus iterum manſuete reſpondet: Vox ſanguinis fratris tui, inquit,clamat ad me.At deus,inquit aliquis,iræ non eſt obnoxius. Sed propter hoc deſcendit filius dei,vt te deum faciat,iuxta humanas vires.Sed non poſſum,inquit,quū homo ſim. Itaque homines tibi adducamus: Et ne putes me tibi dicere Petrum ac Paulum, ſed quoſdā illis multo inferiores. puer Heli Annam contumelia
1.Reg.1. affecerat dicens:Digere vinum tuū. Quid hoc contumelioſius? Quid igitur illa? Mulier in amaro die ego ſum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sum. Nihil revera afflictioni par, philosophiæ mater est. Ista etiam æmulam habens, non affecit illam contumelia. Sed quid? ad deum confugit, & orans illius nec meminit, neque dicit: quoniam opprobriis affecit me quædam, vltor meus esto: adeò philosophiæ assueta erat mulier. Confundamur viri, quamuis scitis quod zelo nihil par sit. Publicanus contumelia affectus à Pharisæo, non retulit contumelias, quãuis potuisset, siquidem voluisset. Sed animo philosophico tulit, dicens: Propitius esto mihi peccatori. *Luc.18.* Memphiboseth à seruo accusatus, & calumniam passus, neque dixit, neque fecit illi aliquid mali, neque de rege ipso. Vis & scorti audire philosophiam? audi Christum dicentem, quando capillis pedes illius tersit: publicani & meretrices præcedunt vos in regno. Vidisti illam stantem ac lachrymantem, & *Matt.21.* sua crimina abluentem. Vide quomodo & contra Pharisæum nõ irata fuit, quum confunderetur. Si sciret, inquit, quod peccatrix est mulier ista, non permisisset illam. *Luc.7.* Et non dixit ad illum: Cur nam, dic? Tu ne à peccatis mundus es? Sed magis patiebatur, magis plorabat, plus calidarum lachrymarũ emittebat. Si autẽ mulieres, & publicani & meretrices philosophantur, idq; ante gratiã: qua erimus nos venia digni post tantã gratiam, magis, q̃ si bestiæ expugnarẽtur, lachrymantes, & recalcitrantes? Nihil fœdius furore, nihil vilius, nihil grauius, nihil insuauius, nihil nocẽtius. Hæc dico nõ solum vt cũ viris simus mansueti, sed etiam si mulier loquax sit, vt feras. Sit tibi palæstra ac gymnasium mulier. Quomodo enim non absurdum, gymnasia ferre nihil lucri afferẽtia vbi affligimus corpus: gymnasia autẽ non facere domi, quæ nobis coronas etiam ante agones suppeditant? Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier. Muliebre enĩ est contumelia afficere: Infirmitas est animæ, immi nutio est, ne putes indignum te esse, quando mulier contumelia te afficit: indignum, quando tu quidem cõtumelia afficis: illa verò philosophatur: tũc turpiter te

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ter te geris,tunc contumelia afficis. Si autem contu
melia affectus feras,erit roboris tui magnum indici
um.Non hæc loquor vt mulieres inducam ad contu
melias,absit,sed quando satana impugnante contin
gat vt feratis.Fortium virorum est ferre infirmos. Li
cet minister contradicat,philosophare tu: non quod
meretur audire dicas vel facias, sed quod oportet te
etiam facere ac dicere. Nunquam puellam contume
lia afficiens,verbum turpe efferas, nunquam famu
lum,scelestum dicas. Non ille contumelia affectus
est,sed tu.In seipso eum qui irascitur,non est possibi
le manere purum, quēadmodum neq; pelagus quod
fluctibus mouetur,vel fontem,luto in illo alicubi la
lapso:sic omnia permiscētur, sic omnia sursum ac de
orsum mouentur. Licet percusseris, licet disruperis
vestem,tu maius damnum sustinueris.Nam illi quí
dem circa corpus & circa vestes plaga,tibi circa ani
mam:illam dissecuisti,illam vulnerasti:aurigā equis
subiecisti,supinum trahi fecisti.Et idem fit,sicut si au
riga alteri succensens,patiatur se trahi.Quamuis ver
beres, quamuis moneas, & quicquid facias, absque
ira & furore.Si enim verberans medicus est peccan
tis,quomodo poterit curare alium, seipsum prius af
fligens?Si quis,dic oro,medicus iturus vt curet alīū,
prius manum suam sauciarit,prius oculos excæcarit,
nunquid illud curabit? Minime.Sic & tu,licet verbe
res,licet admoneas,pure videant oculi tui, ne turbes
mentem,alioqui quomodo medicina erit? Non est
possibile in eadem tranquillitate esse, qui non irasci
tur,& qui irascitur.Cur igitur doctore a se turbato,
ita loqueris humi iacēti? Non vides iudices,qui iudi
caturi confident in sede ac habitu decente? Ita & tu
fac:orna animam vestitu iudiciario, nimirū mansue
tudine,& tunc in sede iudex sedeto. Sed non terrebi
tur,inquit.imò terrebitur: alioquin etiam si iusta di
cas,furori imputabit famulus:si autem cum mansue
tudine,seipsum condemnabit.Proficientem autem te
suscipiet deus,vt sic possis æterna bona assequi,gra
tia &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui, &c.

HOMILIA XVI.

Loquutus autem est sic deus quod erit semen illius peregrinum in terra aliena, & in seruitutem redigēt illud, & affligent quadringentis annis: & gentem cui seruiet, ego iudicabo, dixit deus: & post hoc egredientur, & seruient mihi in loco isto.

VIde ante quot annos promissio, & promissionis modum, & nusquam sacrificium, nusquā circuncisio. Hic ostēdit deum permisisse illos grauiter affligi, & non reliquisse afflictos impunitos. Gentem autem cui seruiet, iudicabo ego, dixit deus. Vides? qui promisit, qui dedit terram, prius mala permittit: sic & nunc, licet regnum promiserit, tentationibus exerceri sinit. Si hic post quadringentos annos libertas, quid mirum si idem in regno fiat? Nihilominus q̄d Deus promiserat præstitit, nec potuit sermonē illius vt falsum, redarguere tempus, tametsi non vulgarem tulissent seruitutem. Cęterum non est contentus punire illos, sed & bona his promittit. Mihi autem videtur, quòd velit illis etiam beneficia quæ acceperant in memoriam reducere.

Et dedit illi testamentum circuncisionis, & sic genuit Isaac.] Hic postea contexit, *Et circumcidit illum die octauo. Et Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas, et patriarchæ qui æmulabantur, Ioseph vendiderunt in Ægyptum.*] Hoc & in Christo factum est. Etenim illius figura erat Ioseph. Ideo insinuans historiam per totum enarrat: quum enim nihil haberent quod illi obiicerent, veniētem vt cibum illis afferret, male tractarunt: & vide etiam hoc loco iterum promissionē magnā, attamen completur. *Et erat deus cum illo.*] hoc & pro illis. *Et eripuit illum ex omnibus tribulationibus suis.*] Hoc loco ostendit, quòd nescientes cooperati sunt, vt impleatur prophetia: & quòd ipsi autores fuerunt, & mala in ipsos reciderunt. *Et dedit illi gratiam ac sapiētiam coram Pharaone rege Ægypti.*]

Ministério de Educación, Cultura y Deporte

Gratiam dedit, idq; apud barbarum virum, ſeruo ca
ptiuo, quem fratres quidem vendiderant, ille autem
emerat. *Facta eſt autem fames in omni terra Ægypti,*
& Chanaan, & tribulatio magna, nec inueniebant cibos
patres noſtri. Cùm audiſſet autem Iacob frumenta eſſe in
Ægypto, miſit patres noſtros primum: & cum iterum mi
ſiſſet eos, agnitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis.] Deſcende
runt empturi, & illius opera vti coacti ſunt. Quid igi
tur ille? non ſolum miſericordiam declarauit, ſed etiã
Pharaoni notos fecit, & illos deduxit. *Et innotuit*
Pharaoni genus Ioſeph. Miſſo autem nuncio Ioſeph, acce
ſiuit patrem ſuum Iacob, & omnem cognationem ſuam
in animabus ſeptuagintaquinque. Et deſcendit Iacob in
Ægyptum, defunctusque eſt ipſe & patres noſtri, &
tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in monumento
quod emerat Abraham à filiis Emor filij Sichem. Quum
autem appropinquaret tempus promiſſionis, de qua iura-
uerat Deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus
eſt in Ægypto, donec ſurgeret rex alius, qui neſciebat Io
ſeph.] Iterum alia deſperatio, prima quidem fames:
ſecunda autem incidiſſe in manus fratris: tertia, pro
nunciari ſententiam à rege vt interficiantur, attamen
in his omnibus ſeruati ſunt. Deinde omnipotentiam
dei oſtendens, inquit: *In quo tempore natus eſt Mo-*
ſes, & erat gratus Deo.] Et illud miraculum quod à
fratribus venundatus: ſed hoc magis mirum, quòd
rex educauit eum qui perditurus erat illum, qui re-
gno deiecturus erat. Vide vbiq; mortuorum reſurre
ctionem quodammodo præfigurari, quamuis non ſit
idem deum facere aliquid, & humano arbitrio quid
fieri. Hæc ſanè non humana diſpoſitione fiebant. Hoc
dixit, & illum ſeruatorem, & hos erga benefactorem
ingratos oſtendens. Igitur quemadmodum tunc à Io
ſeph qui male afflictus, ſeruati ſunt: ita & nunc ab eo
qui male tractatus erat, Moſen dico, ſeruati fuerunt.
Quid enim, ꝙ non occiderunt re ipſa? Sermone certè
occiderant ſicut illi. Et illi quidem è ſua in alienã &
ignotam terrã vẽdiderant; hi verò ex aliena in alienã
fugarunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fugarunt. Et illi quidem afferẽtem cibum: hi autem, consulentem ea per quę deo placentia facerent. Ita verum apparet etiam ex his quæ nunc dispensantur illud quod à Gamaliele dictum fuerat: quòd si fuerit ex deo, non potestis illud dissipare. Tu autem discẽs eos qui insidiantur, autores salutis fieri insidiãtibus, obstupesce dei omnipotentiam ac sapientiam: nam si illi non fuissent insidiati, hi non fuissent seruati. Fames erat, & non consumpsit illos. Et non solum non perdidit, sed & per illam seruati fuerunt, ab eo quod expectabant, perituros se. Præceptum regium non perdidit illos, sed magis auxit multitudinem, quando ille mortuus est qui cognoscebat eos. Seruatorem suum volebant occidere, & neque sic potuerunt.

Vides quòd per quæ diabolus attentat impedire promissionem dei, per ea creuerit? Hoc & illos tunc decebat dicere, ꝙ omnia deo facilia sunt, & nos poterit hinc reducere. Hoc enim diuinæ potentiæ erat, in tanta regis indignatione gentem crescere, quę seruiebat, affligebatur, trucidabatur, hæc magnitudo promissionis erat. Si enim in terra sua creuissent, non tam mirabile fuisset, & non paruo tempore in aliena terra fuerunt, sed quadringentis annis. Hinc discimus, quòd magnam philosophiam præ se tulerint. Etenim non sicut seruis domini illis vtebantur, sed vt hostes ac tyrãni. Ideo & prædixit, ꝙ in libertate magna futuri sint. Hoc enim est: Seruient mihi, & quod indę regrediuntur, & non sine vltione. Et vide, quomodo videtur quidem aliquid circunciſioni concedere: nihil autem tribuit, quandoquidem promissio illã quidem præcessit, ipsa autem sequuta est. Et patriarchæ, inquit, qui æmulabantur. Hic non incõmodat illos, sed gratificatur: patriarchas autem vocat progenitores, quoniam & de illis gloriabantur. Et aliter: Ostendit quod sancti non fuerint tribulationum expertes, & quum essent in mediis illis tribulationibus, auxilium consequuti sunt, & illæ non solũ non perdebãt, sed etiã cooperabãtur, quũ deberẽt magis impedire.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iraq; quemadmodum Ioseph clariorem reddiderun vẽdentes, ita rex Mosen, quum iussisset occidi filios. Nam si non iussisset, non fuisset hoc factum. Et vide prouidentiam dei. Ille fugat Mosen, deus autem non prohibet, quod futurum erat dispẽsans, vt ille deum aspicere dignus fieret: sic & seruum venditum illic facit regem, vbi putabatur seruus esse. Quemadmodum autem hic illic regnat, vbi eum emerant, ita & CHRISTVS in morte virtutem declarauit. Hoc non solum honoris erat, sed vt etiam sua virtute fu dat. Sed videamus iterum quæ dicta: *Et constituit eum præfectum super Ægyptum, & totam domum suã.*] Vide per famem qualia efficit, *In septuaginta &*

Gen.46. *quinque animabus descẽdit*, inquit, *Iacob In Ægyptum. Defunctusque est ille & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi in monumento quod emerat Abraham precio pecuniæ à filiis Emmor filij Sichem.*] Ostendit quòd neque sepulturæ domini fuerint. *Vt autem appropiauit tempus promissionis, quam iurauit deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto donec surrexit rex alius, qui nesciebat Ioseph.*] Vide quod neque in tot annis auxit, sed quando appropiaturus erat finis, quamuis iam quadringenti anni preteriti erant ac plures in Ægypto. Itaque mirabile hoc est. *Hic circunueniens genus nostrum, afflixit patres nostros vt exponrent infantes suos, ne essent fœtus eorum vitales.*] Circunueniens, inquit, insinuando clandestinam cædem: ideò & subdidit hoc dicens, Vt exponerent infantes suos. *Quo tempore natus est Mo*

Exod.2. *ses, & gratus erat deo.*] Hoc mirabile, quod futurus præfectus, neque pòst, neque antè, sed in ipso medio furore nascitur, & educatur mẽsibus tribus in domo patris. quando igitur humana spem omnem negabant, & iam abiecerant illum, tunc diuina dispensatio clarè fulsit. *Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & eum nutriuit sibi pro filio.*] Nusquã templum, nusquam sacrificium, quum tantæ dispensationes factæ sunt. *Et enutritus est in domo barbarica,*

& in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& institutus est Moses in omni sapientia Ægyptiorum: erat autem potens in verbis ac operibus.] Mihi videtur quod incipiebat esse admirabilis. Quomodo quadraginta annis fuit illic, & non deprehensus est ex circuncisione? imò quomodo secure agentes sua despiciunt & hic & Ioseph, vt & alios seruent? *Vt autem impletum est illi quadraginta annorum tempus, ascēdit in cor eius, vt inuiseret fratres suos filios Israël: & quum vidisset quendam iniustè affligi vltus est, & fecit vindictam pro eo qui affligebatur, percusso Ægyptio: putabat autem intelligere fratres suos, quod deus per manū suam det illis salutem: illi autem non intellexerunt.*] Vide quomodo adhuc nō videtur esse molestus, sed tanta concionatur, & adhuc audire illum patiuntur: ita illos gratia vultus trahebat. Putabat, inquit, intelligere fratres suos, & quum re ipsa declararet se esse præfectum illorum, attamen neque sic intellexerunt. *Exod. 2.* Vides quomodo cum māsuetudine loquitur, & quomodo demonstrata in illum ira, ostendit in hoc mansuetudinem. *Et sequenti die visus est illis litigantibus, & redigebat eos in concordiam, dicens: Viri fratres estis, quur vos inuicem læditis? Cæterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum dicens: Quis te constituit principem ac iudicem super nos? Nunquid interficere me vis, sicut interfeciſti heri Ægyptium?*] Eadem mente & contra Christum videntur dicere: Non habemus regem, nisi Cæsarem. *Ioan. 19.* Hic mos semper fuit Iudæis, quum beneficia acciperent. Vidisti insipientiā, saluatorem suum accusant, dum dicunt: Quomodo occidisti heri Ægyptium? *Et fugit Moses ad dictum hoc, & factus est aduena in terra Madian, vbi genuit duos filios.*] *Exod. 3.* Fugit, & neque fuga dispensationem sistit, quemadmodum neque mors. *Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina, angelus domini in flammeo incendio rubi.*] Vides quomodo neque tempore sistitur dispensatio? quum exul esset ac peregrinus, multumq; temporis in terra aliena fecisset, ita vt etiam duos filios generasset, quum non ex-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pectaret vltra reditum, tunc angelus ipsi apparet. Filium dei angelum vocat, sicut & hominẽ. Et vbi apparet? in deserto, non in templo. Vides quanta fiunt miracula, & nusquam templum, nusquam sacrificiũ. Et neq; hoc loco in deserto simpliciter, sed in rubo.

Moses autem vt conspexit, admiratus est visum. Porrò cùm accederet vt attẽderet, facta est ad eum vox domini: Ego sum Deus patrum tuorum: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.] Non solũ hic ostendit, q̃d apparẽs illi angelus, fuerit magni cõsilij angelus, sed ostẽdit etiam quantam misericordiam Deus per apparitionem fecerit. *Tremefactus autem Moses non audebat attendere: dixit autem illi Dominus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.*] Nusquam templum, & locus sanctus est: apparitione & efficacia Christi, multo admirabilius hoc, q̃ locus in sanctis sanctorum. Illic enim nunquã apparuit sic deus, nunquam tremefactus est sic Moses. Vidisti misericordiam? *Videns vidi afflictionem populi mei, inquit, in Ægypto, & gemitum illorum audiui, & descendi vt eripiam eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum.*] Vide quomodo ostendit, quòd per beneficia, & per pœnas, & per miracula adduxit illos. Illi autẽ semper iidem manserunt. Sic hinc discimus, quod vbiq; præsens est deus.

MORALE.

Hæc audientes & nos, in afflictionibus ad illum confugiamus. Nam & gemitum illorum, inquit, audiui. Nõ simpliciter dixit, audiui, sed propter calamitates. Si autem quis diceret, & cuius gratia illos permisit affligi sic, audiat, q̃ omnibus maxime iustis afflictiones mercedũ causæ fiunt: nónne & propter hoc illos permisit affligi, vt suam virtutem & hinc ostẽdat claresc̃ere, & illos ea per quæ affliguntur, per omnia philosophari erudiant? Vide igitur quando erãt in solitudine, incrassati sunt, impinguati, dilatati, sed & dereliquerunt deum. Vbiq; enim remissio malum est dilecti. Idcirco & initio Adæ dicebat: In sudore vultus

Gen. 3.

vultus tui vesceris pane tuo. vt igitur ne quum ex af flictione multa in remissionem venerint, cõtumelia afficiant, permittit illos affligi. Magnum enim bonũ est afflictio, & quòd bonum, audi Dauidem dicentem: Bonum mihi, quia humiliasti me. Si autem magni & admirabiles viri sunt in magna tribulatione, multo magis nos. Si volueritis autem ipsam per se examinabimus afflictionẽm. Stet quis gaudens multum, & lætabundus ac risus effusioris, quid turpius, quid insipientius illo? Stet quis, dolens & mœrens, quid illo magis philosophicum? Idcirco & sapiens admonet, dicens: Melius est in domum luctus ingredi, q̃ in domum risus. forsan & irridetis quæ dicuntur. veruntamẽ videamus qualis fuerit Adam in paradiso, & qualis postea: qualis erat Cain antè, & qualis postea. Non stat in sua sede animus, sed quemadmodum à quodam spiritu tollitur à voluptate & alleuiatur, nihil habens firmum. Enimuero & ad promissiones est facilis, & ad pollicendum pronus, & magna est turbatio rationũ. Hinc intempestiuus risus. Hilaritas non habens rationem, verborum magna & superflua nugacitas. Et quid dico alios sanctorũ, vnum in manus accipiamus, & videamus quis quidem in voluptate vixerit, quis autem & in mœrore. Vultis igitur Dauidem videamus? quãdo igitur hic in voluptate erat ac in gaudio, propter multos triumphos, victorias, coronas, delicias, ac fiduciam, vide qualia & dixit, & operatus est. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternũ. postquam autem affligi cœpit, audi quid dicat: Et si dixerit mihi, Nolui te, ecce ego, faciat mecum quod placitum coram ipso. Quid his verbis magis philosophicum? quicquid deo magis fuerit gratum, ita fiat. Et iterum Sauli dicebat: Si autem dominus commouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuũ. Et tunc quidem quum esset in tribulatione, etiam parcebat amicis. Ante delicias, nihil iniustè, nihil inhumaniter agebat. Item Iacob quum in afflictione esset, dicebat:

Psal. 118.

Eccli. 7.

Psal. 29.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Gen.28. Si dederit mihi dominus panem ad comedendum,& veſtem ad amiciendum. E filius Noë ante hoc nihil tale fecerat, vbi autem de ſalute fidentior factus eſt, audis q̃ factus ſit contumelioſus. Et Ezechias quum eſſet in tribulatione, vide qualia faciebat pro ſalute.
4.Reg.19. Saccum enim induit,& in terra ſedit. Vbi autẽ in deliciis eſſe cœpit, cecidit præ altitudine cordis ſui. Id circo &
Deut.6. Moſes admonet, dicẽs: Comedens & bibẽs & impletus memor ſis domini dei tui. Preceps enim eſt locus deliciarum,& obliuionẽ dei affert. Quando tribulabantur Iſraëlitæ multo plures fiebant: quando autem illos dimiſit, tunc omnes peribant. Et quid dico veterum exempla? Videamus de noſtris ſi placet. Ex noſtris multi, qui inflati ſunt in felicitate agentes, omnibus fiunt hoſtes, ac iracũdi: vbi autem præſens facultas fuerit ablata, manſueti, humiles, mites, veniunt in cogitationem ſuæ naturæ. Et quòd ſic habet,
Pſal.72. oſtendit etiam Dauid, dicens: Tenuit illos ſuperbia in finem, egredietur tanquam ex adipe iniuſtitia eorum. Hæc ſanè ante dicta ſunt, vt ne omnibus modis gaudium quæramus. Et quomodo Paulus dicit:
Philip.4. Gaudete ſemper? Non ſimpliciter dixit, Gaudete. Sed appoſitum eſt, in domino. Iſtud maximum gaudium eſt, tali & apoſtoli gaudebant gaudium, lucrũ afferens, quod à vinculis, quod à flagellis, quod à perſequutionibus, quod ab obloquutionib⁹, quod à mœſtis omnibus habet principium,& radicem,& occaſionem. Vnde & in bonum finem occurrũt. Quod autem à mundo, ſecus ſe habet: nam incipit quidem à ſuauibus, deſinit autem in triſtitiam. Neq; ego prohibuerim gaudere iuxta dominum, ſed & valde admonuerim. Flagellabantur apoſtoli,& gaudebant: vinciebãtur,& gratias agebãt: lapidabantur,& prędicabant. Hoc & ego velim gaudium, quod à nullo corporali habet initium, ſed à ſpiritualibus rebus. Non eſt poſsibile q̃ hi qui ſecundum mundum gaudent, ſimul & iuxta deũ gaudeant. Omnis enim qui iuxta mundũ gaudet, in diuitiis gaudet, in deliciis, in vana

gloria

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloria, in potentia, in arrogantia. Qui autem secundum deum gaudet, in ignominia quæ propter illum, in paupertate, in opum carentia, in ieiunio, in humilitate. Vides quòd contraria argumenta. Quotquot extra gaudium sunt hic, & mœroris sunt expertes: & quotquot extra mœrorem hic, etiam extra voluptatem. Et revera hæc sunt quæ faciũt verum gaudium, quoniam illa solum habent nomen gaudii, totum autem in mœrore situm est. Quantum mœroris superbus habet, quomodo dum insolenter alios irridet, in suo facto impeditur: parat autem innumeras sibiipsi cõtumelias, magnum odium, magnas inimicitias, magnam inuidiam, magnam obtrectationem. nam licet á maioribus contumelia afficiatur, dolet: & si nõ contra omnes surgat, mordetur. Humilis autem, in multa est voluptate, á nullo expectans honorem. Itaque siquidem honoratus fuerit, gaudet: si autem non honoratur, non dolet, sed boni consulit & non honoratus est. Itaque in eo quod non quærit honorem, & honoratur magna voluptas est. Illic autem cõtrario modo fit, & quærit honorem, & non honoratur. Non similiter autem gaudet honore qui quærit, & qui non quærit. Hic quantumcunq; acceperit, nihil se accepisse putat: ille autem vt minimum dederis, contentus est, quasi vniuersum acceperit. Iterum qui in deliciis est, innumeras habet difficultates: etiam si facile & quasi ex fontibus ipsi commoda affluant, attamẽ formidat mala quæ ex deliciis veniunt, ac futuri incertitudinem. Hic autem semper securus est ac in voluptate, qui assueuerit seipsum in tenuitate victus. Nõ enim ideo seipsum censet miserũ, q; non particeps est mensę lautioris. Quàm delicate agit, non formidans incertitudinem futurorum. Quæ autem ex deliciis sint grauia, nullus ignorat: necessarium autem & nunc dicere: Duplex bellum est, corporis, inquam, & animæ: duplex tempestas: duplices morbi. Et nõ hoc solum, sed etiam q; insanabiles & magnas afferunt hæc calamitates. At non habet id mali frugalitas, sed duplex

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sanitas est,duplicia bona.Somnus sanitatis,inquit,in mediocri satietate. Semper enim quod mediocritatẽ custodit,amabile est: quod vero modum non seruat, iniucundum. Vide enim:Scintillæ paruæ magnam lignorum congeriem impone,& non iam ignis erit fulgidus,sed fumum videbis valde insuauem. Viro valde forti & magno impone sarcinam vires eius excedentem,& videbis cum sarcina humi iacere. Magnũ onus inii ce in nauim,& graue facies naufragium. Tale autem quiddam est & voluptas. Sicut enim in nauibus supra modũ oneratis, magna turbatio est nautarum,gubernatoris,proretæ, eorum qui ascendunt malum,qui superiora quidem proiiciũt in mare,quæ autem inferiora perdunt. Sic sanè & hoc loco: alia superne euomunt,alia inferne, & seipsos corrumpentes liberantur. Quod sanè turpissimum est, quia ipsum os vsum recipit posticarum partium, & fit illis ignominiosius. Si autem in ore tanta turpitudo, cogita in anima quid? Etenim illic omnia procellæ,omnia tenebræ,multa rationum confusio,quę apprehendunt, quæ affligunt, lingua ipsa iniuriã clamante. Hinc & ipsa ventris mancipia seinuicem arguunt, ægrè ferunt, studentvt internum stercus abiiciant, attamen & postquam abiecerint, neque sic turbatio quiescit. Sed & febres hinc & morbi. Etiam, inquis,morbosi sunt & turpes. Frustra hæc pertractas, & morbos nobis enumeras. Infirmus enim sum ego, & laceror ego, & deformis sum ego, qui non habeo quod edam. Hos autem in deliciis agentes est videre bene affectos,lasciuos,gaudentes,gestari in equis. Væ mihi, lamentis enim digna sunt verba hæc. Eos enim qui podagra laborant,et in bigis feruntur, & alligatos, vnde videmus,dic oro? Et si non rem putarent contumeliosam,& cum contumelia hæc dici putarentur,iam & nominatim percenserem illos. At sunt quidam aiunt, qui & bene habent. Quoniam non solum in deliciis sunt, sed etiam in laboribus: alioqui da mihi hominem qui pinguescit,& laboribus

boribus caret,ac iacet,nihilq; laborat,ſanum:ſed non inuenies. nam licet ſexcentorum medicorum turba adueniat, à morbis illum nequaquam liberare poterunt:neque enim hoc natura ſinit.Porrò ego & medicorum ſermonem afferam: non quicquid in ventrem mittitur,fit alimentum: quoniam neque in alimenti natura eſt,vt totum alere queat,ſed partem diuidit in feceſſum, partem in alimentum. Itaque da congrua, conficientur,& ſuam accipient regionem,& quod ſanum ac vtile in ſuum regredietur locum:quod autem ſuperfluum & inutile,excernetur & abſcedet. Si autem multitudo ciborum ſumatur, etiam quod in illis ad alendum vtile, fiet damnoſum: pro exemplo dicam, vt manifeſtius quod dico vobis fiat: Frumentum aliud eſt ſimilago,aliud farina,aliud furfur. Itaque ſi mola accipiat, quæ poteſt pinſere, hæc omnia diſcernit. Si autem plura immiſeris, omnia confunduntur. Iterum vinum, ſi congruam concoctionem habeat, ac temporum temperiem, prius quidem totum ſimul fit: poſt hæc autem pars in fecem deſidet, pars in ſpumam recurrit: eo autem quod manet,frui poſſumus. Et hoc eſt vtile, & nunquam facile hoc vertetur: prius autem neque vinum eſt, neque fex, dum omnia mixta ſunt.Hoc & in mari viderit quis, quando magna tempeſtas oritur, piſces videmus mortuos fluitantes, & præ frigore in profundum deſcendere non valentes. Ita & apud nos fit, Quando enim ſæpe refluit voracitatis pluuia,quę omnia commouet,mortuas innare facit cogitationes,quæ iam ſanæ ſunt, & in nobis quieſcunt. Itaque quoniam tantis exemplis oſtenſum eſt magnum damnum, ceſſemus beatos dicere eos, quos dici miſeros oportebat: néue deploremus vicem noſtram, quibus gratulandum erat potius: & ante omnia frugalitatem diligamus. An nõ auditis,et medicos dicẽtes:Indigẽtia,mater eſt ſanitatis? ego autẽ non corporalis ſanitatis matrem indigentiam dixerim, ſed animæ potius. Hæc & Paulus clamat verè medicus. Habentes, inquit, 1.Tim.6.

alio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alimenta,& tegumenta, his contenti ſimus. Obtemperemus igitur illi, vt ſani exiſtentes faciamus quæ oportet facere: In Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri & ſpiritui ſancto ſimul,gloria,imperiū,honor,nunc & ſemper,& in ſecula Amen.

HOMILIA XVII.

Hunc Moſen quem negarunt hi qui dixerunt, Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? Hunc Deus principem ac redemptorem miſit cum manu angeli,qui apparuit illi in rubo.

Exo.2. ARgumẽto propoſito multum congruit quod dicit,Hunc Moſen. Qualem hunc? eum qui plurimum pericłitabatur,qui ab illis cõtemptus erat,quem negauerãt qui dixerant: Quis te conſtituit principem? quemadmodum & Chriſto
Ioan.19. dicebant: Non habemus regem,niſi Cæſarem. Hunc Deus principem ac redemptorẽ miſit cum manu angeli,qui dixerat illi: Ego ſum Deus Abrahæ. Hic & miracula quæ facta ſunt,per Chriſtũ facta eſſe oſtendit. Hic,id eſt Moſes. Hoc loco vide quo pacto clarũ oſtendunt eum quæ ſequuntur. Eduxit illos factis ſignis ac prodigiis, in terra Ægypti,& in mari rubro, & in erémo annis quadraginta. Hic eſt Moſes,qui di
Deut.18. xit filiis Iſrael: Prophetam excitabit vobis dominus Deus ex fratribus veſtris,ſicut me: hoc eſt,contempturn,& inſidiis appetitum, Etenim volebat & hũc tollere Herodes, & in Ægypto ſeruatus eſt, quemadmodum & ille quum eſſet puellus inſidiis expoſitus fuit. *Hic eſt qui fuit in congregatione in ſolitudine cũ angelo,qui loquutus eſt illi in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit eloquia viua,vt daret vobis.*] Iterum auſquam templum,nuſquã ſacrificium: Cum angelo,inquit,accepit,vt daret vobis eloquia viua. Hic oſtendit,q̃ non fecit ſigna ſolum, ſed etiam legẽ dedit ſicut Chriſtus. Itaq; quemadmodũ hic primum ſigna facit,& deinde legem ponit,ſic etiã Chriſtus. At nõ audiuerunt illum,qui ſemper ſoliti fuerunt inobedientes eſſe: etiam poſt hæc ſigna, poſt miracula,

poſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

post quadraginta annos. Et non hoc solum, sed contrarium fecerunt, quod & manifestans adiecit:

Cui noluerunt obedientes esse patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde suo in Ægyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Mosi enim illi, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Et vitulum fecerunt in diebus illis, et obtulerunt sacrificia idolo, & lætati sunt in operibus manuum suarum. Conuertit se autem Deus, & tradidit illos vt seruirent militiæ cœli, sicut scriptum est in libro Prophetarum: Num victimas & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et accepistis tabernaculum Moloch, & sydus Dei vestri Remphan, figuras quas fecistis vt adoretis eas, & transferam vos vltra Babylonem.] Exo. 32.

Tradidit, hoc loco, idem est quod permisit. Tabernaculum testimonii erat patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis loquẽs ad Mosen, vt faceret illud secundum formam quam viderat. Et quũ tabernaculum esset, sacrificia non erant. Quod autem nõ fuerint Propheta manifestum facit dicens, Num victimas & sacrificia obtulistis mihi? Tabernaculum testimonii erat, et nihil prõderat, sed consumebãtur, neq; ante hoc illis signa, neque post hæc profuerunt aliquid. Quod & induxerunt qui successerunt patres nostri. Vides q; illic locus sanctus est, vbi Deus fuerit. propter hoc enim & in deserto dixit, vt locum loco comparet. Deinde beneficium. *Et induxerunt*, inquit, *patres nostri, qui successerunt cum Iesu in possessionem gentiũ earum quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, vsq; ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coram Deo, & petiit vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.*] Petiuit ædificare Dauid, sed non concessum est illi magno & mirabili, sed ædificat abiectus ille Solomon. Propter hoc dicit, *Solomon autem ædificauit illi domum, at non altissimus in manufactis templis habitat.*] Monstratum quidem hoc etiam per ea quæ iam dicta, monstrat autem & per vocem propheticam. Sicut & Propheta dicit, *Cœlum mihi sedes, & terra scabellum pedum meorum. Et qualem domum* Esa. 66.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mum ædificabitis mihi dicit dominus, vel quis locus quietis meæ? Nónne manus mea fecit hæc omnia?] Ne admiremini, inquit, si iis qui illius detrectãt regnum Christus benefacit, quandoquidẽ & in Moſe hoc factum eſt. Et non ſimpliciter illos eruit, ſed etiam in deſerto agentes. Vides quòd propter illos & illa ſigna? Itaque qui cum deo loquutus eſt, qui mire ſeruatus, qui tanta fecit ac potuit, oſtendit quòd omnino impleri oporteat prophetiam, & non eſt ſibiipſi contrarius. Sed videamus iterum quæ dicta ſunt. *Hic eſt*, inquit, *Moſes qui dixit, Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus ſicut meipſum.*] Huc opinor Chriſtum reſpexiſſe, quum diceret, Ex Iudæis ſalus eſt, ſeipſum inſinuans. Hic eſt qui factus eſt in deſerto, cum angelo qui ſibi loquebatur. Ecce iterum illi oſtendit legem dediſſe, quandoquidem cum illo erat in congregatione in deſerto. Hic autem et magni miraculi, quod in monte contigit, memor eſt. *Qui accepit eloquia viua vt daret vobis.*] Vbique mirabilis Moſes, maximè autem quando lex ferenda erat. Quid ſunt eloquia viua? vel prophetias dicit, vel ea quorum fines per ſermones monſtrabantur. Deinde crimen eſt in patriarchis, poſt ſigna & miracula poſt accepta eloquia viua ei noluerunt inquit obedientes eſſe. Bene autem eloquia viua dicit, oſtendens etiam eloquia eſſe non viua, de quibus & Ezechiel dicit, ſicut quando dicit, Et dedi vobis præcepta non bona. Ad talia igitur reſpiciens dicit eloquia viua. Sed repulerunt & conuerſi ſunt corde ſuo in Ægyptum, illuc ingemiſcebant, illuc clamabant, vnde deum inuocabant. *Et dixerũt ad Aaron, fac nobis deos qui antecedant nos.*] O inſipientiam. Fac, inquit, vt precedant nos. Quò? In Ægyptum. Vides quomodo à moribus Ægyptiorum auelli non poterant. Quid dicis? Non expectas eum qui eduxit, ſed negas beneficium, et benefactorem fugas? Et vide quomodo contumelioſi ſunt. Moſi enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Ægypti. Nuſquam dei nomen, ſed omnia Moſi adſcribunt. Et vbi qui-

Ioan. 4.

Ezec. 22.

Exo. 11.

dem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem illos gratos esse oportebat. Mosen in medium adducunt: vbi autem legi obediendum erat, non iam Mosen. Insuper dixit, quòd ascendit vt legem acciperet: illi autem non expectauerūt quadraginta diebus. Fac nobis deos. Sic insanierunt, non dixerunt deum, sed deos, quia nesciunt quæ dicunt. *Et fecerunt vitulum in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo.*] Vidisti magnam insipientiam? Vbi apparuit Deus Mosi, illi vitulum faciunt & sacrificant: Et lætabantur, inquit, in operibus manuum suarum. Propter quæ oportebat se abscondere, in illis lætabantur. Et quid mirum vos ignorare Christum, quando & Mosen & deum tot signis monstratum ignoratis? Illi autem non solum ignorarunt, sed etiam conuitiis & contumeliis affecerunt, dum idolum faciunt. Conuertit autem Deus, & tradidit illos, vt seruiant militiæ cœli. Hinc postea & mores reliqui, hinc sacrificia. Isti primum fecerunt sacrificia idolis. Hoc & Dauid assignans dicit, Et fecerunt vitulum in Choreb, & adorarunt sculptile. Quoniam ante hoc nusquā sacrificii nomen, sed præcepta viua, & eloquia viua: nusquam sacrificia, sed miracula & signorum ostensiones. Sicut scriptum est in libro Prophetarum: hoc testimonium non simpliciter adduxit, sed vt ostendat, non opus esse sacrificiis. Et vide quid, num victimas & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, & accepistis tabernaculū Moloch, & sydus dei vestri Remphan, figuras quas fecistis, vt adoraretis eas? Cum emphasi vsus est verbo. Quod autem dicit hunc sensum habet, Non potestis dicere, quòd ex eo quod mihi sacrificastis etiam illis sacrificastis, idq; in solitudine, vbi maximè illis præsidebat. Et assumpsistis tabernaculum Moloch. Causa sacrificiorum ista fuit:

Exo. 32.

Amos. 5.

Et transferam vos vltra Babylonem.] Sic & captiuitas accusatio malitiæ est. Et quomodo tabernaculum, inquit, testimonii? Sed propter hoc erat, vt testem deum habeant. Igitur ad hoc solum erat. Secundum figuram enim, inquit, monstratum in monte, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te,& ita in monte diagraphe facta est.Istud autem in solitudine circungestabatur;& in loco nō erat situm. Testimonii autem tabernaculum,non aliam ob causam q̄ propter miracula & præcepta. Porrò & istud & illi non habebant templum, sed figuram illam angelus ille dedit. Vsque ad dies,inquit,Dauid. Vsque. Tunc igitur non erat templum, quamuis etiam gentes expulsæ essent.De quibus dicit: Quas expulit Deus à facie patrum nostrorū.Hoc autem dicens ostendit, quòd tunc non erat templum. Quid dico, tanta miracula,& nusquam templum? Sic & primum tabernaculum,& nusquam templum. Et petiit vt inueniret gratiam coram deo.Petiit & non extruxit. Sic non erat magnum quid,templum: quamuis putauerunt quidam Solomonem magnum esse, quia extruxit templum,qui propter hoc & patri suo illum prętulerunt.Quòd autem non melior fuerit patre,sed neque par, solum autem iuxta quorundam opinionem, manifestauit id adiiciens: Sed neque qui excelsus est, habitat in templis manufactis, sicut Propheta dicit:
Esa. 66 Cœlum mihi sedes:terra autē scabellum pedum meorum.Neque enim hæc digna deo,quandoquidem factura sunt,& manus illius opera. Vide quomodo illos paulatim abducit,ostendēs per Prophetam,quod indignum sit hæc de deo dicere. Et cuius gratia hic vehementi vsus est sermone? Magna dicendi libertas erat in morituro. Etenim opinor, illud etiam ex reuelatione cognouisse: *Dura ceruice & incircumcisis labiis ac auribus.*] Etiam hoc propheticum est, neque illius proprium. *Vos semper spiritui sancto restitistis,sicut patres vestri,& vos.*] Quando nolebat esse sacrificia,vos sacrificabatis: quando volebat,iterum non sacrificabatis: quando noluit vobis dare præcepta,requirebatis:quando accepistis,neglexistis.Item quando stabat templum, idolis seruiebatis: quando vult absque templo sibi seruiri, iterum contrarium facitis. Non dixit,deo resistitis,sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen. Et quod maius, Sicut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tut patres vestri, inquit, & vos. Ita & Christus opprobrauit, quoniam semper magna crepabāt de Prophetis: *Quem Prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prædixerunt de aduentu iusti.*] Adhuc iusti dicit, volens illos comprimere. *Cuius nunc vos proditores & occisores fuistis.*] Duo illis improperat & quòd ignorarunt, & quòd occiderunt. *Qui scilicet accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis.*] Quid est hoc? Quidam putant eum dicere illam quæ ordinata fuit ab angelis. Non est autem sic, vbi enim angeli apparuerunt, ordinantes legem? Sed dispositam legem dicit eam, quæ illi tradita fuit per angelum qui illi apparuit in rubo. Nonne homo erat? Nihil igitur mirabile eos qui illa fecerant, & hæc facere. Si eos qui denunciarant occidistis, multo magis illum. Hic & deo, & angelis, & spiritui, & Prophetis, & omnibus ostendit inobedientes. Sicut & alio in loco, inquit scriptura, Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Igitur illi verbis simulantes se obseruantes legis dixerunt, In Mosen blasphemauit. Ille autem ostendit, quòd ipsi potius non eum blasphemant solum, sed etiam deum, & quòd illi antea similia fecerint, & dissiparint instituta, & quòd non opus illis amplius, & quòd improperantes & dicentes se Mosi contrarium, ipsi spiritui sancto contrarii fuerunt: & non simpliciter, sed etiam cum cæde, & ꝙ iam inde à maiorum ætate exercuerunt has inimicitias. Vides ꝙ & Mosi & omnibus ostendit illos esse contrarios, legemq; non seruare. Quamuis sanè Moses dixisset, Prophetam vobis suscitabit dominus, & alii hūc venturū prędixerūt. Et Propheta dicens, Qualem mihi domū ædificabitis? Et iterum: Num victimas et sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta? Hæc erat libertas viri in dicendo, qui crucem ferebat. 2. Reg. 19. Deut. 18. Esa. 66.

MORALE.

Imitemur igitur & nos illam, tametsi non sit tempus belli. Loquebar enim, inquit, de testimoniis tuis Psal. 118.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in conspectu regnm, & non confundebar. Si igitur commiſceamur cum gentibus, ſic illorum obturemus ora abſque ira & abſque aſperitate. Nam ſiquidem cum furore hoc fecerimus, non iam fiducia, ſed affectio eſſe videtur. Si autem manſuetè, tunc eſt vera loquendi libertas. Non enim poſſibile eſt ſimul idem ſecundum ſeipſum & bonum opus eſſe, & delictum. Dicendi libertas bonum opus eſt. Furor, delictum. Igitur nos liberè dicturos mundos à furore eſſe oportet, vt ne illi imputentur verba: licet iuſta cum furore dicas, totum perdideris, etiam ſi libere loquaris, etiam ſi moneas, etiã ſi quiduis operatus fueris. Vide virum illum non cum furore loqui. Neque enim contumelia affecit, ſed illos prophetici ſermonis admonuit. Nam quòd ex furore non fuerit loquutus, oſtendebat quando in cruciatibus pro illis orabat, & dicebat: *Ne ſtatuas illis peccatum hoc.*] Adeo non irascebatur illis, ſed dolebat pro illis, & mordebatur hæc dicens, quoniam & de facie illius ideo dicebat, *Viderunt faciem illius quaſi angeli.*] vt illos attrahat. Puri igitur ab ira ſimus. Non habitat ſpiritus ſanctus, vbi furor. Maledictus furibundus. Nihil ſani poteſt ingredi, vbi egreditur furor. Nam ſicut in tempeſtate maris magnus eſt tumultus, magnus clamor, & nec ad tempus poteſt quis philoſophari: ſic neque in ira. Sed ſi quid philoſophicum vel dicendum, vel faciẽdum: oportet prius in portu eſſe. Non vides quomodo quando voluerimus de aliquibus neceſſariis loqui, locos à turbatione ſemotos obſeruamus, vbi tranquillitas, vbi ſilentium, vt ne interpellemur? Si autem qui foris eſt tumultus impedit, multo magis interna turbatio. Et ſi orat quis, fruſtra orat cum ira hoc faciens: & ſi tacet, iterum ſimile eſt: etſi comedat, etiam ſic damnum habet: etſi bibat, etſi non bibat, etſi eat, etſi ſurgat, etſi dormiat: nam et in ſomniis talia imaginantur. Quid enim in iracundo non turpe? oculi inſuaues, os diſtortum, membra tremula, lingua infrenis, nulliq; parcens, mens ſtupida, figurã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gura indecens, multa insuauitas. Vide oro dæmonia corum oculos & ebriorum, & insanientium, quid differunt inter se? nónne nihil est quàm insania? Quid enim si ad tempus hoc fit, nam & insaniēs ad tempus detinetur. Hoc autem quid peius? & non confunduntur in defensione? Nesciebā, inquit, quid dixi. Et quare nesciebas hoc, homo rationalis, rationem habens? Quare ea quæ brutorum sunt facis, sicut equus ferox ab ira & furore raptus? Profecto defensio hæc non vacat crimine. Vtinam scisses quæ dixisses. Iræ verba sunt, inquit, nō mea. Quomodo illius? Etenim ira nō habet robur, nisi à te accipiat. Quasi quis dixerit: manus sunt, non mea vulnera. Cui putas maxime opus esse ira, nōne bello et prælio? Sed & illic si quid tum ira fit, totum perit ac corrumpitur. Maxime certantes conuenit non irasci, maxime eos qui contumelia afficiuntur conuenit non irasci. Et quomodo certandum est, inquit? ratione ac mansuetudine. Certamen enim est ex aduerso stare. An non vides & hæc bella legibus & ordinationibus, & temporibus definita? Ira enim nihil est quàm irrationalis impetus. Nihil autem quod rationem requirit, per id quod ratione caret geri potest. Quoniam & hic talia loquebatur, & non irascebatur. Et Helias dicebat: Quousque claudicatis in vtraq; coxas? & non irascebatur. Et Phinees occidebat, & non irascebatur. Ira enim non permittit videre, sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos, & aures, & trahit quoquò voluerit. Liberemur igitur ab hoc dæmone, incipiētem illum compescamus. Sigillum tanquam frenum impone pectori. Canis impudens est ira, sed discat audire legem. Nónne si canis ita in caula ferox sit, vt non obediat imperanti pastori, neque illius vocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est & occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, vtilis est cōtra lupos, contra fures, contra latronum principem latrans, non contra oues, neque contra familiares. 3. Reg. 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si non audiet, omnia corrumpit. Si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consumat, sed custodiat ira & pingue faciat: custodiet autem, et in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolum persequatur vndequaque. Sed mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddam proximo. Sic venerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes. Nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia. Quare scorta impudentia sunt? quare virgines pudibundæ? nónne illa propter peccatum, hæ propter continentiam? Nihil enim sic impudentem facit, atque peccatum. At dicet aliquis. Imò mala pudefaciunt. Ita est, sed eum qui damnat suam malitiam: nam perfrictæ frontis hominem etiam audaciorem faciunt. Qui enim de se desperat, audax fit. Impius enim, inquit, si in profundum malorum ingressus fuerit, contemnit. Qui autem impudens & ruboris expers fuerit, sic audax & pertinax efficitur. Vis discere, vt mansuetudo consumatur? Quãdo malæ cogitationes illã perdomuerint, quamuis & hoc contingat, quia non stat canis multum latrans. Neque sic desperandum. Est enim & nobis funda ac lapis. Scitis quid dicam, Est nobis & lancea, & pera, & sica, qua custodiamus cogitationes illæsas. Si canis aduletur quidem ouibus, ferociat autem contra externos & vigilet, virtus est canis: & licet esuriat, non tangat oues: & licet satur sit, non parcat lupis. Talis & ira sit, licet irritetur, mansuetudinem non admittat: licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat. Suum dominum etiam percutientem nõ relinquat, sed agnoscat, alienum autem etiam adulantem impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciant omnes alienum esse. Sic sanè & nos viruturi etiamsi onerosa sit applaudamus, & malitiã etiam si exhilaret, auersemur. Ne simus deteriores canibus, qui flagellati & constricti non desciscunt. Si illos autem & pascat alienus, magis irritauerit.

Est

Est aliquando vtilis ira, sed quãdo latrat contra alie-
nos. Quid est, qui irascitur fratri suo temerè? Hoc
est, ne vlciscere teipsum, neque vindictam exige: si
alium videris pereuntem, porrige manum: non vltra
id tunc erit ira, quando à tua passione liber fueris.
Accepit Dauid Saulem, & iratus fuit: neque infixit lanceam suscepto inimico, sed vltus est diabolum. 1. Reg. 26
Moses quando alienum iniustè agere vidit, etiam oc- Exo. 2.
cidit: quando autem cognatum, non item, sed fratres Num. 12
conciliauit, ab illis autem & repulsus est; tametsi mi-
tissimum illum scriptura testetur, acer tamen erat ni-
hilominus. Nos autem non sic, sed vbi mansuetudi-
nem declarare oportebat, omnibus bestiis sumus fe-
rociores: vbi autem seueros esse, omnibus segniores.
Igitur quoniam his quæ in nobis sunt non vtimur
vt oportet, propter hoc etiam vita nusquam vt opor-
tet instituitur. Sicut & in vasis si alio aliter vtatur
quis, quàm oportet, omnia perdit: vt si quis acce-
pto gladio non vtatur, vt oportet, sed manu hoc fa-
ciat, nihil amplius operabitur, & si vbi manu vten-
dum, gladium adhibeat, omnia perdiderit. Sic certè
& medicus, non incidens vbi oportet, & vbi non
oportet incidens, omnia corrumpit. Ideo oro vt re
hac tempestiuè vtamur. Iræ autem tempus nun-
quam, quando nosipsos iuuamus: si autem alii cor-
rigendi sunt, tunc ea vtendum maximè, vt alios eri-
piamus. Ita & Deo æquales erimus per omnia sol-
liciti, ne iræ simus obnoxii, & futura bona consequa-
mur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Chri-
sti, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, ho-
nor, imperium nunc & semper, & in secula seculo-
rum, Amen.

HOMILIA XVIII.

*His autem auditis dissecabantur in cordibus suis, & stri-
debant dentibus in illum.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ADmiratu dignum eſt, quomodo ex dictis illis non acceperunt occaſionem occidendi illum, ſed adhuc inſaniunt, et quærunt cauſam. Ita ſemper male habent ii, qui iniuſtè agunt. Itaque quemadmodum ſummi ſacerdotes ſecum perplexi dicebant: Quid faciemus hominibus iſtis? ita ſanè & iſti diſſecãtur. Et profectò ille erat qui ſuccenſere debebat, qui nihil quidem iniuſtè egerat, paſſus autem eſt calumniam ac vim ab iniuſtè agentibus. Cæterum calumniatores magis arguuntur etiam hac ratione. Sic verum eſt id quod ſemper dicebam. Malè agere eſt verè malè pati, quamuis ille nihil perperam fecerit, ſed virtutem ſuam demõſtrarit. Ita quando contumelia afficimur, dum non ſumus malè conſcii, nihil patimur. Itaque volebant quidem occidere, ſed hoc non faciunt, eo quòd cauſam honeſtam ſuo facinori prętexere cupiebant. Quid igitur? an non magna qua redarguebat contumelia? Non ille erat autor contumeliæ, ſed ſic accuſabat Propheta. Nónne ſponte etiam remorabantur, ne videantur propterea illum occidere, quemadmodum ſcilicet et Chriſtum, ſed propter impietatem? Hoc autem quod Stephanus loquebatur, pietatis erat verbum. Igitur attentantes etiam illius famam perdere cum morte, diſſecabãtur. Timebãt enim ne iterum noui quippiam circa illum fieret. Deinde quod cum Chriſto fecerunt, id & cum
Mat. 26 Stephano. Et ſicut illic poſtquam dixit: Videbitis à dextris virtutis filium hominis ſedentem: blaſphemiam eſſe dicebant, & teſtes turbas faciebant; ita etiam hoc loco. Illic diſruperunt veſtimenta, hic aures continebant. *Cum autem eſſet plenus ſpiritu ſancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam dei, & Ieſum ſtantem à dextris dei, & ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum, & eiectum eum è ciuitate lapidabant.*] Profecto ſi mentitus eſſet, vt inſaniens, relinquendus erat: ille autem ſic loquens, volebat illos doceri. Et

poſt-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

postquam dixit de morte solum, et de resurrectione nondum dixit, etiam hoc postea opportunè addidit dogma. Ita autem dicit sibi apparuisse, sicut alicubi tractat, vt sic accipiant sermonem: qui quoniam dixerat illum sedere, molestum illis erat, nunc istum de resurrectione sermonem mouet, & inquit illum stare. Ab hoc tempore coniecto & faciem illius glorificatam. Deus enim cum sit misericors, per quæ insidiabantur illi, iisdem volebat prouocare, siquidem nihil amplius factum esset. *Et eiectum extra ciuitatem lapidabant.*] Iterum extra ciuitatem mors, quemadmodum de Christo. Et in ipsa morte confessio, & prædicatio diuulgabatur. *Ac testes deposuerunt vestimenta ad pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum inuocantem ac dicentem: Domine Iesu Christe suscipe spiritum meum.*] Hoc ostendit simul ac docet illos, quòd non perit. *Et positis genibus clamauit voce magna: Domine, ne statuas illis peccatū hoc.*] Quemadmodum defendens, quòd nec priora ex ira dixerit, inquit: Domine: volens hac quoque ratione conciliare illis: nam remittere iram ac furorem cedere, puramq; ab affectione seruare animam, valde acceptum facit sermonem. *Saulus autem consenserat in necem eius. Facta est autem in illa die persequutio magna aduersus ecclesiam quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apostolos.*] Non temerè contigit hæc persecutio, sed singulari dispensatione. Vides quomodo iterum tentationes permittit Deus fieri? Sed vide oro, hinc etiam quomodo dispensantur res. In admiratione fuerunt propter signa, flagellati nihil passi sunt, versati sunt in regionibus, creuit sermo, postea permittit prohibitionem fieri magnam, & fit persecutio non vulgaris, vt ita simul & hos fugent. Timebant enim audaciores illos factos, vt omnibus manifestum existeret, quòd homines fuerunt qui timerentur ac fugerent. Vt enim ne tu post hæc dicas, quòd per gratiam solum bene egerint, licet

CAP. VIII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

persecutionem paterentur, permissi sunt etiam ipsi fieri timidiores, ac illi audaciores. Et oēs dispersi sunt præter Apostolos, inquit. Itaque non frustra dixi, dispensatione quadam factam persecutionem. Si enim non facta esset, neque discipuli dispersi essent. *Curauerunt autem vnà Stephanum viri religiosi, & fecerunt planctum magnum super illo.*] Vel nondum erāt perfecti, vel quòd tanta gratia prædítus erat, ideo & plangunt illum. Simul autem hic ostendit illos homines fuisse, non solum metus, sed etiam luctus & planctus. Quis enim non plorasset videns illum mansuetum agnum lapidari, & iacere mortuum? Iustū illi epitaphium statuit Euangelista, Et positis genibus quum dixisset, clamasset́q; voce magna. Et, Fecerunt planctum magnum super illo. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *Cum esset autem plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, vidit gloriam dei, & Iesum stantē à dextris dei, ac dixit: Ecce video cœlos apertos: & continebant aures suas, et impetum fecerunt vnanimiter in illum.*] Quamuis alias accusatione hæc digna sint, nihilominus cogita quomodo cum qui talia signa fecerat, qui omnes sermone vicerat, qui talia dixerat, fuscipientes, sicut volebant, furorem suum implerunt. At testes posuerant vestimenta sua ad pedes adolescentis, qui dicebatur Saulus. Vide quàm diligenter ea quæ ad Paulum pertinent narrantur, vt tibi mōstret opus dei, quòd postea factum est cum illo: nunc autem ille non solum non credit, sed & plurimis illum manibus homicidarum ferit. Ideo & hoc manifestans dicebat, Saulus verò consenserat in necem eius. Non simpliciter autem orat beatus hic, sed cum attentione. Positis enim, inquit, genibus. Vnde diuina illius & mors facta est. Nam huc vsque permissum erat animabus in inferno esse. Omnes autem dispersi sunt per regiones Iudææ ac Samariæ. Absque metu ac liberè postea Samariæ se committunt, tametsi audierant, In viam gentium ne abieritis. Veruntamen de Apostolis non dicit, ostendens

Mat.10

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dens quòd & hac ratione adduci volentes Iudæos, ciuitatem non reliquerunt, velut & aliis fierent audaciæ autores. *Saulus verò deuastabat ecclesiam per singulas domus, trahensque viros ac mulieres, tradebat in custodiam.*] Magna insania, & quòd ille solus erat, & quòd in domus ingrediebatur, ita animam suam pro lege dabat. Rapiens, inquit, viros ac mulieres. Vide & licentiam, & contumeliam, & insaniam. Omnes quos assequebatur plurimis malis afficiebat, vtpote à cæde factus audacior. *Illi igitur dispersi peragrabãt annunciantes sermonem. Philippus autem vt descendit in ciuitatem Samariæ, prædicauit illis Christum. Intendebãt autem turbæ vnanimiter his quæ à Philippo dicebantur, audientes & videntes signa quæ faciebat. Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebantur exibant, clamantes voce magna. Multi autem paralytici ac claudi sanati sunt: & factum est gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artẽ exercuerat magicam, ac gentem dementarat Samariæ, dicens se esse quempiam magnum, cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes: Hic est virtus dei, quæ vocatur magna.*] Vide oro & aliam tentationẽ quę est à Simone. *Auscultabant autẽ ei*, inquit, *turbæ, eo quòd multo tẽpore magicis artibus dementasset eos: cũ verò credidissent Philippo euangelizãti de regno dei, & nomine Iesu Christi, baptizabãtur viri simul ac mulieres: tunc Simon & ipse credidit. Et quum baptizatus esset, adhærebat Philippo, vidensque signa & virtutes viri, stupens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erãt Hierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannem, qui quum descendissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum, nondum enim in quenq; illorũ illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant sub nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantque spiritum sanctum. Cum vidisset autem Simon, quòd per impositionem manuũ Apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date & mihi potestatem, cuicunque imposuero ma-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus accipiat spiritum sanctum.] Quomodo, inquit, spiritum sanctum illi non acceperant? Spiritum acceperant remissionis, spiritum autem signorum non receperant. Et quòd hoc fit & spiritum signorum non acceperint, vide quomodo hoc cernens Simon, accessit & petiit. Quamuis autem tũc maximè flagrabat persecutio, attamen Deus iterum illos eripuerat, signa illis vt murum præponens. Porrò mors Stephani illorum furorem nõ restinxerat, sed magis auxerat: ideo & dispergũtur discipuli, vt doctrina amplius propagetur. Et vide iterum etiam bona illos accipere & in gaudio esse. Magnũ enim, inquit, gaudiũ factum est in ciuitate, quãuis & luctus magnus factus esset. Ita semper facere solet Deus, & tristibus læta miscere, vt in maiori admiratiõe sint. Multo autẽ iam tẽpore morbo obnoxius erat Simon, vnde neq; sic ab illo liberatur. Quomodo autem illum & baptizauit? quẽadmodum CHRISTVS & Iudam elegerat. Hic videns signa quę fiebant, obstupescit quidem, nõ audet tamen gratiam signorũ petere, quandoquidem videbat etiam alios non accepisse. Igitur quomodo illum non occiderunt, sicut Ananiam & Sapphiram? quia etiam olim is qui in sabbato ligna collegerat, occisus est: vt alij erudirentur, neq; postea alius idem passus est. Sic & nunc Petrus facit, & punitis illis, hunc nõ punit, sed dicit ad eum: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum dei putasti pecunijs parari.*] Et quare non acceperunt spiritum sanctum ij qui baptizarentur? Vel forsan quia Philippus in hoc apostolos breui venturos honorabat, vel quòd hoc donum non habebat. Erat enim ex septem illis, id quod magis videtur dicendum. Vnde mea sententia, hic Philippus vnus ex septem erat secũdus à Stephano. Ideo baptizans spiritum sanctum non dabat, neq; enim facultatem habebat. Hoc enim donum solorum apostolorum erat. Consydera autem quòd illi nõ egressi erant: dispensatum autem est vt ij egrederentur, qui & gratia posteriores erant, propter hoc & nondum

acce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

acceperãt ſpiritum ſanctum. Nam virtutem quidem acceperant faciendi ſigna, non autem dandi aliis ſpiritum ſanctum. Igitur hoc erat in apoſtolis ſingulare. Vnde & præcipuos, & non alios videmus hoc facere. *Vt autem vidit*, inquit, *Simon, quòd per impoſitionem manuum apoſtolorum daretur ſpiritus ſanctus.*] Non ſic dixiſſet, niſi & ſenſibile quiddam factum eſſet. Hoc & Paulus fecit, quando linguis loquebantur. Vidiſti ſcelus Simonis? pecunias attulit, quamuis non vidiſſet pecuniarum gratia illum hoc facere: vnde non ignorantiæ opus erat, ſed tentantis, & volentis accuſationem quærere. Propter hoc & audit:

Non eſt tibi pars, neque hæreditas in verbo hoc. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.] Iterum quæ occulta in animo erant, affert in medium, quoniam ille occultum eſſe putauit. Reſipiſce igitur à malitia tanta, & ora dominum, ſi fortaſſe remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & colligatione iniuſtitiæ video te eſſe. Reſpondens autem Simon dixit: *Orate vos pro me ad dominum, vt nihil eorum quæ dixiſtis eueniat in me.*] Oportebat illum toto corde pœnitentiam agere, oportebat plorare. Ille autem obiter hoc faciebat. Si fortaſſe remittatur tibi, hoc dixit, non quòd non dimiſſum eſſet illi ſi ploraſſet, ſed mos etiam prophetis eſt ſolum denegare, & non dicere, Si autem hoc feceris, condonabitur tibi, ſed quòd omnino erit pœna futura. Tu autem hoc admirare, quomodo in tẽpore calamitatis nihil negligunt, ſed prædicationi incumbunt. Et quodammodo, ſicut ſub Moſe per comparationem fiunt miracula, ita etiam hoc loco. Magia erat, attamen manifeſta hęc ſigna erant, quamuis nullum oportebat eſſe illic dæmoniacum, quandoquidem multo tempore dementarat illos; quoniam autem multi dæmoniaci, multi paralytici, illa non erant vera. Philippus autem non ſignis ſolum, ſed & verbis illos adducebat, de regno & Chriſto loquens. At Simon, inquit, baptizatus Philippo, non fidei gratia, ſed vt & ipſe talis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis fieret adhærebat. *Vt autem illi descenderunt, oraverunt pro illis, vt accipiant spiritum sanctum. Nondum enim erat illapsus cuiquam: tunc imposuerunt manus super illos, & acceperunt spiritum sanctum.*] Vides quòd non simpliciter hoc fit, sed multa opus est virtute, vt detur spiritus sanctus? non enim idem est assequi remissionem peccatorum, & accipere virtutem illam.

Vt autem vidit Simon, quòd per impositionem manuũ apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit illis pecunias.] Nunquid alios vidit hoc facere? nunquid nõ putauit illos esse eius cuius oportebat esse mentis? Ideo bene Petrus & rem donum vocat, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam existimasti donum dei pecuniis possideri.*] Vides vbique puros à pecuniis. *Non est tibi pars neque hæreditas in sermone hoc, cor enim tuum non est rectum coram deo.*] Atque ita per malitiam omnia fecit, at simplicem esse oportebat. *Resipisce igitur, nam in felle amaritudinis & colligatione iniustitiæ video te esse.*] Magnæ iræ verba sunt, non punit autem illum, vt ne postea necessitatis sit fides, vt ne res crudelis esse videatur, vt pœnitentiam introducat: vel etiam quod sufficiebat ad correctionem, arguisse & dixisse ea quæ in corde erant, illumq; confessum quòd deprehensus sit. nam in eo q̃ dicit, *Orate vos pro me:*] simul confitetur ac se profert. Vide quomodo quãuis sceleſtus ille esset, redargutus tamen credidit, quemadmodum & humilis factus, quando iterũ redargutus est. Videns signa quæ fiebant, obstupuit, ostendens mendacium fuisse quicquid ipse faciebat. Non accessit, dixit, sed obstupuit. Et cur nam illud statim non facit? Putauit posse latere, putabat artem esse quod fiebat. Vbi autem non potuit latere apostolos, accessit. *Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebantur exibant, clamantes voce magna.*] Hoc egrediendi signum manifestum erat, signa verò magorum contrario modo se habebant.

Multi autẽ paralytici & claudi sanati sunt.] Nõ erat hoc loco deceptio, sed ambulabant, & agiles erant, vt

opor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oportebat. *Auscultabant autem illi omnes, dicentes: Hic est virtus dei.*] Hoc loco impletur quod à Christo dictum: Multi venient pseudochristi, & pseudoprophetæ in nomine meo. Quare nõ statim illum redargu erunt? contenti erant quòd seipsum condemnabat. etenim & hoc doctrinæ erat. Quoniam autẽ resistere non poterat, simulat, quemadmodum & Magi quando dicebant: Hoc digitus est dei. Vt autem ne iterum in obliuionem veniat, & obscurus sit, ideo & adhæret Philippo, & non separatur. Tu autem velim consideres quanta dispẽsentur per mortẽ Stephani. Dispergũtur per regiones Iudææ ac Samariæ euangelizant verbum, prædicant Christum. Signa perficiunt, paulò pòst accipiunt hi donum. Hoc duplex signum erat. Tunc enim illis dari, & huic non dari, maximum signum erat. *Et illi quidem testificati & loquuti sermonẽ dei, regressi sunt in Hierusalem, & multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.*] Benesic dixit, Testificati. Testificantur enim fortasse propter illum, ne decipiãtur, vt postea securiores fiant, ne propter inexperientiam sæpe simul rapiantur. *Regressi sunt in Hierusalem.*] Quare iterum abeunt illuc? Ibi tyrannis, ibi principium malorum, ibi qui maximè clamabant. Sicut in bellis duces faciũt, & non relinquunt laborantem belli partem, idem & illi faciunt. Vide non data opera discipulos proficisci Samariam, sed occasione persequutionis, sicut & Christi tempore: apostolos verò tum demum eò mitti, postq̃ Samaritani crediderunt. *Auditis autem illis*, inquit, *apostoli miserunt ad illos Petrum & Ioannem.*] Quare nam mittuntur? vt liberent illos à magia, & ita illis doctrinam quam primum à Christo acceperant, in memoriam reducerent. Oportebat igitur aduersarium petere, vt accipiat spiritũ sanctum: at ille quoniam hoc ei non erat curæ, vt det aliis petit, quamuis illi non acceperint hunc, vt ita dent. Sed volebat hic Philippo esse clarior, qui inter discipulos erat. *Argentum tuum sit tecum in perditionem.*] Non imprecã

Mar. 13.

Exod. 8.

tis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis,sed erudientis sunt hæc verba. Quoniam enim illo non est vsus vt oportebat: Tibi,inquit,sit quitalis es:quasi diceret quis, Cum voluntate hac tua simul pereat, & tam parum sentis de dono dei, quod speraſti omnino humanũ esse negocium:nõ est hoc. Iram siquidem accessisset sicut oportebat accedere, & si acceptus esset,& si pernicioſus fuisset,non latuisset. Vides & parua de magnis sentiens duplicia peccat? Duo igitur illi præcipit, *Resipisce & ora, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.*] Ita erat cogitans malum quiddam:propter hoc & dixit,Si forte remittatur tibi,quia sciebat incorrigibilem esse.At ille iterũ timuit multitudinem,& metuit negare. At si non turbatus fuisset,dixisset se nesciuisse & imprudenter egisse, sed obstupefactus fuit:primum quidem quòd captus erat signis,secundò quòd manifestabatur cor eius.Propterea procul postea abiit, nempe Romam, eo & apostoli illuc nõ præuenerant. *Et multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.*] Vide quomodo & itinera illis negociũ afferebant,at non temerè proficiscebantur.

MORALE.

Tales etiam nos oportebat profectiones facere. Et quid dico profectiones? multi oppida habent ac prędia,& non est illis curæ:sed quomodo balnea fiãt, & vt precia crescant,& vt aulæ ac domicilia extruantur,multum solliciti sunt:quomodo autem animę colantur,non item. Et tu quidem si sentes iuxta fulcum videris,secas,vris,perdis: & sic terram liberas à fuo incommodo. Vidẽs autem illos agros plenos spinis, non desecas? Non times & horres dic oro,& de hoc rationem redditurus sis? An non opus est,vt vnusquisq; fideliũ ædificet ecclesiã? vt doctorem asciscat? An non ante omnia hoc considerandũ,vt omnes sint Christiani? Quomodo dic mihi,Christianꝰ erit agricola,videns te sic suã negligere salutem? Non potes facere signa,& persuadere iis quibus illi persuaserũt, misericordia vtere,cura, mansuetudine, affabilitate, aliisq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliisq; omnibus. Ac fora quidē ac balnea faciunt multi, ecclesias autem non item, & omnia magis q̄ has. Ideo oro ac supplico, & gratiam peto, imò & legē pono, vt nullus qui habet villā appareat carere ecclesia. Ne mihi dixeris, prope est, in vicinia est, magnus est sumptus, nō magnum cōmodum: si quid habes insumēdum in pauperes, illuc insume, melius illuc q̄ ibi, ale magistrum, ale diaconū & sacerdotalem ordinē. Quasi ducta vxore vel sponsa, vel elocata filia, sic erga ecclesiā affectus sis, dotem ascribe illi, ita tibi benedictione prædium replebitur. Quid enim non erit illic bonorū? Parúm ne est oro torcular benedici, parúm ne est deū ex omnibus frugibus ac decimis prius partem ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc vtile. Venerabilis erit & presbyter postea, & ad securitatem agri cōducet. Preces illic perpetuæ propter te, laudes & synaxes propter te, oblatio per singulos dies dominicos. Vtrum magis mirandum, quòd alq; extruunt clara sepulchra, vt posteri audiāt quòd ille construxit, an quòd tu ecclesias excitas? Cogita q̄ vsq; ad Christi aduentum mercedem habiturus sis, qui altare dei excitaturus es. Dic enim oro, si rex tibi præcipisset domum extruere, vt illic habitaret, nónne omnia fecisses? Nunc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio, ne sumptum spectes, sed fructum computa. Illi colunt terram, tu cole illorum animas: illi tibi ferunt fructus, tu illos infer in cœlos. Qui initium dedit, hic & omnium aliorum causa est. Igitur & te autore illic erudiētur initiādi, ij qui agro tuo vicini, cum balnea quidem molliores reddant agricolas, institoriæ officinæ delicatiores, attamen facitis hæc propter gloriam. Forum & prætoria publica faciunt impudentes. Hic autem omnia secus fiunt. Quale enim fuerit videre senem ad exemplum Abrahæ incedentem, canum accinctū, & fodientem, & ipsum operantem. quid illo agro desiderabilius? Hic maior est virtus. Non est lasciuia illic, sed abacta est; non est ebrietas, ac voluptas, sed eliminata est,

non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non est vana gloria, sed extincta est, plus illic fulget beneuolentiæ propter simplicitatem. Quanta res est abire & ingredi in domum dei, & videre quòd ipse illam extruxerit, & quiescere in villa securum, & habere deambulationem seruiẽtem corpori, & matutinis vespertinisq; hymnis esse præsentẽ, ac simul prãdentem sacerdotem, simul conuersantẽ, benedictione frui, & alios videre illuc venientes? Hoc fuerit in murum ac securitatem agri. Hic est ager de quo dicit:

Genes. 7. Odor agri pleni cui benedixit dominus: quamuis & præter hoc bona sit villa, propter quietem, propter abundantiam ocij: quòd si templum accesserit, quid illi comparabitur? Villa enim habens ecclesiam, paradiso dei comparatur, non est illic clamor, non est turbatio, non vari inimici, neque sectæ, omnes licet videre amicos, & participes eorundem dogmatum. Ducit te in philosophiam, ab hac philosophia accipiens te presbyter curabit facile: nam hic quæcunq; dixerimus, forum excutit: illic autem quæcunq; audieris, fixa habebis in mente. Alius in agro eris perillum: & illis præsidebit ac erit custos, & vt assint, & vt componant seipsos. Vnde autem est & sumptus, dic mihi? Fac iam paruam domum pro templo, quisequetur te faciet porticum, qui post illum aliam adiiciet, & sic tibi imputabitur totum. Tu das parum, & totius accipis mercedem. Igitur initiũ facito, fundamentum iacito, imò mutuum adhortemini, vt certetis in hac re. Nunc autem domus in quibus paleam & frumentum, & omnia talia reponi oportet, facile extruunt: vbi autem colligere oportet animarum fructus, minimè curant: sed coguntur multis stadiis ire, & magnas profectiones facere, vt in ecclesiã abeant. Quantum autem est bonum cum multa quiete in ecclesiam sacerdotem venire, vt accedat deum, & pro ea quotidie oret ad dominum? Parum est dic oro, in sanctis oblationibus nomen tuum semper referri, & quotidie pro villa preces ad deum fieri? Quantum tibi & ad alia hoc conducit? Contingit quosdam in vicinia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cinia habitare,& habere curatores. Ad te igitur pau-
perem nō dignabitur vllus horum venire:at presby-
terum fortassis vocabit,& mensæ participem faciet.
Vides quanta inde erūt bona? Erit tunc villa ab om-
ni suspicione libera,nullus homicidij,nullus furti ac-
cusabit, neq; aliquid suspicabitur. Habent & aliam
consolationem,siue morbus,siue mors accidat. Non
simpliciter neq; fortuitò etiam amicitiæ fiunt eorum
qui illuc eunt,& congregationes erūt multo aliis cœ
tibus suauiores:non solum autem cōgregationes,sed
& illi qui præsunt per presbyterum sunt magis reue
rendi. Omnino audis quòd Hierusalem olim aliis ci-
uitatibus honoratior fuerit:sed non simpliciter,verū
propter pietatem,quæ tunc præualuerat. Propterea
vbi colitur Deus,nihil est mali:sicut contrà vbi non
colitur,nihil est boni. Multa seuritas erit & apud de-
um,& apud homines. Etiā oro,ne obiter,sed alacri-
ter opus in manus suscipiatis. Ei enim qui educit pre
ciosum à vili quasi os dei erit, qui tot animabus tam
præsentibus quàm futuris, vsq; ad aduētum Christi
prodest,quantam gratiam apud deum habebit? Præ-
sidium extrue contra diabolum. Hoc est enim eccle-
sia. Illinc impetum faciant manus ad laborem,prius
extendantur in precibus,& tunc abeant ad opus: in-
de erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita
omnia mala erunt foris: non potest voluptas verbi
tradi,quandiu opere nondum fuerit suscepta. Ne hoc
spectes,quòd nullam habeat accessionem ac commo-
dum:nam si hoc feceris,nihil facies, si non putas tibi
vtilitatem prædio maiorem accedere, si non sic affe-
ctus es,non operaberis, si non opus hoc cogitas tuis
omnibus preferendum. Quid hac vtilitate maius,ani
mas in aream quæ est in cœlo inducere? Hei mihi, q;
nescitis quantum sit lucrifacere animas. Audi quid
dicat ad Petrum CHRISTVS: Si diligis me, pasce
oues meas. Si oues regias videns,vel equorum armē-
tum,apud stabulum non habere quæ proponātur,ac-
cipies ipse, & extrues stabulum & equile, vel præsi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cies pastorem, quantis te remuneraturus est rex? nũc ouile Christi cõgregas, & pastorem præficis, & non putas magnum quiddam te facere? Quid dico? Si qui scandalizarit vel vnicum, tantas pœnarum minas audit, qui tot seruat non seruabitur? nam quale postea habebit peccatum? etiam si habuerit, non delebit illud? A pœna eius qui scandalum dederit, disce præmium eius qui seruat. Si nõ curæ esset deo etiã vnius animæ salus, non tam irasceretur ob illius perditionem. Hæc igitur sciẽtes, curam habeamus operis spiritualis, & me vnusquisq; vocet, & nos pro viribus simul operabimur. Et si quidem tres fuerint domini, in commune conferant: si autem vnus & aliis vicinis suadeat: tantum vt hoc corrigatur solliciti sitis, vt vbiq; bene placentes deo æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, &c.

HOMILIA XIX.

Angelus autem domini loquutus est ad Philippum, dicẽs: Surge, & vade meridiem versus, ad viam quæ descendit à Hierusalem in Gazam, hæc est deserta: & surgẽs abiit.

VIdentur mihi hæc cõscripta de eo qui à Samaria, non qui à Hierosolymis vadit. A Hierosolymis enim nõ itur ad meridiem, sed ad septẽtrionem. A Samaria autẽ ad meridiẽ est iter. Ista est solitudo. Hoc dicit, vt non terreatur Iudæorũ seditione. Et nõ interrogauit, quare? sed surgẽs abiit.

Et ecce, inquit, vir Æthiops Eunuchus potens Candaces reginæ Æthiopum, qui erat præfectus omni thesauro eius, & venerat adoraturus in Hierusalem. Reuertebatur autem, & sedebat in curru suo, legebatq; prophetã Esaiam.] Magnis laudibus prædicatur ille, quandoquidem & ille in Æthiopia manens, & tantis occupatus negotiis, & cũm non esset festus dies, ageretq; in superstitiosa ciuitate, venit adoraturus Hierusalem.

Magnaq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Magnaq; diligentia erat, quia etiam in curru sedens legebat. *Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & adhære currui huic. Vt autem accurrit Philippus, audiuit illum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Nunquid intelligis quæ legis? At ille dixit: Quomodo possem, nisi quis viam ostenderit?*] Vide iterum aliam pietatem, nescies legebat, & postquam legerat, inquirebat. *Rogauitque Philippum vt ascenderet, sederetque secum. Continentia autem scripturæ quam legebat, hæc erat: Tanquam ouis ad occisionem ductus, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius. Respondens autem Eunuchus Philippo dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiam? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum.*] Vide quomodo res cum illo gerantur: primum legit ac ignorat, deinde legit illud potissimum capitulum, in quo & passio & resurrectio ac donum docebantur. *Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?*] Vidisti alacritatem? vidisti diligentiam? *Iussitque stare currum, & descenderunt in aquam ambo, Philippus & Eunuchus, & baptizauit illum: vbi autem ascenderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit illum vltra Eunuchus: ibat enim per viam suam gaudens.*] Quare inquit, tulit illum spiritus domini? eo quòd & per alias ciuitates transiturus erat, ac annunciaturus. Factumq; est hoc, vt postea in admiratione sit, & ita ne humanum aliquid de illo, sed diuinum existimes. *Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.*] Et ex hoc manifestum, q̃ hic vnus ex septem fuerit. Etenim & postea illic inuenitur in Cęsarea. Vtiliter igitur rapuit illū spiritus, alioqui rogasset Eunuchus, vt simul cū illo profi ciscatur, quē ille cum nondum tempus esset, renuens

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac negans contriſtaſſet. Vidiſti angelos cooperantes prædicationi,& ipſos quidem non prædicantes, hos autem vocantes? Hoc autem mirabile etiam hinc oſtenditur:nam quod olim rarum erat & vix fiebat, id hic perquàm liberaliter fit. Et alioqui prædictum erat illos dominaturos alienigenis:nam quòd fideles ſint fide digni,ſufficit obediẽtiæ aſſuetos etiam ipſos in ſimilem zelum excitari: propter hoc ſanè & gaudens ibat,atque adeò ſi neſciuiſſet,non eſſet gauiſus. Quid autem prohibuiſſet,inquit,omnia illum diligẽter diſcere,& in curru exiſtẽtem, maximè in deſerto? quia res hæc non agebatur ad oſtentationem.Sed videamus iterum quę lecta ſunt. *Et ecce vir Æthiops Eunuchus*, inquit, *præfectus Candaces reginæ Æthiopum.*] Ex hoc manifeſtum,quòd ab ea terra venerat. Nam olim & mulieres imperabãt,veteri quadam lege.Sic neſciebat Philippus quare veniſſet in ſolitudinem,quia & non iam angelus, ſed ſpiritus illum rapit. Nihil autem horum Eunuchus adhuc imperfectus videt,vel quòd hæc non corporis,ſed ſpiritualibus oculis ſpectanda ſint: neque etiam quæ Philippus edocebatur,diſcit. Et quare non ipſi apparet angelus,& ipſum ducit ad Philippum? Quia fortaſſis nõ obediiſſet,ſed ſolum perterritus fuiſſet. Vide Philippi philoſophiam.Non calumniatus eſt, non dixit, Ignoras,ego te docebo:non dixit, Ego hæc accuratè ſcio:nec adulatus eſt,dicens:Beatus es hæc legens,ita á temeritate ac adulatione verbum alienum erat,ſed curam ſe gerere & miſericordem declarabat: oportebat enim illum interrogare, oportebat illum deſiderare.Eſt autem hoc manifeſtè inſinuantis,ſe ſcire hoc quod ille neſciebat,dum dicit:Nunquid intelligis ea quæ legis? & ſimul oſtendit magnũ in his latere ſenſum.Et Eunuchus excuſat, Quomodo enim, inquit, poſſem,ſi quis mihi viam non indicet? Non reſpexit ad ſuum currũ,non dixit: Tu quis es,non redarguit, non inſolenter loquutus eſt, non dixit ſe ſcire, ſed fatetur ignorantiã,ideo & diſcit, monſtrat vulnus medico.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dico. Simul agnoscebat quòd & ille sciebat, & docere volebat. Vidit alienum à fastu, neq; enim claro habitu vestitus erat. Ita erat audiendi auidus, & sermonibus attendebat. Quia & in ipso implebatur. Qui quærit inuenit. Obsecrauit autem, inquit, Philippū, vt ascēderet & sederet cum ipso. Vidisti diligentiā? vidisti desiderium? orat vt ascendat, ac secum sedeat. Sic nesciebat quid esset illi dicturus, sed simpliciter putabat se prophetiam quandam auditurum. Maior autem honor est, quòd nō simpliciter ascendere facit, sed etiam orat. Vt autem accurrisset Philippus, audiuit illum legentem: & cursus, signum est volentis aliquid discere, & lectio, studij. In eo enim legebat tempore, quo solis calor feruentior. Continentia autem ista erat: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Et hoc illius in discēdo cupiditatis indicium erat, quòd prophetam aliis sublimiorem in manibus habebat. Ideo non cum seueritate illi enarrat, sed mānsuetè, imò neq; sic loquitur prius, donec interrogatus est, donec ille obsecrauit. Quemadmodum istud iterum faciens, inquit: Oro te de quo propheta dicit hoc. Mihi videtur, quòd nesciebat quòd de aliis dicunt prophetæ, vel si nō hoc, nesciebat quòd de aliis vt de seipsis loquantur. Confundantur & pauperes & opulenti per illum quæstorem. Deinde venerunt ad aquam, & inquit: Ecce aqua, Id erat animæ valde flagrantis. Quid prohibet me baptizari? Vides illius concupiscentiā. Non dicit, Baptiza me, neq; filet: sed medium quiddam inter desiderium & accipiendi pronitatem loquitur, dicens: Quid prohibet me baptizari. Vide quomodo absoluta dogmata habuit. Etenim propheta omnia continebat, incarnationem, passionem, resurrectionem, assumptionem, iudicium futurum. Quæ sanè magnum illi desiderium ingenerabant. Confundamini quotquot nondum illuminati estis.

Et iussit, inquit, *stare currum.*] Simul dixit & imperauit. *Vt autem ascenderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum:*] Bene, vt diuinum ostēdatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quod factũ,& vt ne putetur homo vulgaris. Et iuit, inquit, viam suam gaudens. Hoc dixit ostendens, q̃ contristatus esset, si cognouisset. Itaque præ multo gaudio, quamuis spiritum consequutus, neque videbat præsentia. Et inuentus est, inquit, in Azoto. Multum hinc & Philippus lucratus est. Nam id quod audiuit de prophetis, de Abacuc, de Ezechiele, ac aliis, vidit in se quoq̃ fieri, qui in minimo tempore expertus sit multum itineris se confeciſſe, quãdoquidem in Azoto inuentus est, & illic postea stat, vbi etiam illum euangelizare oportebat. *Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petit ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad Synagogas, vt si quos inuenisset eius viæ seu viros, seu mulieres, vinctos duceret Hierusalem.*] Opportunè de zelo Pauli hic differit, vt ostendat quòd tum maximè zelo rapiebatur, nondum satiatus cæde Stephani, neque persequutione ecclesię impletus ac dispersione, accedit ad principem sacerdotum, vbi impletur quod à Chri-
Ioan. 16. sto ad discipulos dictum, Quia venit hora, quòd omnis qui occidit vos, arbitratur se obsequium deo offerre. Hic igitur sic faciebat, non vt Iudæi. absit. nam quod zelo faciebat, manifestum ex eo quòd in exteras ciuitates proficiscebatur. Illi autem tantum ea quæ in Hierosolymis erant curabant, solum vt gloriam obtinerent. Quare autem in Damascum ibat? magna ciuitas erat ac regia: timebat igitur, ne & illa ciuitas præoccuparetur. Et videre licet desiderium ac ardorem, quomodo legitimè operatus est: nam accedit ad principem, petit epistolas ab illo, vt quotquot inueniret esse in via. Viam eos qui credebant vocat, qui apud omnes sic tunc nominabantur, fortassis ob hoc quòd viam secabant ferẽtem in cœlum. Quare autem non accepit potestatem illic puniendi illos, sed in Hierusalem ducit? Vt ita cum maiore potestate ibi pœnam de illis sumat. Et vide quali periculo seipsum cõmittebat, attamen & sic timet

CAP. IX.

ne

ne quid mali patiatur. Sanè propter hoc & illos secũ accipit, vt fidentius quotquot viros ac mulieres inue niret, vinctos adduceret in Hierusalem. Et alioquin etiam per viam ostendere spiritus voluit omnibus, suum totum esse, ita illi non operabãtur hoc. Et vide illum etiam in carceres coniicientem. Igitur illi quidem infirmi erant, hic autẽ pro alacritate sua erat potens. *Et quum iter faceret, contigit vt appropiaret Damasco, & subitò circumfulgurauit eum lux de cœlo, collapsúsq; in terrám, audiuit vocem dicentem sibi, Saul Saul, quid me persequeris?*] Quare hoc non est factũ in Hierosolymis? quare non est factum in Damasco? Vt nõ possent istud alíj aliter narrare, sed ille fide dignus vt narret qui propter hoc abierat. Hoc sanè dicit & Agrippæ rationẽ reddens: laborat autem & visu, eo quòd excellens lumen grauare solet. Habẽt enim suas mẽsuras oculi. Dicitur autem excellens sonus surdos facere ac attonitos, sed hunc solum excæcauit, & terrore suo furorem extinxit, ita vt audiret ille ea quæ dicebãtur, Saul Saul, quid me persequeris? Non dicit illi, crede, neq; aliud tale quippiam, sed crimen obiicit. Quid mali, quid aut magnum, aut paruum tibi feci, quòd hæc facis? *Dixit autem: Quis es domine?*] Iam confessus est se esse seruum. *Dominus autem dixit, Ego sum* IESVS, *quem tu persequeris.*] Quasi dicat, Ne putes tibi cum hominibus solis esse certamẽ.

Qui autem cum illo erant, vocem quidem Pauli audierunt, nullum autem videbant cui responderet.] Meritò, nam illos minorum fecit auditores. Nam si vocem illam audissent, nec sic credidissent, & Paulum videntes respondere admirati sunt. *Sed surge, & ingredere in ciuitatem, & dicetur tibi quid debeas facere.*] Vide quomodo non statim omnia illi reuelat, sed solum illius mentem præmitigat: & dum præcipit quid ei faciendum, statim bonam illi spem dat, quòd iturum visurus sit. *Viri autẽ illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem vocem, neminem tamẽ videntes. Surrexit autem Saulus è terra, apertísq; oculis*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neminem videbat, sed manu ducentes illum, introduxerũt Damascum.] Spolium diaboli, vasa eius quasi capta ciuitate ac metropoli quadam introducunt. Et quid hoc mirum? Illi hostes & inimici introducunt illum omnibus videntibus. *Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit, neque bibit.*] Quid huic comparabimus? Consolatio ista adducto Paulo compensabat mœrorem, quem è morte Stephani conceperant. Et erat etiam inde gratum, quòd ille sic abierat. Sic & Samaritanorum ciuitates adductæ, inde multum recreatæ sunt. Et quare, dicat aliquis, hoc non factum est ab initio, sed postea? Vt ostendatur, quòd vere surrexerit CHRISTVS. Qui enim persequebatur illum, & non credebat illius mortem ac resurrectionem, etiam discipulos illius persequens: hic qua nam ratione credidisset, nisi magna fuisset crucifixi virtus? Esto, illi obtemperent, quid dicetes ad hunc? Et aliter: Propterea post resurrectionem accessit, & non statim, vt manifestius illius videatur hostilitas. Qui enim sic insanit vt & sanguinem effundat, & in carcerem cõiiciat, statim credit. Non sufficerat quod non fuerat cum Christo, sed oportebat & vehementer oppugnari ab illo fideles, neque vllam insaniæ excellentiam omittebat. Omnibus hic acrior erat: vbi autem excæcatus est, tunc dominationis & misericordiæ illius coniecturas agnoscit. Vel etiam ne quis dicat, q̃ simularit: quomodo enim de eo qui sanguinarius, & qui sacerdotes accesserat, qui periculis se exposuerat, & etiam exteros afflixerat ac punierat, hoc sentiendũ? Hic igitur post hęc oĩa dominationẽ confitetur. Quare autẽ non in ipsa ciuitate circũfulgurauit illum lux, sed ante illam? Quia multi nõ credidissent, sed irrisissent potius, quandõquidem & suprà quũ audissent vocẽ, dicebant, Tonitru est. Hic autem fide dignus erat, referens quę sibi acciderant. Et ligatus introductus est, non circumpositis illi vinculis, & trahebant illum qui sperabat se alios tracturum. Quare autẽ nõ comedit, neq̃ bibit? Compũgebat se propter ea quæ

Ioan. 12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ea quæ fecerat, cõfitebatur, precabatur, orabat deum. Si autem dixerit quis, hanc rem fuisse coactam, interrogabimus, num & Elymas non istud ipsum passus fuerit. Etiam, sed mãsit vt habebat: quomodo igitur non coactus est? & quid magis cogere poterat terræ motu, qui fuerat in resurrectione, & militibus hoc et multa alia signa nunciantibus, resurrectioneq; cõspecta? At non sunt illa compulsiua, sed docentia. Iudæi quare non crediderunt hæc audientes? quòd vera dixit, manifestum erat. Numquid conuersus esset hoc non factos? atque ita omnes credere oportebat. Non minor erat his qui resurrectionem prædicarant, imò fide dignior erat, quum repente conuerteretur: non apud aliquem fidelem, sed in Damasco conuertebatur, imò ante Damascum hoc passus est. Rogo Iudæum, vnde dic oro, mutatus est Paulus? tanta signa vidit, & mutatus non est? Quis persuasit illi? imò quis repente illi immisit tantam alacritatem, vt & anathema optarit fieri pro Christo? manifesta est rerum veritas, sed vt dixi, confundamur iam, quòd eunuchus illuminatur & legit.

MORALE.

Videris quomodo erat in magistratu, inq; diuitiis, & neque in via quieuit. Qualis igitur erat ille cum esset domi, quum sic in itinere otium non admitteret? Qualis erat in nocte? Quotquot estis in dignitatibus audite, & imitemini humilitatem ac pietatẽ. Quamuis reuerteretur domum, non dixit intra se. Redeo in patriam, illic accipio lauacrum, vt sunt multorũ friuola verba. Non opus habebat signis ac prodigiis, per solum Prophetã credulus factus est. Propter hoc plangit seipsum Paulus, dicens: At propter hoc misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, et vt in me primo monstraret Iesus Christus omnem longanimitatẽ. Dignũ profectò mirari eunuchum illum, non viderat Iesum Christum, non viderat signum. præterea videbat quis status Hierosolymis, & credidit Philippo. Vnde igitur talis fa- 1. Tim. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctus est? Solicita erat anima illius, attendit scripturis, vacauit lectionibus: cū & latro viderit signa, & Magi viderint stellam: hic autē nihil tale viderat, & credidit. Tanta res est, ac tam vtilis scripturarum lectio. Quid igitur Paulus? An non legem meditabatur? sed mihi videtur de industria dilatus, propter ea quæ prius dixi, omnimodis volente Iudæos conciliare Christo: nam si mentem habuissent, nihil ita profuisset eis atq; hoc. Nam hoc plus momenti habebat ad conciliandos eos, quàm signa & omnia alia: quemadmodū contrà nihil æque solet offendere crassiores. Vides igitur dispersis apostolis deum operari signa? Criminabantur Iudæi Apostolos, coniiciebant in custodiā, reliquum erat vt Deus miracula faceret. Et quomodo, vide. Educere è carcere illius signum erat: ducere Philippum, illius signum erat: Paulum adduci, illius signum erat: monstrare se Stephano, illius signū erat. Et consydera quomodo Paulus honoratur, & quomodo eunuchus. Huic & Christus apparet forsan propter duritiā, & quod nō aliter persuasus esset. In his miraculis & nos conuersati, dignos exhibeamus nosipsos. Multi nunc etiam ecclesiam ingressi, ignorant quæ dicuntur. Eunuchus autem & in foro, & in curru vectus, lectioni scripturarum attendebat. Sed vos non hoc agitis: nullus enim vestrum in manibus habet librum, sed omnia potius quàm librum. Quare autem non videt illum, antequam egressus è Hierosolymis, sed postea? Non oportebat illum videre exigi Apostolos, eo q̄ infirmus esset adhuc: neque antea fic erat facile, sicut quando Propheta illum erudiuit. Ita & nunc si quis vestrum voluerit attēdere prophetis, non opus habebit signis. Et si placet ipsam prophe-
Esa.35. tiam videamus quid dicat. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & in humiliatione illius iudiciū eius sublatum est. Hinc didicit q̄ crucifixus est, quòd sublata à terra est vita illius, q̄ peccatum non fecit, quòd potuit & alios seruare, q̄ generatio eius inenarrabilis, quòd petræ ruptæ sint, quòd velum scissum est, quòd

mor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mortui è sepulchris suscitati sunt. Imò hæc omnia dixit illi Philippus, solum à Propheta sumpta occasione. Magna res profectò est scripturarum lectio. Sic illud impletur quod à Mose prædictum est, Sedens & in lecto cubans, & exurgēs ac ambulans memor esto domini Dei tui. Maxime enim viæ quando solitariæ fuerint, cogitationibus nostris dant locum, nullo obturbante. Et hic in via credit, & Paulus in via. Sed hunc nullus trahit, præter Christum. Maius hoc erat quàm quod apostoli agebāt. Hoc autem maius, quoniam cum apostoli essent in Hierosolymis, & nullus esset ex his in Damasco, ascendit illinc persuasus: & Damasceni sciebant, & non à Hierosolymis venerat persuasus: epistolas enim ferebat, ad hoc vt credentes ligaret. Sicut medicus optimus, febre adhuc furente auxilium illi attulit Christus. Oportebat enim illum inter insanientes comprehendi: tunc potissimum concidit, & seipsum condemnauit, & grauia attentarit. Iam iterum operæprecium fuerit sermonem qui vestri gratia assumptus resumi. Quis amabo, scripturarum vsus est? quantum enim ad vos attinet omnino sublatæ sunt. Quis ecclesiarum? Defodi libros, forsan non tale crimen, nō talis pœna. Si quis defoderit illos in stercore, & non audierit eos, non tam contumelia afficit vt nunc fit. Quid enim illic contumelioſum? & illos defodit. Quid autem hic? & non audimus illos. Dic oro, vter nam maiori cōtumelia afficit, qui silenti an qui loquenti non respondet? atq; ita maior nunc est contumelia, quando etiam loquentem non audis, maior est contemptus. Iudæi dicebant prophetis: Ne loquamini nobis vetera. Vos autem peius facitis. Ne loquamini, non facimus. Nam illi auersabantur eos, ne quandā quasi speciem pietatis ex voce eorum perciperent: vos autem præ multo cōtemptu, nec hoc facitis. Credite si manibus iniectis ora nostra obturaretis, nō esset tanta contumelia quanta nunc. Dic enim oro, qui audit ac non obedit, plus contemnit, an qui non audit? Age causam illam de contumelia exquiramus.

Deut. 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus. Si quis illum qui contumelia afficit, contineat, & os obturet tanquam ægrè ferens cõtumelias, alius autem non curet neq; afficiatur, vter magis contemnit, an non hic? Nam ille quidem declarat palàm, q̃ plagam accipit: hic autem quasi os obturat dei. Horretis dictum, sed audi quomodo etiam hoc fit. Os per quod Deus loquitur, os est dei. Nam sicut hoc os animæ nostræ est, quamuis anima non habeat, ita & os Prophetarum est os dei. Audite & horrescite. Stat minister, communis minister, alta voce clamat, ac dicit, Attendamus, & sæpius illam vocem clamat, hæc communis ecclesię est quam ille emittit, & nullus attendit. Post illam incipit lector prophetiam Esaiæ, et neq; sic attendit quis, tametsi prophetia nihil humanum habeat. Deinde auditori pronunciat dicẽs, Hæc dicit dominus, & neque sic attendit quis. Quid dico? Horrenda quædam & terribilia pertractat, & neque sic est qui attendat. Verum quid dicunt plerique? Semper, aiunt, eadem leguntur. Hos vos maxime perdit. Itaque siquidem sciuissetis illa, neq; sic oportebat ab illis recedere, quoniam & in theatris semper eadem fiunt, attamen non fatiamini. Quæ eadem audes dicere, qui neq; prophetarum nomina scis? & non confunderis dicendo, ideo non audienda, quoniam eadem leguntur? Etenim tu confessus es, q̃ eadem dicuntur. Ego si hoc protulissem, te sic accusassem. te igitur oportebat ad aliam defensionem confugere, non ad hanc tuam accusationem. Dic oro, tu non admones filium tuum? Si igitur ille dicat, q̃ semper eadem inculcas: nónne contumeliam esse putares? tunc non oportebat eadem dicere, quando illa & sciuissemus, et operibus declararemus: imò neque tunc superflua lectio. Quid Timotheo simile? Attamen & illi Paulus scribens dicebat, Attende lectioni & adhortationi: non enim fieri potest vt mentem scripturarũ quis exhauriat. Fons enim est immẽsus. An dices, deceptus sum, & tunc recessi à te? Vultis ostendam q̃ non sunt hæc eadem? Quot putatis dissertasse in euangelia, attamẽ

hi om-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hi omnes nouê dixerunt. Quo magis enim quis versatur in illis, hoc clarius cernit, tãtoq; puriore fruitur luce. Ecce quãta dico. Quid est prophetia? dicite quid sunt historiæ? quid est parabola? quid est allegoria? quid est typus? quid est symbolum? quid sunt euangelia? Hoc vnum dicite mihi, quare dicta sunt euangelia? atqui sæpe audistis quòd euangelia nihil durũ habere debeant, hæc autem multa austeritate plena sunt. Ignis illorum nõ extinguetur, inquit, & vermis non morietur. Tunc dissecabit illum, & ponet portionem eius cum hypocritis. tunc dicet, Nescio vos, discedite â me qui operamini iniquitatem. Igitur ne decipiamus nosipsos, putantes hæc nobis more gentilium dici. Nihil ne hæc ad vos? vos autem surdi facti estis, et vultum deiicitis quasi attoniti essetis. Euangelia nihil habere debent quod operandum, sed solum bona consulere: hæc autem innumera habẽt, quę facienda, qualia sanè sunt & id genus. Si quis nõ odio habet patrem suum ac matrem, non est me dignus. *Mar. 9.*

Et non veni mittere pacem super terram, sed gladiũ. Et afflictionem habebitis in mundo, bona sunt hæc scilicet. hęccine sunt euangelia? Euangelium enim est dicere, Hæc tibi erunt bona, quemadmodum & homines inter se dicere solent, vt tale quiddam, Pater tuus veniet vel mater tua. non dicunt: Hoc fac. Iterũ dic mihi, quid differunt hæc â propheticis, quare non & illa dicuntur euangelia? Etenim & illa eadem dicunt: exempli gratia, Saliet vt ceruus claudus. Dominus dabit verbum euangelizãtibus. Dabo vobis cœlum nouum & terram nouam. Quare non & hæc dicuntur euangelia? Quare non & illa dicuntur prophetia? Si autem neq; scientes quid sint euangelia despicitis scripturarũ lectionem, quid vobis dicam? Dicam quid & aliud. Quare non decem? quare non viginti? quare non multi aggressi sunt conscribere euangelia? quare non vnus? quare discipuli? quare hi qui non discipuli? quare etiam omnino scripturæ? quamuis contrarium dicit vetus: Dabo vobis testamentũ nouum. *Mat. 7.* *Psal. 67* *Esa. 65.* *Heb. 8.*

Vbi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vbi sunt qui dicũt semper eadem? Si sciuissetis quòd licet homo plurimis annis viuat, non sunt eadem, nõ dixissetis hæc. credite mihi nihil horum vobis dicerem, nec priuatim, nec publice: sed siquidem inuenerit quis, annuam: si autem non, sinam. Sic enim vos fecerim inutiles semper omnia promptè dicẽs, & quando oportet, non renuens. Ecce habetis quæstiones sufficientes. Consyderate, dicite causam. Quare euangelia, quare nõ prophetiæ, quare facienda in euangeliis & si hic exitum quæstionis non inueniat, alius quærat. Etiam conferte inter vos ea quæ ipsi excogitatis, nos autem posthac silebimus. Nam si dicta vobis nihil profuerint, multo magis neque si alia apposuerimus. Profectò in vas perforatum ingerimus. Hinc etiam vobis maior pœna. Igitur propter hoc silebimus? Id quidẽ in vobis situm est. Si enim viderimus vestrum studium, fortassis iterum loquemur, vt & vos amplius probati sitis, & nos in vobis exhilaremur, in omnibus glorificantes deum ac patrem domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imp. &c.

HOMILIA XX.

Erat autem discipulus quidam in Damasco, Ananias nomine, & dixit ad illum dominus in visione: Anania. At ille dixit: Ecce domine. Dominus autẽ ad illum dixit: Surge, vade in vicum qui dicitur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat, & vidit in visione virũ Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus vt videat.

QVare nam per nullum ex præcipuis Apostolis, hunc vocauit, neque misit ad illius institutionem aliquem ex his? quoniam nõ oportebat illum per homines, sed per Christum erudiri. Quoniam & hic docuit quidem illum nihil, baptizauit autem solum. Simul autem cum baptizaretur, accepit magnam spiritus gratiam ob zelum & alacritatem plurimam. Quòd autem & Ananias valde insignis fuerit, manifestum fit ex his quæ ad illum dicit, & quæ ille respondet, dum dicit, *Domine audiui*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diui ex multis de homine hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Hieruſalem.] Si igitur contra dominum loquutus eſt, multo magis ſi angelus miſſus eſſet. Et propter hoc ante hunc neq; Philippus audit quid futurũ, ſed ſolum videt angelum, & tum demum ſpiritus iubet accedere, & adhærere currui. Iam autem hoc loco metum illius minuit, tantum non dicens, Ecce orat: Cæcus eſt, & tu metuis? Ita & Moſes timet. Vnde magis verba ſunt timentis q̃ non credentis. Et audi verba ipſa: *Domine audiui à multis de viro hoc.*] Quid dicis? Deus iubet, & tu dubitas? Sic nondũ ſciuerunt potentiã Chriſti. *Et hic habet poteſtatem à ſummis ſacerdotibus, vt vinciat oẽs qui inuocant nomen tuum.*] Vnde hoc manifeſtum? Veriſimile erat illos qui in timore erant, curioſiores fuiſſe. Nõ igitur hoc dicit, quaſi neſciat Chriſtus: ſed dubitat quomodo hæc fiant, quũ illa ita ſe habeant. Ita & alibi diſcipuli dicunt, Quis poteſt ſaluari? Et vide quot res gerãtur, vt credat vẽturo. In ſomnio vidit, prędixit illi. Orat, inquit, igitur ne time. Et quare nõ dicit illi, quid factũ ſit? Erudit nos, ne prædicemus opera noſtra. Imò & timentẽ videns, neq; ſic dixit, Ne ſis infidelis: Sed quid? *Surge, vade. Vidit enim in viſione virum qui impoſuit illi manus.*] Ideo, in viſione: quia cæcus erat. Et neq; miraculi excellentia rapuit diſcipulũ: ita metuit. Attamen per illum, Paulum cum eſſet cæcus, videre Deus fecit. *Dixit autẽ dominus ad illum, Vade, quia vas electionis mihi eſt hic, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus filiorum Iſrael. Ego enim monſtrabo illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati*] Non ſolum fidelis erit, inquit, ſed & doctor, & magna dicendi libertate vtetur. *Coram gentibus ac regibus.*] Ita creſcet doctrina, inquit, vt & populos & reges oẽs vincat. *Abiit autẽ Ananias, & ingreſſus eſt in domũ, & poſitis ſuper illum manibus, dixit, Saul frater, dominus miſit me, Ieſus qui apparuit tibi in via qua ibas, vt reſpicias, & implearis ſpiritu ſancto.*] Statim illũ familiarẽ facit noĩe: Ieſus, inquit, qui apparuit tibi in via. Porrò

Mar.10

hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc non dixerat illi Iesus, sed à spiritu sancto didicerat. *Et statim deciderũt ab oculis illius tanq̃ squamæ, Viditq; statim, & surgẽs baptizatus est, & cibo sumpto conualuit.*] Solum illi manus imposuit, & statim squamæ ab oculis illius deciderunt. Has quidam dicunt cæcitatis illius fuisse causam. Et quare non excęcauit illius oculos? Hoc admirabilius erat. Nam & apertis oculis non videbat id quod patiebatur à lege, donec nomen appositum est Iesu. *Et statim*, inquit, *baptizatus est, & sumpto cibo conualuit.*] Igitur infirmus factus erat, & ex itinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristitia. Volens igitur illius augeri tristitiam, cæcum manere permisit, donec venit Ananias: & vt ne quis putet, cæcitatem phantasiam esse, propter hoc erant squamę. Igitur non opus habebat alia doctrina: sed quod acciderat, doctrina erat. *Fuit autem Saul cum his qui Damasci erant discipulis diebus tribus, & statim prædicabat Christum, quòd hic est filius Dei.*] Vide statim doctor factus est in synagogis. non erubescebat mutationem, neq; formidabat destruere ea in quibus antea clarescebat. Non simpliciter erat doctor, sed etiam in synagogis. Ita ab initiis homo erat & occidens, & ad cædes cõpositus. Vides vt manifestum signum in illo factum. Hoc ipso & omnes obstupefacere faciebat. Ideo & hoc manifestans addit, ac dicit:

Attoniti autem sunt omnes qui audierant, dicebantq;: Nónne hic est qui expugnabat in Hierusalem inuocantes in nomine hoc? Et huc ideo peruenit, vt ligatos ducat ad summos sacerdotes. Saulus autem magis confortabatur, & confudit Iudæos qui habitabant in Damasco, conuincens quòd hic est Christus.] Vtpote in lege edoctus obturabat illos, & non sinebat loqui. Liberati à Stephano, putarunt se liberatos ab huius rei disputatione, et nunc alium inuenerunt Stephano potentiorem. Sed videamus iterum ea quæ de Ananía. Non dixit ad illum, Loquere, ac doce illum. Nam si quum dixisset, orat, & vidisset virum impositis illi manibus, nõ credidit; multo magis si hoc dixisset. Vidit, inquit, in visio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

visione. Et ita ne de hac re dubites, Ne igitur timeas, sed vade. Sic neque Philippus tunc totum statim audiit. Quia vas electionis mihi est hic. Ita agit qui timorem omnem excutit, & fidere persuadet, quando quidem de illo sensurus erat melius, quia & passurus erat. Vt autem dixit, vas: ostendit quod non sit naturalis illius malitia. Electionis addidit, quo ostendat & probatum esse: nam quod probatum est, eligimus. Ne igitur quis hæc audiens, putet quòd non credens his quæ dicebantur, hæc dicat Ananias, vel putet delusum Christum. Absit. Sed timens ac tremens neq; attendebat dictis, audito nomine Pauli: ita corripuerat metus illius animam, vel solo nomine audito. Quamuis quum audisset quòd excæcasset illum, oportebat fidere. Et huc ob istuc ipsum, inquit, venit, vt omnes inuocantes nomen hoc ligaret. Quasi diceret, Timeo ne fortasse me in Hierusalem ducat. Quid me proiicis in os leonis? Quur me huic prodis? Timens hæc dicit, vt discamus vndique virtutem viri. Nam hoc à Iudæis dici, haud mirum fuerit: at quòd ab hoc et tam territo, maximum esse indicium virtutis diuinæ ostenditur. Saul frater, hic & timor factus est magnus, & obedientia maior post timorẽ. Deinde postquam vas electionis dictus est, vt ne dicas totum esse dei, abducens te ab hoc, apponit quod sequitur, dicens: Vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, filiisq; Israel. Audiuit quod valde desiderauit Ananias, quod & Iudæis oppositurus se esset. Ideoq; non solum gaudio, sed & fiducia impletur. Ego enim ostendam illi quę oporteat illum pro nomine meo pati. Hæc prædicens, simul inhortatur. Nam si ille tanta passurus est, qui adeo insaniit, tu illum ne baptizare quidẽ vis, vt videat? Bene habet, inquit, sine illũ cæcum esse: propter hoc nunc mansuetus est, quia cæcus est: quid me iubes illius aperire oculos, vt iterum liget? At ne timeas. Apertione enim nõ contra nos, sed pro nobis vterur. Ad illud vt respiciat, insuper & hæc adiiciuntur: Ne timeas. Nihil faciet vobis graue,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sed etiam patietur multa. Et hoc sanè admirabile, quia prius patietur, & tunc incidet in pericula. Saul frater, dominus Iesus qui apparuit tibi in via, misit me. Non dixit, qui excæcauit: sed qui apparuit. Ita solebat modeste & nihil insolentius loqui. Igitur sicut Petrus curato cæco dicebat, Quid in nos intenditis, quasi nostra virtute vel pietate fecerimus illum ambulare? Ita & hic, Iesus qui apparuit tibi, quum imponeret manus hæc loquebatur, & duplex cæcitas soluebatur. Vbi autem dixit, quod sumpto cibo conualuit, declarauit quòd infirmatus fuerit nimio mœrore, cæcitate, timore & fame. Neque antea cibum sibi dari permittebat, donec baptizatus magnorum donorum particeps factus est. Et non dixit Iesus crucifixus ille, filius ille dei qui signa facit. Sed quid? Ille qui apparuit tibi, propter ea quæ illi nota erant: quoniam & Christus ipse nihil amplius apposuit, neque dixit, Ego sum crucifixus ille qui surrexi: sed, quem tu persequeris. Non dixit, quem persecutus es, vt ne putetur ei quasi insultare ac illudere. Qui apparuit tibi, inquit, in via. Veruntamen non apparuit, sed per opera visus est. & volens sermonis molestiam mitigare, statim addidit, vt videas & implearis spiritu sancto. Nunquid quod factum erat improperabat? Non. Sed daturum se gratiam, inquit. Mihi videtur & hunc & Cornelium statim quum dicerentur hæc ad illos, spiritus sancti gratiæ factos esse participes: tametsi hic is qui dedit, non fuerit vnus ex duodecim. Ita nihil vel humanum ex omnibus quæ in illo, vel per hominem factum est: sed deus aderat, qui hoc faciebat. Interim autem & illum erudit, vt modeste se gerat, non ducens illum ad eximios apostolos. Et ostendit quòd nihil hoc loco humanum, neque tunc assequutus est spiritum qui faciebat signa, vt & sic fides illius ostendatur: non enim miracula fecit. Et statim, inquit, in synagogis prędicabat Christum, quòd hic est filius dei. Nō quòd surrexit, prædicauit: neq; q̄ viuat. Sed quid? Valde euidenter exponebat hoc dogma,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ma, ꝙ hic eſt filius dei. Qui autẽ hęc audiebant, adhuc in incredulitate perſiſtebant. Oportebat autẽ non credere ſolum, ſed etiã obſtupeſcere. Et quare nam non ſimpliciter ꝙ perſequutor fuerit, dicunt: ſed ꝙ expugnet inuocantes nomen hoc? Valde furibundum per hoc declarabant: & non dicebant Ieſum, præ inuidia, neque nomen audire ſuſtinentes, ita erant exaſperati. Et huc propterea venit. Nõ poſſumus dicere, inquit, ꝙ prius cũ Apoſtolis fuerit. Vide quomodo per multa teſtificatio fit, ipſum Paulum eſſe ex numero hoſtium. At ille nõ ſolum nõ confundebatur propter hoc, ſed & gloriabatur. *Saulus autem magis corroborabatur, & confundebat Iudæos.*] Hoc eſt, ora eorum obturabat. *Confirmãs quòd hic eſt Chriſtus.*] Docebat, inquit: doctor enim ſtatim erat. *Vt autem impleti ſunt dies, ſat multi conſpirauerunt Iudæi vt occiderent illum.*] Iudæi ad validum ſyllogiſmum redeunt. Non enim iam ſycophantas & accuſatores & falſos teſtes inquirunt. Neꝙ enim vltra illos ferunt. Poſtea illi per ſeipſos hoc faciũt. Nam quoniam videbant rem augeri, neꝙ iudiciũ adhibent. *Innotuerunt autem Saulo inſidiæ illorum, obſeruantes portas dies ac noctes, vt occidãt illum.*] Quare? quia ſignum hoc iam factum præ omnibus intolerabile erat, etiam eo quòd quinꝙ & tria millia crediderant, & in ſumma, omnibus. Et vide illum iam non gratia ſeruari, ſed humana ſapientia, vt diſcas virtutem viri, etiam abſqꝙ miraculis clareſcentis. *Diſcipuli autem acceperunt illum noctu, & dimiſerunt per murum ſubmittentes in ſporta*] Meritò vt res ſuſpicione careat. Quid igitur? Poſtquam graue periculũ effugit, nunquid ceſſat? Minime: ſed vadẽs hinc, magis illos accendit. Nam ꝙ vere crediderat, multi adhuc non credebant. Propter hoc poſt dies ſat multos hoc fit. Quid ita? Veriſimile illum nondum voluiſſe inde proficiſci, multis forſan admonentibus. Vbi autem hæc didicit, tunc permiſit diſcipulis ſuis. Etenim ſtatim habebat diſcipulos. Hoc inſinuans dicebat, præfectus Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatem ap-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prehendere me volens. Et vide Euangelistam nihil superbe dicentem, neque claritudinem Pauli indicantem, sed solum qꝫ instigarunt regem. Illum igitur solum emiserunt, & nullum cum illo, idqꝫ perquàm vtiliter, vt ipse apostolis in Hierusalem se ostendat: imò illi quidem emiserunt, vt deinde ipse sibi adesset, & se seruaret. Ipse vero contrarium faciens, ad insanientes statim transiit. Hoc est accensum esse, hoc est magis feruere. Et cõsydera quomodo sequitur. A primo statim die seruat præceptum quod audierant Apostoli, Nisi quis tulerit crucem suam, & sequatur me. Igitur qui post alios venerat, magis quàm alii feruebat, & opere implebat illud: Cui dimittitur multum, magis diliget. Vnde quo posterius venit, hoc magis dilexit. Et propter hoc etiam priorem vitam suam fugillans, sæpe seipsum notabat, nihil satis esse putans ad priora occultanda. Confirmãs, inquit, hoc est, cum mansuetudine docens. Et vide qꝫ nõ dicũt illi, Tu es qui expugnas, quare mutatus es? confundebantur enim, sed inter seipsos dicebãt. Dixisset enim, & multo iustius: Hoc vos maxime docere oportebat, quoniam & apud Agrippam sic rationem reddit.

Mat. 10

MORALE.

Hunc imitemur oro & nos, & contra omnia pericula simus parati. Et quomodo, inquit, ille fugit? Nõ erat opus timoris, sed seruabat seipsum verbo. Si timidus fuisset, non venisset in Hierusalem, neque statim suscepisset doctrinam, remisisset alacritatem. At qui non erat timidus, sed prudens, & temporis obseruator, edoctus passione Stephani. Proinde non putabat magnũ mori pro prædicatione, nisi cũ magno lucro hoc fiat: homo neqꝫ Christum videre volens, quẽ maxime omnium videre cupiebat, quoniam nondũ suum erga homines ministerium impletum erat. Talem oportet esse Christiani animam. Statim ab initio et ianua ostendebatur Pauli effigies, imò et antea per ea quæ non secundum scientiam faciebat, sed humana ratione motus. Nam quum post tantum tempus

noluit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noluit dissolui, multo magis in initio negotiationis nuper è portu egressus. Non eripit autem illum periculo Christus, sed permittit, quoniam vult etiam humana industria pleraq; fieri. Et aliter. Permittit vt discamus quòd & illi homines fuerint, & q̃ nõ vbique gratia operabatur: alioqui si hoc non fuisset, simpliciter habiti essent stipites, propter hoc & illi in multis dispensabant & operabantur. Hoc & nos faciamus & ita fratrum salutem optemus. Hoc non minus fuerit martyrio, nihil deprecari pati propter multorum salutem. Nihil adeo lætificat deum. Iterũ dicam, quod sæpe dixi, quoniam valde istud velim, quoniam & Christus faciebat, de remissione admonens, ac dicẽs, Quando orauerit is vos, remittite si quid contra aliquem habetis. Iterum Petro loquens, inquit, Non dico tibi, q̃ remittas solùm septies, sed vsque septuagiessepties. Et operibus remisit, quæ in illum delicta sunt. Sic sanè & nos, quoniam scimus scopum christianismi esse, semper de illo loquimur. Nihil frigidius Christiano, alios non seruante. Non potes hic paupertatem dicere. Quæ enim duo minuta dederat accusabit. Et Petrus dicebat, Argentum & aurum non habeo. Et Paulus ita erat pauper, quòd & sæpe esurierit, & necessario alimento habuerit opus. Non potes ignobilitatem dicere, etenim etiam illi ignobiles fuerunt & ex ignobilibus. Non potes prætexere, q̃ idiota sis, nam & illi erant illiterati. Licet seruus sis, licet fugitiuus, poteris quod tuum est implere: quando quidem & Onesimus talis erat: sed vide quò illum vocet, et in quantam dignitatem prouehat. Vt communicet mihi, inquit, in vinculis. Nõ potes infirmitatem dicere, quoniam & Timotheus talis erat, frequentes habens infirmitates. Quòd autẽ infirmus fuerit, audi, Vino modico vtere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Potest vnusquisque proximo suo prodesse, si voluerit quod sui est implere. Non videris arbores steriles quòd sint validæ, quomodo pulchræ, proceræ, leues ac sublimes?

Mat. 6.

ad Phil. 1.

1. Tim. 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mes? At si hortum haberemus, vellemus malagra-
nata & oliuas habere frugiferas, & multo magis q̃
illas. Illę etenim ad voluptatem magis sunt, quàm ad
vtilitatem. Et vtilitas autem parua quædam est. Ta-
les sunt qui solum consyderant ea quæ sua sunt, imò
neq; tales: nam hi ad incendium parati sunt, alioqui il
læ etiam ad ædificium & ad rerum securitatem. Ta-
les fuerunt etiam virgines, castæ quidem & ornatæ
ac modestæ; at nulli vtiles, ideo & exuruntur. Tales
sunt qui non pauerunt Christum. Vide enim horum
nulli improperari sua peccata, non q̃ scortati sint, nõ
q̃ peierarint, nihil omnino, sed q̃ alteri non fuerint
vtiles. Talis erat qui talentum defoderat, irreprehen-
sibilem quidem exhibens vitam. Qui autem alii non
est vtilis, dic mihi quomodo erit Christianus? Si fer-
mentum commixtum farinæ, non commutauerit to-
tum in alium habitum: nunquid fermentum tale est?
Quid etiam si vnguentũ non implerit odore acceden
tes, vnguentum ne dicemus? Ne dicas impossibile est
mihi adducere alios: nam si fueris christianus, impos-
sibile est vt hoc non fiat. Nam sicut ea quæ in natura
contradictionem non habent, ita etiam hæc. Etenim
in natura Christiani situm est hoc, ne afficias contu-
melia deum. Si dixeris quòd sol nõ potest lucere, con
tumelia illum affeceris. Si dixeris quòd Christianus
non potest prodesse, contumelia affecisti deũ, & men
dacem dixeris. Facilius enim est quòd sol non calefa-
ciat, neque luceat, quàm Christianum non lucere. Fa-
cilius est lucem esse tenebras, quàm hoc fieri. Ne igi-
tur dicas q̃ sit impossibile. Impossibile enim contra-
rium est. Ne igitur contumelia afficias deum, si quod
nostrum est recte perfecerimus, omnino erunt illa, &
quasi naturale quoddam opus sequetur. Non potest
latere lux Christiani, nõ potest occultari lampas tam
clara. Itaque ne simus negligentes. Etenim sicut à vir
tute lucrum ad nos, & ad eos qui vtilitatem capiunt,
transit; ita & à malitia duplex damnum, & in nos, &
in eos qui offenditur, venit. Sit quispiam, si vis, idio-
ta,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta, innumera à quodam passus, & non illum vlciscatur, sed & benefaciat. Quia doctrina hoc nō fuerit validius, quibus sermonibus, quibus admonitionibus? quem furorem extinguere & suffocare non valeret? Itaq; hoc scientes, possideamus virtutē, eo q̄ nō possumus aliter seruari, q̄ cum his bonis operibus hanc vitā perficiētes, & vt futura bona assequamur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cū quo patri simul sanctoq; spiritui gloria, imperiū, honor, nunc et semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXI.

Vt autem Saulus venit Hierusalem, tentauit adhærere discipulis, & omnes timebant illum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehēsum illum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via viderit dominum.

REcte hoc loco dubitatur, quomodo in epistola quidem ad Galatas dicit, Non abii Hierusalem, sed in Arabiam & Damascum, & quod post tres annos ascēderit, vt videret Petrum. *Gal. 1.*
Hic vero contrariū dicit, q̄ Barnabas duxerit illum ad Apostolos. Vel igitur hoc dicit, Non abii vt moram facerem. Dic enim illic, nō acquieui carni & sanguini, neque abii ad eos qui ante me erant Apostoli. Vel si non hoc, quia insidiæ erant in Damasco, postquam ille venit ab Arabia factum est, inquit. Deinde iterum ascendit postquam inde venisset. Sanè ipse nō abiit ad Apostolos, sed discipulis adhærere tentabat, vtputa nō doctor, sed discipulus existens. Igitur non propter hoc ascēdit, vt abiret ad eos qui ante se: neque enim ab illis quicquā didicit. Vel hunc ascensum nō dicit, sed relinquit, vt sic accipiamus: abiit in Arabiam, deinde venit in Damascum, postea in Hierusalem, postea in Syriam. Vel si non hoc, iterum sic: ascendit in Hierusalem, dein in Damascū, emissus deinde in Syriam, postea in Damascum iterum, mox in Cæsareā, & tūc post quatuordecim annos, fortè quan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

do fratres adiit cum Barnaba. Vel si non hoc, aliud dicit tempus: historiographus enim multa succidit, & multa tempora congerit. Vide quomodo non est ambitiosus, neq; narrat visionem illam, sed præterit. Iterum autem sic incipit, ac dicit; *Cum veniſſet autem in Hieruſalem, tentauit adhærere diſcipulis qui timebant illum.*] Et ex hoc iterum feruorem Pauli ostendit, nō ab Anania, neque ab his qui illic admirabantur eum, sed ab his qui Hierosolymis erant: neq; enim hoc humanæ expectationis erat. Et vide illum non ad Apostolos euntem propter modestiam, sed ad discipulos, vtpote discipulum existentem, nondum enim fide dignus putabatur. *Barnabas autem aſſumens illum duxit ad Apoſtolos, et narrauit illis quomodo in via vidiſſet dominum.*] Barnabas ille mitis quidam & mansuetus homo erat. Filium autem consolationis interpretari quis posset ex nomine, vnde & amicus Paulo factus est. Quòd autem valde commodus erat & facilis, hoc ex his quæ in manibus, & quæ cum Ioanne aguntur, manifestum est; & propterea hic non metuit, sed narrat quomodo in via viderit dominum, & q̃ locutus sit illi, & quomodo in Damasco libere egerit in nomine domini Iesu. Verisimile enim quòd ille etiam in Damasco audierit de illo: ideo & hæc tanquã præparatoria fecit, operibus confirmãs ea quæ dicta erãt. *Et cum illis verſabatur Hieroſolymis, libere loquens in nomine Ieſu. Et loquebatur & diſputabat cum Græcis.*] Quoniam discipuli metuebant illum, Apostoli verò non credebant illi, propterea metum illorum tollit. Loquebaturq; & disputabat cum Græcis. Ἑλληνιστὰς Græcos dicit, qui græce loquebantur: idque valde sapienter. Neque enim videre illum voluerunt Iudæi: quidam verò etiam conabantur eum occidere. Magnæ alacritatis, victoriæq; potẽtis hoc indicium erat, etiam illos valde mœstos factos ob id quod acciderat. *Vt autem cognouerũt fratres, deducunt illum Cæſaream*] Propter timorem hoc faciunt. Metuentes enim, ne postea idem cũ illo fiat, quod cum Stephano,

dedu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deduxerunt illum Cæsaream, & emiserunt Tarsum. Licet propter metū, attamen emittunt, simul & prædicaturum, & securiorem futurum in sua patria. Vide autem oro, quomodo non omnia gratia fiunt, sed permittit illos Deus etiam propria sapientia multa moderari ac facere, humano more. Si enim ab ipso factum est hoc, multo magis ab illis. Permittit hoc vt ignauorum prætextum auferat. *Itaque ecclesiæ per totam Iudæam & Samariam habentes pacem ædificabantur, & ambulabant in timore domini, & consolatione spiritus sancti implebantur.*] Vt igitur ne quis ex timore hoc factū putet, prius, vt habuerint ecclesiæ, narrat, ostendens quòd persequutionis tempore Hierosolymis erat: vbi autem res ecclesiæ vbiq; in pace, tūc postea & Hierusalem relinquit: adeò feruens & alacer erat. Non enim quoniā pax erat, putabat nihil opus suo aduentu. Et propter quid, inquit, hoc facit, & venit quum esset pax, & postquam Paulus abiit? Quia istos reuerebantur maximè, vtpote sæpius commendatos, & multitudini admirabiles, illum autem contemnebant, & magis in eum duri erant. Vidisti quomodo pax bellum sequuta? imò vidisti quid fecerit bellum istud? Dispersit pacem faciētes per Samariā, confusus est Simon in Iudæa, Sapphira punita est. Igitur non quia pax erat, remissiora erāt negocia, sed talis erat pax, vt & cōsolatione haberet opus. *Factū est quum Petrus transiret per omnes, descendit etiam ad sanctos qui habitabant in Lydda.*] Quēadmodum dux in exercitu obambulans cōsiderabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quæ suo aduentu egeat. Vide vbique illum circumcursare, & primum inueniri. Quando eligendus apostolus, hic primus: quando loquendum Iudæis, non apostolos esse ebrios: quando curandus claudus, quando concionandum, hic præ aliis est; quando agendum contra principes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra sanationes fiebant, hic erat. Et vbi quidem erat periculum, hic: & vbi moderatio. vbi autem tranquillitates res erant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plenæ, communiter omnes. Sic non exigit honorẽ maiorem. Iterum quando fieri miracula opus erat, ipse prosilit. Et hic iterum ipse per se laborat, & iter facit.

Inuenit autem illic hominem quendam Æneam nomine ab octo annis decumbentem in lecto, qui erat paralyticus, & dixit illi Petrus. Ænea, sanat te CHRISTVS; *surge & sterne tibiipsi. Et statim surrexit.*] Et quare nõ expectauit fidem viri, neq; interrogauit, vis sanus fieri? Maxime igitur ad multorum consolationem factum est hoc miraculum. Itaq; audi quantum lucrũ. Subdit enim dicens, *Et viderunt omnes qui habitabant Lyddam & Assaronem, quotquot conuersi erant ad dominum.*] Bene sic dixit. Insignis enim vir erat, vnde argumentum dat signi, vt tollat lectum. Etenim non solum ab infirmitatibus liberabant, sed etiam cũ sanitate vires conferebant. Et aliter: Et tunc nõdum indicia suæ virtutis exhibuerant: & ita merito non exigebatur à viro fides. Itaq; quemadmodum CHRISTVS incipiens à signis non exigebat fidem, sic neq; illi. Nam in Hierosolymis quidem, meritò fides illorum prius exigebatur, vnde & propter fidem, quotquot morbis obnoxij erant, in viam exponebantur, nempe vt venientis Petri vel vmbra quempiam illorũ obumbraret: multa enim facta erant illic signa. Hîc autem hoc primum contigit. Nam signa quædã fiebant, vt allicerentur alij, quædam vero pro crédentium consolatione. *In Ioppe aurẽ erat discipula quædam nomine Tabetha, quæ si interpretetur, dicitur Dorcas: hæc erat plena operibꝰ bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, quòd cũ ægrotasset illa, mortua est. Lotam autem illam posuerunt in cœnaculo. Quia autem prope erat Lydda Ioppe, audientes discipuli quod Petrus esset in illa, miserunt duos viros obsecrantes, ne differat venire vsque ad se.*] Quare expectauit vt moreretur? quare non & ante hoc Petrus rogatus? Indignum censebant, pro talibus discipulos solicitos esse, & à prædicatione auellere. Quoniam & propter hoc dicit, quòd propè erat: & ita monstrat,

quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ vt rem ſuperuacaneam hoc petiiſſent. Diſcipula enim erat. *Surgens autem Petrus venit cum illis, quẽ, vt venit, adduxerunt in cœnaculum.*] Non orant, ſed illi permittunt, vt à ſeipſo vitam illi concedat. Ita hîc impletur, ꝙd eleëmoſyna liberat à morte. *Et ſteterunt circa illum omnes viduæ plorantes, & monſtrãtes tunicas & veſtes, quas fecerat Dorcas quum eſſet cum ipſis.*] Ducunt Petrum eò vbi ſita erat mortua, fortaſſe putantes aliquid illi ad doctrinã dari. Vidiſti quãtum argumentum factum? Non ſimpliciter autẽ additum eſt nomen mulieris, ſed vt diſcamus quòd habuerit nomen ex re, ita vigilans ac ſobria vt Dorcas. Multa enim nomina ſingulari diſpenſatione indita ſunt, vt ſæpe vobis dixi. Plena erat, inquit, operibus bonis & eleëmoſynis quas faciebat, Magnum mulieris encomium, quandoquidem vtraque ſic faciebat, vt vtriſq; plena eſſet: manifeſtum autẽ ꝙ primum illorum, ac tum demum huius curam gerebat. Quas fecerat, inquit, Dorcas quum adhuc eſſet cũ ipſis. Multa humilitas: non enim ſicut nos agebant, ſed cõmuniter omnes erant, magnam eleëmoſynæ habentes rationem. *Eiectis autem foras omnibus, Petrus poſuit genua ac orauit, & conuerſus ad corpus dixit, Tabetha ſurge. Illa autem aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſedit.*] Curnam omnes eiicit? planè ne lachrymis eorũ conturbetur ac confundatur. *Et poſitis genibus orauit.*] Hoc indicium erat attentæ & ordinatæ orationis.

Et apprehenſa, inquit, *manu.*] Hîc oſtendit per partes, primo vitã, deinde virtutẽ quæ inducebatur: illã per verbũ, hanc per manũ. Data autẽ illi manu excitauit illã, & vocatis ſanctis ac viduis cõmendauit illam viuentẽ. Aliis quidem ad conſolationem, ꝙ acceſſent ſororẽ, & quòd vidiſſent miraculum: aliis autem vt præeſſet. *Notum autem factum eſt per totam Ioppen, & multi crediderunt in dominum. Factum eſt autem, quum manſiſſet ille ſat multis diebus in Ioppe apud Simonem quendam coriarium.*] Vide humilitatem ac manſuetudinem Petri, quòd non apud hanc manet, neq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neq; apud alium quendam insignem, sed apud coriarium: per omnia nos in humilitatẽ inducens, & neq; viliores confundi permittens, qui & propter hoc cẽ suit transeundum., quoniam illius doctrina opus habebãt credentes. Videamus iterum quæ supra dicta. Tentabat, inquit, adhærere discipulis. Non impudẽter accessit, sed submisse. Discipulos autẽ vocat etiã eos, qui non erãt in choro duodecim, eo quòd omnes tum propter eximiam virtutem discipuli vocabantur. Erat enim manifesta illorum imago. Et omnes timebant illum, inquit. Vide quomodo metuebant discipuli, quomodo adhuc metus vigebat. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit illis. Mihi videtur Barnabas antea illi fuisse amicus. Ideo & omnia narrat, quæ illi contigerant. Nihil autem horum ille dicit: opinor autem quòd & ad alios hoc non protulisset postea, nisi quædam fuisset necessitas. Et versabatur cum illis in Hierusalem, libere loquens in nomine domini Iesu. Hoc & aliis dabat fiduciam. Vides & illic & ibi alios parãtes & vrgentes vt ille abiret, & nusquam eum seruari diuinitus. Itaque illius ostenditur alacritas: & non videtur mihi terrestre iter facere, sed iam nauigare: & id quoque singulari dispẽsatione fit, vt ipse & illic prædicet. Vnde & insidiæ Iudæorum, & ipsius aduentus in Hierusalem, similiter singulari dispensatione non caruit, vt credibilia magis fierent, quæ ei acciderant. Loquebaturq; & disputabat cum Græcis. Et habentes, inquit, pacem ecclesiæ ædificabantur, & ambulabant in timore domini: hoc est, creuerũt, & etiam inter seipsas veram habebant pacem. Meritò: nã inultum afflixerat eos externum bellum. Et consolatione spiritus sancti implebãtur. Consolabatur illos spiritus & per miracula & per opera, & absq; illis vnũquenq; per se. Factum est autem quum Petrus transisset, vt descenderet in Lyddam, inuenit illic hominẽ decumbentem, ac dixit illi, Ænea sanet te IESVS CHRISTVS. Non hoc ostentantis, sed fidentis verbũ est, q;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est, ꝙ futurum esset. Mihi autem videtur, quòd huic verbo credidit infirmus, & factus est sanus. Quòd autem absque fastu factum sit, manifestum etiam ex sequentibus. Alioqui non dixisset, In nomine Iesu. nūc vt signum magis istud narrat. Viderunt autem qui habitabant Lyddam, & conuersi sunt ad dominum. Itaq; non frustra dixi, vt persuaderentur, & consolationem acciperent, facta esse miracula. In Ioppe autē erat discipula quædam, inquit, nomine Tabetha. Factum est autē in diebus illis, ꝙ illa infirma facta mortua est. Vides vbiq; signa fieri? non simpliciter mortua est, sed quum diu infirma fuisset. Ideo & Petrum non vocant, donec defuncta est. Vbi verò audierunt discipuli, miserunt obsecrantes ne differret trāsire vsque ad ipsos. Vide, per alios mittunt ac vocant. Ille autem obtemperat ac venit: neq; pro indignitate habet vocatum esse. Tam magnum bonū est afflictio. Hoc coniungit animas nostras. Nusquam planctus illic, nusquam lamentum. Lotam illam, inquit, posuerunt in cœnaculo. Hoc est, omnia curarunt, quæ solēt apud mortuum fieri. Surgens autem Petrus, venit cū illis, & ascendens in cœnaculum positis genibus oravit, conuersusq; ad corpus dixit, Tabetha, surge. Nō omnia permittit Deus eadem facilitate fieri: Hoc autem illis prodest. Nō enim solum curabat salutē aliorum, sed etiam illorum. Enimuero qui tot curarat vmbra, nunc tanta facit ad excitādam illam. Interdū etiam fides accedentium cooperatur. Hanc igitur primam mortuam excitat, vocans nomine. Quæ & quasi ex somno expergefacta, primū aperuit oculos: deinde statim conspecto Petro resedit, & tandem contactu manus firmatur. Tu autem oro, vide lucrū, quomodo iterum fructus sit, & non ad ostentationem. Sanè propter hoc & omnes foras eiicit, magistrum etiam in hoc imitans. Vbi enim lachrymæ, tale mysterium perfici non debet, imò vbi miracula, ibi abesse decet lachrymas.

MORA-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MORALE.

Audite oro, quamuis non tale quiddam sit, tamen & in his qui nunc moriuntur magnum perficitur sacramentum. Dic autem oro, si sedentibus nobis mittat rex aliquem, vocans in regna: plorandum ne erit ac lachrymandum? Angeli è cœlo veniunt illinc missi, ab ipso rege, vt conseruum suum vocent, & tu plo ras? Non vides quale sacramentū est quod fit? quàm terribile ac horrendum, & vere hymnis ac gaudio dignum. Vis discere, vt scias quòd non sit lachryma rum tempus? Hoc diuinæ sapientiæ maximum est mysterium. Nam quemadmodum domo sua relicta pergit anima ad suum festinans maritum ac dominū, tu autē luges? Itaque & nato puero hoc facere oportebat. Etenim hic partus illo melior. Vadit enim ad aliam lucē, soluitur quasi à vinculo quodam, & quasi à certamine egreditur. Etiam, inquit, de probatissimis recte hæc dicis. Et quid ad te homo? Tu enim hoc neque apud probatissimos agis. Dic oro mihi, quî de puello potes desperare, cuius gratia luges eū? cuur illum nuper natum? Etenim sicut ille, ita & iste se habet. Quare igitur luges illum? Nescis quòd sicut sol mundus ascendit, ita & anima relinquens corpus cum pura conscientia fulget clare? Non cum tanto silentio videri potest rex ascendens in ciuitatem, vt anima quæ reliquit corpus, & cum angelis abit. Intellige quæ sit anima, in quanto tunc stupore sit, in quāta admiratione & voluptate. Quid luges dic oro? Non enim in peccatoribus hoc solum facis. Vtinam hoc esset, & non prohiberem luctus. Vtinam talis mens esset. Hic luctus apostolicus est, hic luctus & dominicus. Plorauit enim & IESVS Hierusalem. Vellem hac lege discerni luctus. Quando autem defuncti nomen sciens commemoras cōsuetudinem & curam: non propter hoc luges, sed simulas. Luge, plora peccatorem, & ego deducam lachrymas, & ego magis quàm tu, quanto & maiori supplicio obnoxius ille, & ego plorabo tali animo. Non te autem solum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſolum oportet plorare, ſed & ciuitatem totam, & omnes occurrentes, tanquam eos qui ad mortem ducuntur. Vere enim mors illa, mala eſt, mors peccatorum, & omnia confudit. Hic luctus ſapientiæ eſt, multamq; habet doctrinam: ille autem puſillanimitatis. Si ſic luxiſſemus omnes viuentes, illos emendaſſemus. Quemadmodum igitur ſi remedijs potuiſſes mortem illam corporalem arcere, feciſſes: ita & nūc, ſiquidem hanc lugeres mortem, vetuiſſes certe & ſuper te & ſuper illo luctum talem fieri. Nunc autem ænigma eſt quod fit, quum ſint multi qui poſſent prohibere hanc ne fiat, malunt factam lugere. Vere lachrymis digni, quando aſsiſtent tribunali Chriſti, qualia audient verba? quantas res patientur? Fruſtra vixerunt hi, imò non fruſtra, ſed etiam in malum. Et de illis tempeſtiue diceretur, Vtile erat illis ſi non fuiſſent nati. Quæ enim vtilitas dic oro, tantum inſumere tempus in malum tui ipſius capitis? Nam ſi fruſtra ſolum inſumptum eſſet, nónne ſatis fuiſſet damni? Dic oro, ſi quis mercenarius factus, viginti annos perdat fruſtra, non plorabit & lachrymabitur, & videbitur omnium miſerrimus? Et hic quantum vitæ fruſtra inſumpſit, neq; vnū diem vixit ſibi, ſed voluptati, luxuriæ, auaritiæ, peccato, diabolo. Hoc igitur non plorabimus, dic oro? non tentabimus nos ab his periculis eripere? Eſt enim, ſi voluerimus, illi leue facere ſupplicium. Itaq; ſi preces pro illo faciamus continuas, ſi eleëmoſynam demus, & ſi ille indignus ſit, nobis Deus placatior erit. Si propter Paulū alios ſeruauit, & propter alios aliis parcit: quomodo non & propter nos iſtuc ipſum faciet? Ex illius opibus, ex tuis vnde volueris, iuua: inſtilla oleum, imò aquā: non poteſt ſuas eleëmoſynas oſtentare, poteſt cognatorū. Non habet eas quæ factæ ſunt à ſe, ſed habet factas pro ſe. Ita cū fiducia illū deprecabitur tūc vxor, pretiū redemptionis pro illo deponēs: quò pluribus peccatis fuit obnoxius, hoc magis opus eſt illi eleëmoſyna. Nō propter hoc autē ſolū, ſed q̄d neq; æqua-

lem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lem habet vim nunc, sed multo minorem. Non est enim par, quod quis ipse facit, & quod per alium facit. Itaq; quum minor sit, multitudine faciamus illam maximam, non circa monumenta, nō circa sepulchra occupati simus. Assiste viduas. Hæc erit sepulchralis cura maxima. Dic nomen, omnes iube pro illo facere supplicationes & preces. Placabit hoc deū, etiāsi non ab ipso factum sit, sed propter illū aliis autor sit eleēmosynæ. Et hoc dogma est diuinæ misericordiæ. Viduæ circūstantes & lachrymantes, non solum à præsenti, sed etiam à futura possunt eripere morte. Multi vtilitatem acceperunt ex eleēmosynis & ab aliis pro se factis: nam licet non perfectam, attamen consolationem quandam inuenerunt. Quoniā si hoc non est, quomodo pueri seruantur? quamuis certe illi nihil afferunt, sed parentes totum, & mulieribus donati sunt sæpius pueri. Multas nobis Deus salutis dedit vias, modo ne negligamus. Quid igitur si quis pauper fuerit? inquit. Iterum dicam: multitudo eleēmosynæ nō ex his quæ dantur, iudicatur solum, sed etiam ex voluntate: modo ne des minus quàm facultas tua potest, & totum exquisieris. Quid igitur si solitarius fuerit, & peregrinus, & nullum habeat? Quare enim nullum habet, dic oro? Hoc ipso dat pœnam, quòd nullum ita amicum, ita virtute præditum habet. Itaque hoc fit, vt licet ipsi nō simus virtute prēditi, curemus socios & amicos virtute prēditos habere, & mulierē & filiū quasi fructum quēdam etiā per illos habētes, parum quidem fructum habentes, attamen aliquē: si curaueris, nō diuitem, sed frugalem vxorem ducere, hac consolatione frueris. Similiter si operam dederis, ne diuitem filium relinquas, sed pium, ac filiā honestam, & sic hac frueris consolatione. si hæc curaueris, & ipse talis eris. Et hæc pars virtutis est, quòd tales elegeris & amicos, & vxorem, ac filios. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, nō frustra preces, non frustra eleēmosynæ. Hæc omnia spiritus disposuit, volens vt nos mutuū iuuemus. Vide enim: vti-

litatem

litatem accipiet ille per te, & tu per illum. cõtemptis opibus inductus es ad faciẽdum aliquid generosum: & tu illi salutis, & ipse tibi eleẽmosynæ factus est auctor. Ne dubita, quia erit aliquis fructus suauis. Non temere diaconus clamat: pro his qui defuncti sunt in Christo, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non diaconus est qui talem illam vocem emittit, sed spiritus: nõ sanctus inquam, sed donum. Quid dicis? In manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene ordinata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius dei, cum tanto horrore astant omnes, astant illi clamãtes omnibus silentibus, & putas temere hæc fieri? Igitur & alia temere, & quæ pro ecclesia, & quæ pro sacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac vniuersitate? Absit. Sed omnia cum fide fiunt. Quid tibi videtur quòd pro martyribus offertur, quòd inuocantur in illa hora. licet martyres sint, etiam pro martyribus offertur. magnus honor nominari domino præsente, dum mors illa celebratur, & horrendum sacrificium, & ineffabilia sacramenta. Sicut enim sedente rege quæcunq; quis voluerit, perficit: vbi autẽ surrexerit, quęcunq; dicit, frustra dicit: Ita & tũc quãdiu proposita fuerint mysteria, omnibus honor maximus in memoria haberi. Vide enim: Annunciatur tunc sacramentum horrendum, quod pro mundo dedit seipsum Deus, cum illo miraculo tempestiue memor est ille eorum qui peccarunt. Sicut enim quando regum trophæa statuuntur, tunc celebrantur quidem & quicunq; victoriæ socij fuerunt: dimittuntur autẽ qui sunt in vinculis per illud tempus. Vbi autẽ transierit hoc tempus, qui nihil assequutus est, nihil obtinet. Ita sanè & hic. Trophæorũ & celebrandæ victoriæ tempus est. Quoties enim, inquit, manducatis panem hunc, mortem domini annunciate. Itaq; ne simpliciter accedamus, neq; fortuitò hæc fieri putemus. 1. Cor. 11.

Et aliter: Martyrum memores sumus, in fidem quòd non mortuus adhuc est dominus: idq; quia deuicit & occidit mortem, et hoc signum est illam esse mortuã.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hæc ſcientes conſideremus, quantas conſolationes poſſemus mortuis, pro lachrymis, pro lamentis, pro monumentis, præſtare: nempe eleëmoſynas, preces, orationes, vt & illi & nos aſſequamur promiſſa bona gratia & miſericordia vnigeniti filij, cum quo patri ſimul ſanctoq; ſpiritui gloria, imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA XXII.

CAP. X. *Vir autem quidam in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio, ex cohorte quæ appellatur Italica, pius ac timens deum, cum omni domo ſua, faciens eleëmoſynas multas populo, & orans deum ſemper.*

HIc non erat Iudæus, neque iuxta legem viuebat, ſed tamẽ iam tũ noſtro more vitã agebat. Et vide duos iam credere, nempe Eunuchum â Gaza, & hunc, quum ambo ſint in dignitatibus, magnamq; pro illis curam habitam. Verum ne putes, quòd electi ſint propter has dignitates. Minimè: ſed propter pietatem. Sanè propter hoc dignitates ſunt, vt maior pietas oſtendatur. Mirabilius etenim, quando quis in diuitiis & potentia agens talis fuerit. Iam magna illius laus, qui tantam peregrinationem ſuſceperat, & neque per illud tempus lectionem intermittebat, & Philippum quum in curru veheretur orabat, & multa alia. Magna autem & huius laus eſt, quòd facit eleëmoſynas ac preces, & pius eſt in tali principatu. Vnde & ab dignitate hac virum notum reddit. Et merito, ne quis dicat, ſcripturarum hiſtoriam fallere. *Ex cohorte*, inquit, *quæ vocabatur Italica.*] Cohors eſt, quæ nunc vocatur Numerus.

Pius ac timens Deum, cum omni domo ſua.] Hæc dicit, ne putes quòd propter dignitatem illius talia facta ſint. Itaque quando Paulum adduci oportebat, minime angelus, ſed ipſe dominus apparet, neq; mittit illum ad aliquem duodecim apoſtolorum, ſed ad Ananiam. Hîc autem ſecus fit. Præcipuum adducit, ſicut & Philippum, attemperans ſe illorum infirmitati, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ti,& docens quomodo talibus vti oporteat. Quoniã & CHRISTVS ipſe qui abiit, apparet ſæpe iis qui grauiter patiuntur, & per ſeipſos accedere non poſſunt. Vide autem oro, hic iterum aliud eleëmoſynæ encomium, ſicut illic in Tabetha. *Vir, inquit, pius & timens deum cum omni domo ſua.*] Audiamus nos quotquot domeſticos negligimus. Hic autem & militum curam gerebat, & faciebat eleëmoſynam omni populo. Sic & dogmata & vita illius recta fuerunt.

Vidit in viſione manifeſtè, circiter horam nonam diei, angelum dei ingreſſum ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli.] Quare videt angelum? Etiam hoc faciebat ad inſtructionem Petri, imò non illius, ſed aliorum infirmorum. Nona autem hora, quando curis ſolutus, & quietus erat, quando in precibus erat & compunctione.

Vt autem intuitus illum, timore correptus eſt, dixit.] Vide angelum non ſtatim dicere ad quæ dicenda venerat, ſed prius ſoluere metum, & mentem illius in ſublime attollere. Etenim aſpectu territus erat, ſed metu moderato, duntaxat qui attentiorem redderet. Mox verba metum ſoluunt, imò laus in illis dicta quæ formidinis aſperitatem mitigabat. Audi autem & qualia verba: *Preces tuæ ac eleëmoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram deo. Itaque nunc mitte in Ioppen, & voca Simonem qui agnominatur Petrus.*] Ne ad alium veniant, nõ à ſolo cognomine, ſed etiam à loco manifeſtat virum. *Et ille eſt qui hoſpitatur apud Simonem quendam coriarium, cui eſt domus apud mare.*] Vidiſti quomodo quia diligebant ſolitudines ac ſilentium, in ſecretiores vrbium partes ingreſſi ſunt? Quid igitur ſi contigiſſet & alium Simonem eſſe, eundemq; coriarium? Vnde & aliud ſignum habebat, quòd apud mare habitabat. Vix autem poſsibile erat tria illa vni competere. Et non dixit quare, ne contriſtet illum: ſed relinquit illum, ita vt deſiderium habeat audiendi illum.

Vbi vero abiit angelus, qui loquutus eſt Cornelio, cùm vocaſſet duos ſeruos ſuos, & militem pium, ex his qui manebant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nebăt apud illum, & narrasset illis omnia, misit eos in Ioppen.] Vides quòd non simpliciter hæc dicit, sed vt ostendat, quòd etiam familiares eius tales essent?

Et cùm narrasset illis omnia, dixit.] Vide q̃ alienus est à fastu. Nõ dixit, Vocate mihi Petrum: sed ita vt persuaderet, narrauit omnia. Idq; singulari ratione faciebat. Non enim volebat id sola autoritate præcipere & accersere: idcirco nunc narrat, tam moderatus erat vir: tametsi nihil magnum cogitari poterat de viro qui apud coriarium diuerterat. *Sequenti autẽ die quum illi in via essent ac ciuitati appropiarent, ascendit Petrus in superiorem partem domus, vt oraret circa horam sextam.*] Vide quomodo spiritus connectit tempora, & neq; citius neq; tardius facit hoc. Ascendit, inquit, Petrus in superiorem partem domus, vt oraret circa horam sextam, hoc est, seorsim, & in quiete, quasi in cœnaculo. *Et quum esuriret ac vellet sumere cibum, parantibus illis irruit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum.*] Quid est ecstasis? Spiritualis, inquit, contemplatio facta est in illo: quasi diceret quis, anima excesit è corpore. *Et vidit cœlum apertum, & descendens ad se vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis alligatum submitti è cœlo in terram, in quo erăt omnia quadrupedia terræ, bestiæq; & reptilia ac volatilia cœli. Et facta est vox ad illum, Surge Petre, macta & vescere. Ait autem Petrus, Nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune vel immundum. Et vox iterum secundo ad eum, Quæ Deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tertio. Et rursum receptum est vas in cœlum.*] Quidnam hoc est? Symbolum totius orbis fit. Homo ille præputium habebat, & nihil commune cum Iudæis. Quoniam igitur accusaturi erant omnes Petrum, tanq̃ præuaricatorẽ, & hoc valde illis frequens erat, necessario & tempestiue inquit, Nunq̃ comedi. Nunquid ipse timuerat? Absit. Sed spiritus ita moderabatur eũ, vt defensionem habeat contra eos qui reprehensuri erant, q; & contradixerit: nam magna

cura

tura illam legem seruabant. Ad gẽtes mittebatur, vt igitur & hi illum non accusent, sicut iam dixi, hęc singulari dispensatione contigerunt, vel etiã ne videatur spectrum quoddam esse, dixit: *Nequaq̃ domine, quia nunq̃ edi commune vel immundum. Facta est autem vox ad illũ, Quæ Deus purificauit, tu ne cõmunia dicas.*] Hoc videtur quidem ad illum dici, totum autem Iudæis dicitur: nã si magister increpatur, multo magis hi. Itaq; linteum hoc est terra: bestiæ autem in illo, gẽtiles. Macta vero & comede, significat ꝙ etiam illos accedere oporteat. Tertio autẽ fieri, baptisma significat. *Minime domine, nunq̃ comedi commune vel impurum.*] Et quare, inquit, contradixit? Ne quis dicat, ꝙ tentauerit illum deus sicut Abraham, quando iussit vt filiũ hostiam offerret, sicut & Philippum quando rogauit, Quot habetis panes? non vt discat, sed tẽtans illum. Quin & in lege Moses distincte præcepe- *Gen. 22.* *Ioan. 6.* rat de mundis ac immundis, tam in terra, q̃ in mari. *Deut. 12.*

Attamen neq; sic sciebat: adeò apud seipsum hæsitat Petrus, quæ nam esset visio illa quã vidisset. *Ecce viri qui missi erant à Cornelio percontati de domo Simonis astiterunt ad ianuam. Et vocantes interrogabant, an Simon qui cognominaretur Petrus illic haberet hospitiũ.*] Quoniam admiraretur ac dubitaret Petrus, veniunt viri tempestiue dubitationem soluentes. Quoniã & Iosephum prius permisit turbari, & tunc archangelũ mittit. Facile enim anima solutionẽ accipit, quæ prius dubitauit. Itaq; non diutius permittitur hæsitare, neq; antea, sed cõmodissimo tempore. *Petro vero cogitante de visione, dixit spiritus ei, Ecce viri quærunt te: Surge itaque & descende, ac vade cum eis nihil hæsitans, propterea quòd ego misi illos.*] Est hîc & alia defensio Petri ad discipulos, vt discant, ꝙ & hæsitarit didicerit; q; non hæsitandum. Quia ego, inquit, illos misi. Vide quanta spiritus facultas. Quod autem facit Deus, hoc spiritus dicitur facere. Verum angelus non sic. Sed primum dicens, Preces tuæ ac eleëmosynæ tuæ: tum inquit, mitte: vt ostendat ꝙ illinc missus sit. Spi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſitus autem,quoniã dominus,Ego illos miſi. *Deſcẽdens autem Petrus ad viros dixit, Ecce ego ſum quẽ quæritis,ob quam cauſam adeſtis? Qui dixerunt,Cornelius Cẽturio,vir iuſtus ac timens Deum,& teſtimonium habens ab vniuerſa gente Iudæorum, oraculo admonitus eſt ab angelo ſancto,vt accerſeret te in domum ſuã, & audiret verba abs te.*] Dicunt laudes,vt perſuadeant,ꝙ & angelus apparuit illi.Intro vocatos igitur eos excepit hoſpitio.Vides vnde initiũ ſit gentium? A viro pio, qui operibus dignus eſt habitus.Nam ſi offenduntur Iudæi quũ talis fuerit:ſi non fuiſſet talis,quid non dixiſſent? Introductos,inquit, illos hoſpitio excepit. Vide quanta ſecuritas.Intus vocat,ne quid graue eis accidat,& fidenter victitat cum illis. *Sequenti vero die Petrus profectus eſt cum illis,& quidam ex fratribus Ioppenſibus comitati ſunt eum.Poſtridie vero introierũt Cæſaream.*] Nobilis erat vir, & in præclara degebat ciuitate.ideo circa illum omnia ſimul pulchre diſpẽſanturià Iudæa res accipit initium,viſio non dormiẽti,ſed vigilanti interdiu ſe offert, circiter horã nonã. Ita caute ſe gerebat.Sed videamus iterum quæ ſuprà dicta: *Et dixit angelus,Preces tuæ ac eleëmoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram deo.*] Hinc manifeſtũ, ꝙ per vocem vocauit angelus,&ita vidit illum:ꝙ ſi nõ vocaſſet,neꝙ vidiſſet. Ita quibus vacabat erat intentus. Et accerſi Simonem qui Petrus cognominatur.Iam quòd ad vtilia illum vocaſſet manifeſtauit: qualia autem vtilia hæc,non addidit.Sic neꝙ Petrus dicit totum. Sed vbiꝙ ſunt ſucciſæ narrationes,vt audientes excitent:ſic & Philippum ſolum vocat in ſolitudinem.Aſcendit autem Petrus in ſuperiorẽ partem domus vt oraret circiter horã ſextam,& cecidit ſuper illum mentis exceſſus , & videt vas quoddam quaſi linteum. Vide quòd neꝙ fames cogit illum accurrere ad linteum.Vt autẽ nõ diu hæſitet,audit vocem dicentem,Surge Petre,macta & ede. Forſan poſitis genibus orabat ac videbat viſionem. Mihi videtur propter prædicationem hanc viſam eſſe.Quod

autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem diuinũ fuerit quod videbat, manifestum quia superne id quod videbat descendebat, & quia in excessu erat: ꝙ autẽ vox inde afferebatur, & ter fiebat, & cœlum aperiebatur, & ꝙ illinc veniebat, & illuc rapiebatur, maximum indicium erat diuinitus id fieri. Quare autem hoc fit? Propter eos quibus erat narraturus. Quia ipse iam audierat, In viam gentium ne abieritis. Et ne mireris. Si enim circuncisione & sacrificio Paulus habebat opus, multo magis tunc in principio prædicationis, quum essent adhuc infirmiores, illis egebant. Et ecce viri, inquit, missi à Cornelio astabant ad ianuam, & vocantes, rogabant an Simon, qui cognominatur Petrus, illic habeat hospitium? eo ꝙ vilis domus erat infrà rogabant, non vicinos. Petro autem cogitante dixit ei spiritus: Surge, descende, & vade, nihil hæsitãs, eo ꝙ ego misi illos. Vide, non dixit, Propter hoc enim visio apparuit tibi: sed ego misi illos: ostendens parendum, etiamsi rationem mãdati nesciat. Sufficit enim illi pro omni ratione audire ab illo, Fac hoc, loquere hoc: & nihil amplius quærere. Descendens autem Petrus dixit, Ecce ego sum quem quæritis. Curnam nõ statim illos suscipit, sed quærit? Vidit milites esse qui astabant. Ideo non simpliciter rogat, sed prius confessus esse seipsum occultare. Et rogat, vt si quidẽ opus, statim festinet & simul eat. Si autem minus, vt hospitio excipiat. Quare autẽ illi dicũt, Accersit te in domũ suã? quia hoc illis præcepit. Fortasis autem & quasi rationẽ pro illo dãtes dicunt: Boni consule, non quasi contemnẽs misit, sed sic iussus est facere. Cornelius autẽ expectabat illos, cõuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Meritò: nõ enim iustũ fuisset etiã cognatos & amicos non simul adduci. Et alioquin illi præsentes melius erãt audituri. *Mat.* 10.

MORALE.

Vidistis quanta eleëmosynæ virtus, & in priore & in presenti sermone. Illic temporali morte liberat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hic ab æterna,& ianuas cœli aperit. Vide etiam quanti fiat quòd credat Cornelius, vt & angelus missus, & spiritus operatus,& princeps apostolorum accersitus,visionemq; talem vidit, & nihil omnino intermissum est. Quot fuerunt Centuriones & tribuni & reges,& nullus horum assequutus est quæ ille. Audite omnes qui in militia estis,qui regibus assistitis.

Pius erat,inquit, *ac timens Deum.*] Et quod maius, *Talis erat cum omni domo sua.*] Ita erat huic rei intentus ac affectus,vt non solum sua bene constitueret,sed etiam in ministris suis istuc ipsum faceret. Non enim sicut nos qui omnia facimus,vt nobis reuerentes sint famuli, at vt pñ non ita. Hic vero non sic,sed cum omni domo sua deum timebat;nõ solum quasi communis pater eorum qui cum ipso erant,sed etiam militum qui ei suberant. Audi autem & quid aliud dicunt. Necessario enim appositũ est quòd testimoniũ habebat ab omni populo,ne quis dicat;Quidtum,quando præputium habet? Et illi,inquit,testimonium ei dant. Igitur nihil eleëmosynę par est. Imò tam magna rei virtus est,quando ex penuariis puris profunditur,vt ea quæ ex iniustis promuntur comparentur luto,immisso in fontem; quæ autem ex iusto lucro, flumini quod pellucidum & purum in horto,dulce quidem aspectu,dulce etiam contactu, releuans ac refrigerans in meridie. Iuxta hunc fontem, non pini & quercus,neque cypariſsi; sed plantæ illis multo proceriores,amor dei,laus hominũ,gloria quę in deo,beneuolentia ab omnibus,peccatorum abolitio,multa fiducia,opum contemptus: Eleëmosyna autem per quam charitatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatem fouere solet,ac dum quis se misericordem exhibet. Hic ramos in sublime erigi facit. Hic melior fons eo qui est in paradiso, non in quatuor diuisus initia, sed in cœlum ipsum surgit. Hic parit flumen illud quod salit in vitam æternam,in hunc si mors inciderit, tanquam flamma à fonte consumitur:sicubi irrorarit,magna operatur bona. Hic,ignis

flumen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

flumen extinguit, vt ſcintillam. Hic vermem ita enecat, vt nihil fiat. Qui illum habet nõ ſtridet dentibus. Ab aqua iſta ſi irrorat in vincula, ſoluit ea: ſi in caminos inciderit, totas extinguit. Itaque quemadmodum in horto fons non nunc quidem profundit flumina, nunc vero areſcit, alioqui non eſſet iam fons, ſed ſemper ſcaturit: ita & noſter, ſemper largius profundit flumen in eos qui maxime indigent miſericordia, vt maneat fons. Hoc hilarem facit eum qui accipit. Hoc eleemoſyna eſt, nõ ſolum emittere flumen rapidum, ſed etiam limpidum. Si vis quaſi ex fontibus tibi imꝑlui dei oleum, & tu fontem habe. Nihil illi par. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis dei talia erunt ora, vt omniũ abyſſum vincant. Occaſionem ſolam quærit à vobis accipere deus, & profundit ex penuariis ſuis bona. Quando impendit, quando ſumptus facit, tunc diteſcit, tunc abundat, magnum illius fontis os, purum eius flumen ac limpidum: ſi hunc non obturbaueris, neque illum. Nulla ſterilis ſtet apud illum arbor, vt ne humorem illius abſumat. Habes poſſeſſiones, ne plãta illuc ſalices. talis eſt enim voluptas, multa inſumit, & nullum in ſe oſtendit fructum, ſed perdit. ne plantes populum, ne tiliam, neque aliam talem quandam, quæ ſumptum quidem poſtulant, fructum vero negant. Tales ſunt veſtium delitiæ, pulchræ aſpectu: cæterũ inutiles. Imple arbuſtis fructiferis omnia, planta in pauperum manibus, quaſcunq; volueris: nihil hac terra pinguius, quamuis parua ſit capacitas manus, attamen ad ipſum pertingit cœlum arbor quæ plantatur, & perſtat firmiter. Hoc nimirum eſt plantare: nam quod plantatur in terra, licet nõ modo, attamen poſt centum annos interit. Quid plantas arbores, quibus non frueris? Priuſquam fruaris, præripit te mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructum tibi afferet. Si plantas, ne in gaſtrimargiæ plantes ventre, vt ne in ſeceſſum fructus exeat; ſed planta in vtero afflicti & ieiunantis, vt ſaliat in cœlum fructus. Refocilla pauperis animã quæ in anguſtiis eſt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt ne ſpatioſam tuam arctes. Non vides quòd arbores quæ ſine fine ac modo rigantur, à radice corrumpuntur: quæ autem cum modo, creſcunt. Sic ſanè & tu, ne tutum ipſius ventrem ſupra modum riges, ne corrumpatur radix arboris. Pota ſitientem, vt fructum feras. Quæ in tempore rigantur, non corrumpit ſol: quæ autem abſque modo, corrumpit. Talis enim ſolis eſt natura. Vbique malum, vbi non eſt mediocritas. Ideo demamus aliquid cupiditati, vt & nos aſſequamur quæ cupimus. In ſummis locis, fontes dicuntur naſci. Igitur ſimus & nos anima ſublimes, et ſtatim miſericordia diffluet. Non poteſt enim fieri ſummam animam non etiam miſericordem eſſe, & miſericordem non eſſe ſummam. Itaque contemnens diuitias radice malorum ſuperior eſt. Fontes in ſolitudinibus ſunt magna ex parte. Et nos animam à turbulentia educamus, & ſcaturiet apud nos eleemoſyna. Fontes quo magis hauriuntur, eo abundantiores fiunt. Sic ſanè & nos, quo magis infumemus, tanto magis bona ſcaturient. Qui fontem habet, non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemoſynam fontem, non timebimus. Etenim ad potum, ad rigationem, ad ædificium, ad omnia nobis vtilis eſt hic fons. Nihil fonte hoc melius, non ſolet ille ebrietatem inducere. Melius talem habere fontem, quàm auri fontes. Omnibus aurariis metallis melior eſt quæ hoc fert aurum anima. Non enim in hæc regna, ſed in ea quæ ſurſum ſunt, aurum ſimul concedit, ornatusq; fit eccleſiæ dei. Ex hoc auro gladius efficitur ſpiritus, gladius per quem draco obtruncatur. Ex hoc fonte lapides promanant pretioſi, qui ad caput aſſumuntur regis. Ne igitur negligamus tantas diuitias, ſed inferamus eleemoſynam cum largitate, vt conſequamur miſericordiam dei, Gratia & miſerationibus vnigeniti illius filii, cui etiam gloria, honor, & imperium, cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum, Amen.

HO-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA XXIII.

Sequenti verò die surgens Petrus, profectus est cum illis. Quidam autem fratres Ioppenses comitati illum, simul ingressi sunt in Cæsaream: Cornelius verò expectabat illum, vocatis cognatis & necessariis amicis suis.

POstquam hospitaliter tractauit viros, profectus est cum illis. Bene prius comiter eos excipit, vtpote ex itinere fatigatos, & familiares sibi reddit, ac tum demum proficiscitur. *Sequenti verò die*, inquit, *surgens Petrus, profectus est cum illis. Quidam autem fratres Ioppenses.*] Non solus, sed & alii veniunt cum eo, id quod singulari ordinatione contigit, vt essent postea testes, quando Petro opus defensione. *Cornelius verò expectabat illum vocatis cognatis & necessariis amicis suis.*] Hoc amici officium, hoc pii, in talibus bonis necessarios amicos facere socios. Merito hos conuocat quibus fidebat, & cum quibus de talibus semper egerat, quæ frustra cum aliis tractasset. Mihi autem videntur amici & cognati ab ipso fuisse instituti. *Vbi verò aduenit Petrus occurrens Cornelius illi, & cadens ad pedes, adorauit. Petrus autem erexit illum, dicens: Surge, nam & ego homo sum.*] Hoc faciens humilitatem suam ostendit, & alios docet, deoq; gratias agit, ac declarat quòd licet iussus sit, tamen & per se multam habeat promptitudinem. Quid igitur Petrus? Surge, nam & ego homo sum. Vides quomodo in primis illos docet, nihil de se magnum sentire. *Et colloquens cum illo, intrauit: & inuenit multos qui simul aderant, dixitq; ad illos: Vos scitis quòd non est fas hominem Iudæum accedere ad alienigenam.*] Vide vt statim de diuina misericordia disserit, monstrans quòd magna illis bona Deus concesserit. Non solum autem hoc admirabile hic est, quòd talia disserit, sed quòd aliquo modo simul & sublimia loquitur, & modestiæ rationem habet. Nō enim dixit, Non dignamur accedere aliquos homines, & venimus ad te. Sed quid? Vos scitis quòd Deus hoc iussit, inquit, iniustum esse accedere alienigenam.

Dein-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deinde vt ne in illo gratiã ſtatuat, ſubdit: *Sed mihi Deus oſtendit nullum communem vel immundũ dicendum hominem.*] Hoc apponit, ne videatur adulari homini. *Ideo & abſque contradictione veni accerſitus.*] Ne quis putaret quòd quamuis in hoc legem præuaricaretur, tamẽ ob dignitatem viri veniat, totum deo imputat. Non ſolum non adhærere, ſed neque accedere licet, inquit. Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis me? Non ignorans interrogat Petrus: ſciebat enim totum ex viſione, & ex militibus audierat: ſed primum vult illos confiteri, & mancipari fidei. Quid igitur Cornelius? non enim dixit: Nónne dixerunt tibi milites? ſed vide quâm manſuete ac humiliter.

A quarto die vſque in hanc horam eram ieiunans, & nona hora orans in domo mea Et ecce vir ſtetit coram me in veſtitu ſplendido. Et inquit, Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram deo.] Et nona hora, inquit, orans. Quid eſt hoc? Mihi videtur, & tempora vitæ accuratioris ſibi conſtituiſſe, idq; certis diebus: propter hoc enim dixit, A quarto die. Vide quanta ſit oratio: quando ſe pietati dedidit, tunc apparet illi angelus. Ille vnus dies erat, & quando abierunt miſſi, iterum vnus: & quando venerunt, iterum vnus: & quarto die apparuit, ita vt ſit ſecundus dies poſt quem orauerat. Et ecce vir ſtetit coram me in veſtitu ſplendido. Nõ dicit angelum, adeò alienus erat â faſtu. *Et inquit: Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ in memoria habitæ ſunt coram deo. Mitte igitur Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus, hic agit hoſpitem in domo Simonis coriarii iuxta mare, qui vbi aduenerit, loquetur tibi. Ex hac igitur hora miſi ad te. Tu autẽ benefeciſti qui aduenerit. Nunc ergo omnes nos coram deo aſſumus, vt audiamus omnia quæcunque tibi præcepta ſunt à deo.*] Idcirco dixit, qua ratione accerſiſtis me, vt hæc ſic dicat verba.

Aperiens autem Petrus os, dixit, In veritate comperio quòd non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet illum, & operatur iuſtitiam, acceptus illi eſt.]

Hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc eſt,ſiue præputiatus ſit,ſiue circunciſus.Hoc & Paulus manifeſtans,Non enim eſt perſonarum acce- Rom.2.
ptio apud deum,dicit. Nunc igitur aſſumus omnes, inquit,coram deo. Vide quanta fides,quanta pietas. Sciebat Petrum nihil humani dicturũ, cum dixiſſet, Deus monſtrauit mihi.Ideo et aſſumus vt audiamus omnia quæ præcepta tibi ſunt à deo,dicit. Quid igitur? Nunquid acceptus illi eſt is qui in Perſide agit? Si fuerit dignus,hac ratione acceptus erit vt aſſequatur fidem. Hinc etiam eunuchum ex Æthiopia nõ deſpexit.Et quid (dicet quis) dicis,de his qui deum colunt,& deſpecti ſunt? Abſit. Nullus qui deum colit, deſpicitur.Nõ enim poſſibile eſt,vt quis vlla in gente deſpiciatur vnquam. In omni enim, inquit, gente qui timet deum,& operatur iuſtitiam. Iuſtitiam vocat omnem virtutem. Vides vt deprimat illius arrogantiã,ne ſublime de ſe ſentiat, dicendo in omni gente qui timet deũ,acceptus illi eſt.Quaſi dicat,nullum repellit,omnes admittit credentes. Deinde vt ne putentur eſſe inter abiectos, adiicit: *Sermonem quem miſit filiis Iſrael, euangelizantem pacem per Ieſum Chriſtum,hic eſt omnium dominus.*] Hæc dicit propter præſentes,vt & illis perſuadeat. Idcirco facit & Cornelium loqui. *Sermonem*,inquit, *quẽ miſit filiis Iſrael.*] Vide, dat his priuilegium, mox & illos teſtes adhibet,dicens, *Vos ſcitis verbum quod factum per totam Iudæam, quod incepit à Galilæa poſt baptiſma quod prædicauit Ioannes.*] Quòd ſic habeat ex ſequentibus,firmat: *Ieſum Nazarenum quomodo vnxerit illum Deus in ſpiritu ſancto & virtute.*] Non dixit,Scitis Ieſum. Neſciebant enim, ſed quæ ab illo facta erant,pertractat. *Qui ambulauit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.*] Hinc oſtendit multas cæcitates diabolicas & corruptiones corporis ab illo factas.

Quia Deus erat cum illo.] Iterum humilia loquitur, non ſimpliciter opinor,ſed propter humanitatem.

Et nos teſtes omnium quæ fecit tam in regione Iudæorum,quàm in Hieruſalem. Quem & interemerunt ſuſpen-

ſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sum in ligno.] Hic passionem prædicat. *Hunc Deus suscitauit tertio die, & posuit illum vt manifestus fieret, sed testibus his qui præordinati erant à Deo, nobis scilicet qui comedimus & bibimus cum illo post resurrectionem à mortuis.*] Hoc maximum resurrectionis argumentum est. *Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, quòd ipse est qui definitus est à Deo iudex viuorum ac mortuorum.*] Magnum etiam hoc, vt demonstret se fide dignos. At ille etiam testimonium adhibet, dicens, *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen illius, omnis qui credit in illum.*] His, quid post hæc futurum, prædicebatur: quod vt corroboraret, Prophetas tempestiue testes adhibet. Sed videamus iterum ea quæ de Cornelio dicta. Misit, inquit, in Ioppen, vt accerserent Petrum. Omnino venturum credidit, & propterea mittit. Et colloquens cum illo, dicit, intrauit. Quidnam colloquens? hæc opinor loquens, quæ scilicet antea dicta sunt: & quum cecidisset ad pedes, adorauit. Vide sermonem ab adulatione alienum, & per omnia humilitate plenum. Hinc dignus monstratur & ille eunuchus. Iussit enim, inquit, Philippum vt ascendat & sedeat in curru, quamuis nesciret quis esset. Vides mores sine fastu? Tu autem oro consydera quomodo Petrus diuinam suam loquendi audaciam ostendit, dicendo, Vos scitis quòd non licet. Et quare non dixit statim de linteo? quia erat valde alienus à vana gloria. Nã dicit quidẽ ꝙ missus erat â deo, quomodo autem nõ item, sed quãdo oportebat, tũc dixit, Vos scitis ꝙ nõ licet Iudæo adhærere, vel accedere ad alienigenam. Ita erat expers vanę gloriæ. Vos scitis, hoc dicens, etiam illorũ sententiã admittit. Quid igitur Cornelius? Assumus, inquit, corã deo, vt audiamus omnia hæc quæ tibi præcepta á deo. non dixit, coram homine, sed coram deo, ostendens sic oportere accedere seruos dei. Vidistis mentẽ excitatã & vigilem? vidistis illis omnibus dignum? *Aperiens autem, inquit,*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quit, os, *dixit: In veritate comperio quòd non est acceptor personarum Deus.*] Hoc & ad Iudæos præsentes defendendi gratia dicebat. Habiturus enim ad illos sermonem, hoc tanquam defensionem præmittit. Quid igitur? num antea personarum acceptor erat? Absit, quia & antea sic erat. Omnis enim qui timet deum, & operatur iustitiam, inquit, acceptus illi erit. Hoc & Paulus scribens dicit, Quando enim gentes legem non habentes, natura quæ legis sunt, faciunt. Et dogma adhibet, & instructionem. Nam si Magos & eunuchum non despexit, neque latronem, neque meretricem: multo magis eos qui faciebant iustitiam & volebant, omnino non despiciet. Quid igitur, quòd sunt humani & faciles homines, & credere nolunt? Ecce causam dixisti, quòd nolũt. Et aliter: Iustum hic dicit non simpliciter benignum & humanũ, sed eum qui operatur iustitiam, hoc est, eum qui in omnibus virtute præditus est. Quis igitur talis est, vt habeat timorem vt oportet, solus deus nouit. Vide quomodo erat hic acceptus. Mox vt audiuit, etiã obediuit. At dicet quis, Etiam nunc nemo est qui nõ obediret adueniente angelo. At nunc multo maiora sunt signa quàm hæc fuerunt, & nihilominus increduli multi. Deinde doctrinam incipit, & Iudæis nobilitatem seruat. *Sermonem*, inquit, *quem misit filiis Israel, euangelizantem pacem, hic est dominus omnium.*] Primum de dominatione illius differit, multumque sublimiter: quia ad hominem loquebatur eximium iam factum, & alacriter suscipientem omnia quæ à se afferebant. Deinde præparans sermonem quomodo dominus omnium addit ac dicit, Quem misit euangelizantem, hoc est, ad bona vocantem, non iudicium intentantem. Hinc ostendit, quòd hic à Deo Iudæis primum missus est: deinde ab his quæ per totam Iudæam facta sunt, hoc simul ostendit & dicit, Vos scitis, verbum quod factum per totam Iudæam. Etiam hoc mirabile, quum incepit à Galilæa post baptisma quod prædicauit Ioannes.

Prius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Prius dixit ipſius opus, & tunc fidenter loquitur de eius patria, dicendo, Ieſum à Nazareth. Sciebat enim ꝙ patria offendebat. Quomodo vnxerit eum Deus ſpiritu ſancto & virtute. Iterum præparat, vt ne quis dicat, vnde hoc manifeſtum, addit dicens, Qui ambulauit benefaciẽdo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. Poſtea cum bonis quæ fecerat, oſtendit etiam potentiam ꝙ plurima eſſet ac magna. Et cauſa, Quia Deus erat cum illo, inquit. Propter hoc & Iudæi ſic
Ioan. 3. dicebant, Scimus quòd à deo veniſti, magiſter: nullus enim hæc ſigna poteſt facere, niſi deus ſit cum illo. Deinde vbi oſtendit ꝙ à deo miſſus, tunc dicit quòd occiſus eſt, ne quid abſurdum imagineris. Vides illos nuſquam occultare crucem, ſed cum aliis & modum ponere. *Quem & occiderunt*, inquit, *ſuſpenſum in ligno.*] Et poſuit illum vt manifeſtus fieret, nõ omni populo, ſed teſtibus qui præordinati à deo, nobis. Quamuis ipſe illos elegerat, attamen & hoc refert in deum. His qui præordinati, inquit. Vides vnde reſurrectionem ſtabilit, à comedendo. Quare autem non reſurgens fecit ſignum, ſed comedit, ac bibit? Quia & reſurrectio ipſa per ſe magnum ſignum erat. Nihil autem ad oſtendendam illam maius, quàm comedere ac bibere. Teſtificari inquit. Hinc etiam cum terrore dixit, ne poſſent ad ignorantiam confugere: & non dixit, Hic eſt filius dei, ſed quod maxime illos terrebat: Hic eſt præfinitus à deo iudex viuorum ac mortuorum. Deinde valida eſt argumentatio à Prophetis, illi enim in magna exiſtimatione habebantur. Huic omnes Prophetę teſtimonium dant. Poſtquam timore concuſſit, tunc & addit veniam, non ab ipſo, ſed à Prophetis dictam. Et hoc quod terrebat, ab illo dictum: quod autem blandius erat, à Prophetis ſumptum.

MORALE.

Quotquot hanc remiſſionem aſſecuti eſtis, quicunque fidem hanc adepti, ſcitote doni magnitudinem: obſecro, date operam ne benefactorem contumelia affi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

afficiatis. Obtinuimus enim remissionem, non vt deteriores efficiamur, sed multo meliores ac prestantiores. Nullus igitur dicat, deus nobis autor malorum est, dum nõ punit nec vindicat. Dic enim oro, si princeps apprehensum homicidã, liberum dimittat: nunquid iudicatur esse autor sequentiũ homicidiorum? Minime. Et quomodo audemus hoc impiis linguis permittere vt blasphement? non reueremur, nec horremus? Quid enim non dicent? quid non loquentur? Ipse illis permisit, aiunt. Eos enim qui pœna digni erant, non oportebat aut honorare, aut coronare, aut primatu euehere, sed punire ac vlcisci. At ille nihil horum illis faciens, sed pro his etiam honorans, tales illos efficit. Oro & obsecro, ne sic loquamini, nullus hanc vocem de nobis emittat. Satius fuerit sexcẽties defodi, quam deum audire talia per nos. Dicebant ad illum & Iudæi, Qui destruis templum, & in tribus diebus illud excitas, salua teipsum. & iterum: Si filius dei es, descende de cruce. At hæ blasphemiæ illis multo grauiores. Absit igitur, ne dicatur à nobis deus malitiæ doctor, ne sic blasphemando ipsi rei efficiamur & digni supplicíis. Propter vos, inquit, nomẽ meum blasphematur in gentibus. Demus operam vt alia de nobis dicantur, viuentes vt decet illum qui nos vocauit, & eos qui adoptionis filiorum baptisma acceperunt. Profectò magna est baptismatis virtus, participes doni alios ex aliis facit. Non finit esse homines, homines. Fac vt credat paganus, quia magna est spiritus potentia vt transformet, moresq; compositos reddat. Cur expectas extremam respirationem, sicut fugitiuus, sicut malefactor, sicut non debens deo viuere? Quare sic afficeris quasi inhumanum & crudelem quendam dominum sortitus sis? Quid frigidius, quid miserius, his qui illuminationem nõ accipiunt? Amicum te fecit deus, & omnibus dignatus est bonis, vt & ipse facias ea quæ amici sunt. Dic oro mihi, si multis quempiam contumeliis & innumeris probris prosciderís, & in illius incideris manus, ille

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

autem pro his omnibus te honoret, & omnia sua cõmunicet, & inter amicos, quum contumelia affectus sit, nihilominus te coronet, & dicat quòd te habeat vt germanum filium, deinde statim moriatur, nõne damnum putares? nõne diceres, Vellem illum viuere, vt possem vicem referre, vt rependam, vt ne ingratus videar erga benefactorem. Iam si hoc homini facimus, factus deo debitor, vis abire ac mori, ne benefactori pro tot donis referas gratias? Quin potius tu te illi adiunge, quando potes paria rependere. Cur fugis? cur tremis? cur metuis? Etiam, inquit. Sed non possum me continere à vitijs. Ergo impossibilia præcepit tibi Deus? Hinc omnia confusa sunt: propter hoc mundus corruptus est, quòd nullius scopus est viuere iuxta deum. Siquidem catechumeni hoc professi, nullum studium collocant in emendanda vita. Qui vero iam illuminati sunt, quoniam alii quidem quum parui essent, baptisma susceperunt: alii vero cum infirmi, datent alacritate viuendi iuxta deum, ne ipsi quidem virtuti dediti. Qui autem & sani baptizati sunt, etiam ipsi paruam diligentiam præ se ferunt, & principio quidem valde feruidi, postea & ipsi ignem illum extinguunt. Nunquid nõ potes agere tua negotia, nunquid ab vxore te secludo? interdico tibi fornicationem, nunquid iuberis patrimoniũ dissipare? abiice auaritiam & rapinam. Nunquid cogeris vt omnia eroges? pauca quædam ex his quæ tibi
1. Cor. 8. abundant, petuntur indigis. Abundantia nostra, inquit, illorum inopiæ subueniat. Et ne hoc quidẽ persuademus. Non cogimus ieiunare, sed prohibemus inebriari, & ventri indulgere. Ista amputemus quæ fœditatem tibi afferunt, quæ etiam ante gehennã esse fugienda & odio digna, etiam ipse fateris. An non oblectari & gaudere decet? sed nõ fœdè, nec indigne. Quid times? quid terreris? quid tremis? Vbi nuptiæ, vbi opum possessio, vbi conuenientes tibi, quænam potest esse peccati occasio? Sanè externi magistri diuersa imperant, & obedientes inueniunt. Non enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex his quæ ſuppetunt, exigunt, ſed dicunt, Tantum dare oportebit, etiam ſi prætexas paupertatem, neq; ſic deſiſtunt: Chriſtus autem non ſic, ſed iubet ex his dare quæ habes, & ſi pareas, in primo te ordine conſtituit. Iterum illi, Si vis, aiunt, clareſcere, relinquito patrem, matrem, cognatos, & ſedulus aſſis in aula regia, in laboribus, in miſeriis, in ſeruitute, in variis occupationibus, & innumera ferens mala: Chriſtus autem non ſic, ſed ſis in domo cum vxore, cum pueris, & illos ipſos inſtitue, & bonis moribus inſtrue, vt quietam & ſine periculis vitam agas. Etiam, inquit, ſed ille opes pollicetur. Atqui hic noſter regnū, imò & cum hoc opes. Quærite enim, inquit, regnum cœlorum, & hæc omnia adiicientur vobis. Et ille quidem neque hæc vt auctarium, hic autem vt caput concedit. Iunior fui, inquit, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, neq; ſemen eius quærens panes. Incipiamus igitur virtutē, ponamus initium, apprehendamus illam duntaxat, & videbis qualia bona. Nunquid enim abſq; labore illa operatis, quod dum hæc aggredi oportet, mollior & ignauior es? Etiā, inquit, illa abſq; labore, hęc vero cū labore. Abſit, minime ita eſt: ſed ſi verum dicere oportet, illa cum labore, & hæc abſq; labore multo ſi vellemus, perficiūtur. Oro igitur ne abhorreamus â ſacris myſteriis. Ne hoc ſpectes q̄ aliquis illuminatus & baptizatus improbus factus eſt, & ſpe ſua excidit, neq; teipſo fias ſegnior. Quoniā & inter milites videmus quoſdā militia non vt oportet fungi, quoſdam vero inſignes ac præſtantes eſſe, & nō attendimus ignauos, ſed imitamur ſtrenuos. Ad hæc cōſydera, quòd poſt baptiſma angeli reddūtur ex hominibus. Time, quoniam incerti ſumus quid poſtea futurū, ſi nunc fuerimus negligētes. Sicut fur in nocte, ita veniet mors. Neq; ſimpliciter ſicut fur, ſed dormientibus nobis inſidiatur, deſidesq; apprehenſos abducit. Idcirco incertum voluit deus eſſe quāto tempore duraturi ſimus, vt expectatiōe incerta virtutē amplexemur ſemper. At miſe

Mat. 6.

Pſal. 36.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ricors est, inquit. Quandiu frigidum hoc & ridiculum verbum dicimus? Ego non, quòd misericors sit deus dico solum, & ibi sermonẽ sisto, sed quôd nihil sit misericordius illo; & q̃ vtiliter omnia quæ nobiscum sunt, dispensat. Quot vides per omnem ætatem elephantiasi laborare, quot item â prima ætate oculis orbos vsq̃ in senectam, & alios postea excæcatos, alios egestate premi, alios in vinculis, alios in metalli fodinis simul contumulari, alios in bello interimi? Num sunt hæc misericordiæ opera, dic oro? non posset hęc si vellet prohibere? sed sinit. Etiam inquit. tu autem dic oro, quare quí â prima ætate cæci? Non dicã, donec pollicearis mihi quòd illumineris, quòd illuminatus viuas recte, non licet mihi talia inuulgare. Neque enim voluptatis gratia sermo est: nam licet hanc soluam, alia tamen succedet quæstio. Abyssus enim quæstionum scriptura est. Vnde non solum assuescite quærere quarundam solutionem, sed etiam non quærere: quoniam quæstionum nullus erit finis. Ecce enim si hanc soluero, mille aceruos ostendam quæstionum. adeoq̃ discimus magis quærere quàm quæsita soluere. Neque enim si soluerimus, omnino soluimus, sed iuxta humanam rationem. propria horum solutio fides est, scire quòd omnia iustè & misericorditer deus ac vtiliter facit: quia possibile non est vt ratio illa capiat. Vna hæc solutio est, & hac nõ est alia melior. Quod enim, dic mihi, solutionis opus? omnino ne vltra quæras quod solutum est. Et si hoc tibiipsi persuaseris, quòd prouidentia dei omnia dispensentur, alia quidem permittẽte ob causam sibi cognitã, alia vero operante, liberaberis â quæstionibus, & solutionis lucrum acceperis. Redeamus autem ad institutum. Igitur quoniam vides tot in suppliciis, hæc autem omnia permittit Christus, vtere sanitate corporis in sanitatem animæ. Sed dices, Quid mihi opus laboribus & ærumnis? licet absq̃ labore omnia perficere. Hoc sanè incertum est. contingit enim non solum absq̃ labore non absolui, sed & mori omnia habentem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bentem. sed fac esse certū, ne sic quidem tuus sermo tolerabilis est. In certamen tractus es, arma proposita sunt aurea. opus est vt illa in manus accipias. Si autē vis sine gloria seruari, & nihil boni operari, dic oro: Si bellum insurgat, & rex adsit, & alios quidē videas in medias turmas hostium irruere, & multa vulnera recipere, variaq; facere: alios autem in singulare certamen descendere & pugnare, alios in equos se recipere, & laudari à rege, cum admiratione ac plausu & coronis: alios vero contentos, si nihil patiantur mali, in extremo ordine sederę & quiescere: deinde finito bello, illos quidē vocari vt recipiant donaria magna, & celebrentur: horum autem ne mentionē quidem fieri, sed salutem illis pro retributione bonorū esse: ex quorum numero esse velles? nam si lapideus esses, si & insensatis & inanimatis ignauior, nónne ex illorum numero multis nominibus magis esse velles? Ita fac oro & supplico. nam si etiā pugnantes cadere oporteat, nónne dignum vt hoc cum alacritate eligant? Nónne vides eos qui in bellis istis cadunt, q̄ sint clari & nobiles, etiamsi moriantur, & vltra à rege suo non possint honorari? Longe autē aliter euenit in hoc bello: assiste cicatrices habēs, quas concedatur nobis omnibus ostendere, etiam absq; persecutionibus: in Christo Iesu domino nostro, &c.

HOMILIA XXIIII.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem, & obstupuerūt qui ex circuncisione erant fideles, quotquot venerant cum Petro, quòd etiam super gētes donum spiritus sancti effusum esset: audiebāt enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum.

VIde dispensationem dei, non permisit absolui sermonem, neq; ex præcepto Petri fieri baptisma, sed vbi exhibuerunt se mente admirabili, quamuis doctrinæ principium esset, & crediderunt omnino baptisma esse remissionem peccatorum, tunc aduenit spiritus. Hoc autem fiebat, deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

magnam defensionē Petro hac dispensationē afferen-
te. Non simpliciter autem spiritum accipiunt, sed lin-
guis loquebantur, id quod & obstupefecit eos qui si-
mul venerāt. Iam cur nam res hæc sic constituta? pro-
pter Iudæos. Etenim illis hoc valde molestum erat.
Ideo hoc totum deus agit, & Petrus ferè simpliciter
adest, vt discat q̄ oporteat posthac illos accedere ad
gentes. Et quòd propter hæc oportebat illud fieri, ne
mireris. Vbi enim post tanta etiam in Cæsarea & in
Hierosolymis controuersia fit, quid nō factum esset,
nisi hæc simul accidissent? Idcirco hæc cum excellen-
tia quadam fiebāt. Vide autem quomodo Petrus ac-
cepta occasione excusat: Quòd autem post occasionē
respondet, audi Euangelistam narrantem ac dicentē,

*Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam prohibere po-
terit quis vt baptizentur hi, qui scilicet spiritum sanctum
acceperunt, sicut & nos?*] Vidisti quò causam retulit?
& quomodo laborauit vt hoc enunciaret, hanc dudū
sibi mentem fuisse? Nunquid aquam, inquit, prohibe
re quis poterit? Sunt enim hæc verba propemodum
insultantis prohibentibus & dicentibus q̄ non opor-
tet hoc fieri. Totum factum est, inquit. Quod magis
necessarium fuit baptisma, iam factum est, quo et nos
baptizati fumus. Imperauit illos baptizari in nomi-
ne Iesu Christi. Postquam pro se rationem reddidit,
tunc præcepit baptizari, docēs illos re ipsa. Adeò mo-
lestum erat Iudæis, & propter hoc prius se defendit,
quamuis res ipsæ clamarent, & tunc præcepit. Tunc
rogauerunt illum vt maneret per dies aliquot. Hinc
postea meritò etiam bona fiducia illic permanet.

CAP. XI. *Audierunt autē Apostoli & fratres qui erant per Iu-
dæam, quòd & gentes accepissent verbum dei. Et quando
ascendit Petrus in Hierusalem, disceptabāt cum illo hi qui
ex circumcisione erant, dicentes, Ad homines præputiū ha-
bentes ingressus es, & comedisti cum illis.*] Post tanta ge-
sta disceptabant hi qui ex circumcisione erant, nō apo-
stoli. Quid est disceptabant? Offendebantur, inquit,
non parū, & vide quid prætexant: non dicunt, Quare

annun-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

annũciasti, sed quare simul edisti. At Petrus nõ in hoc frigido dicto moratur: revera enĩ frigidũ erat: sed in magno illo dicens, Si spiritus participes fuerunt & illi, quomodo hoc nõ erat communicandum? Quomodo igitur in Samaritanis hoc non factum est, sed contrarium? Etenim non solum ante baptisma factum non est, sed ne post baptisma quidẽ, & non indignati sunt, sed magis re audita miserunt aliquot in hoc opus. Verum nõ istud obiiciunt: sciebãt enim quod diuinæ gratiæ esset, sed quare simul edisti, dicunt. Et aliter, Magnum et ferè infinitum discrimen erat inter Samaritanos & gentes. Vel etiam singulari dispensatione accidit illum reprehendi, vt hi discant. nõ enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autẽ quam alienus sit à fastu & vana gloria. Incipiens enim Petrus, inquit, exposuit illis per ordinem, dicens: *Ego eram in ciuitate Ioppe orans.*] Et non dicit quare, vel qua occasione. *Et videbam in raptu mentis visionem, descẽdere vas quoddam, sicut linteum magnum quatuor initiis demissum è cœlo, & venit vsque ad me. In quod intentis oculis considerauit, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, et volatilia cœli. Audiui autem vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & occide.*] Quid per hæc dicere vult? Sufficiebat, inquit, vel hoc persuasisse, spectatum esse linteum, veruntamen et vox adhibita est. *Dicebam autem, Minime domine, quia commune vel immundum nunquam intrauit in os meum.*] Vides? Feci, inquit, quod meum: dicebam quòd nunquam comedi. Hoc ad id quod dicebant illi, Ingressus es, & simul edisti cum illis, respondit, nõ autem ad Cornelium, neque enim necesse erat. *Respondit autem mihi secundò vox de cœlo, Quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris. Hoc autem factum est tertiò. Et iterum rapta sunt omnia sursum in cœlum, & ecce mox tres viri astiterunt ad domum in qua eram, missi à Cæsaria ad me.*] Narrat ea quæ necessaria erant, alia vero obticet, imò per hæc & illa probat: & vide quomodo rationem reddit, & nõ vult doctoris autoritate vti: scie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat enim ꝙ quo modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Nunquam ingressum est, inquit, in os meum commune vel immundū. Et sic totum ad defensionem dispensatum fuerat. *Et ecce mox tres viri astabant ad domum in qua eram. Dixit autem mihi spiritus, vt irem cum illis nihil hæsitans.*] Vides quod spiritus est legislatio? *Venerunt autem mecum & sex illi fratres.*] Quid humilius Petro, qui ad hoc etiam fratrum adhibet testimonium? *Venerunt autem mecum sex fratres, & ingressi sumus in domum viri, & annunciauit nobis quomodo viderit angelum in domum suā missum, & dicentem sibi: Mitte in Ioppen viros, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua.*] Et non dixit ea quæ ab angelo dicta erant Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderūt in memoriale coram deo. Ne scilicet illis tribuat, vtpote nihil magnum habentibus. Loquetur verba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua. Vides quomodo festinat propter id quod dixi, Et nihil de humanitate viri dicit. Igitur quū spiritus miserit, deus iusserit, angelus euocauerit, protruserit, rerum discrimen sustulerit, quid faciendum erat? At nihil horum dicit, sed à posteriore cōfirmat, quòd illud testimoniū omni controuersia careat. Dicas, Et quare non hoc factum est solum? Ex superabundanti deo demonstrante, initium non esse factum ab Apostolo. Si autem sua sponte motus illuc profectus esset, nihilq; horum accidisset, plurimum perculsi ac attoniti facti fuissent. Et sic iterum illorum mentem capit, dicens ad illos, qui scilicet spiritum sanctum acceperunt sicut & nos. Et iterum: *Cumque inciperem ego loqui, delapsus est spiritus sanctus super illos, sicut & super nos in initio.*] Et non est hoc contentus, sed & verbi dominici mentionem facit. *Recordatus autem sum verbi domini quod dixit, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto*] Atque ita nihil noui accidit, sed id quod antea prædixit. Sed non opor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oportebat,dixerit aliquis,baptizari eos,quia iam ve nerat in eos spiritus sanctus. Propter non dicit, iussi illos baptizari.Sed quid? Nunquid aquam prohibe re quis potest vt non baptizentur? Ex hoc demon strat sese nihil fecisse. Igitur id quod habebam⁹ nos, acceperunt illi. *Itaque si par donū*,inquit, *dedit illis Deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum, ego quis eram qui possem prohibere Deum?*] Vt ex abū dāti illorum obturet ora,propter hoc adiecit, par do num. Vides quomodo eos qui semel crediderunt, nō sinit minus habere.Par donum dedit illis Deus,sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum. Et ita ipse purgat illos,& non dicit vobis,sed nobis, miti gans etiam hac ratione sermonem. Quid igitur indi gnum passi estis, quando nos illos socios dicimus?

Auditis autem illis,quieuerunt & glorificauerunt deū dicentes:Igitur & gentibus deus pœnitentiam dedit ad vi tam æternam.] Vides quomodo ex concione Petri bene omnia narrantis totum fuit? Ideo & glorifica runt deum,& pœnitentiā etiam illis dedit.Ita & hu miliati sunt ab his sermonibus. hinc postea apertum est ostium veniendi ad gentes. Videamus autem,si placet,quæ dicta sunt.Non dixit quòd disceptarit Pe trus,sed hi qui ex circūcisione, quoniam ipse sciebat quod parabatur. Etenim illud oportebat admirari, quomodo & illi credidissent. Itaque vbi audierunt, vt creduli facti sunt,nihil sunt commoti:verū quan do Deus largitus est spiritum , quando Petrus expo suit visionem,dicens,Deus ostendit mihi,nullum cō munem vel immundum dicere hominem.Propterea & pro gentibus sermonem instruit,quòd posthac ha bita fide neq; gentes futuræ sint. Igitur non est mirū, si ante baptisma acceperūt spiritum. Et in nobis hoc factum est.Hic ostendit Petrus quòd neque sicut re liqui baptizati fuerint , sed multo melius. Propter hoc autem sic ex abundantia res geruntur,vt nihil di cere possint, sed vt sibi pares habeant. *Et rogaue runt*,inquit,*illum*,*vt maneret.*] Vides quomodo non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vulgariter erga illum affecti fuerunt? vidisti zelum quem habebant pro lege? non dignitatem Petri reueriti sunt, non facta signa, non opus illud magnum, susceptum esse verbum, sed propter parua illa expostulabant. Si enim nihil horum fuisset, non suffeciset bonum opus? At non sic rationem reddit Petrus. Intelligens enim ac prudens erat, imò non erant prudentię illa, sed spiritus verba. Et ostendit in apologia sua se nequaquam autorem, sed omnino deum, & tãtum non illos sic affatur. Ipse me fecit in raptu mentis constitui, ego enim simpliciter orabam: ipse vas ostẽdit, ego contradicebam. rursum eadem iubenti ne sic quidem obediui. spiritus iussit abire, & abiens non accurri dicens quòd Deus me miserit. & post hęc neque sic baptizaui, sed iterum Deus totum fecit. Igitur Deus illos baptizauit, non ego. Et non dixit, his omnibus factis nónne oportebat posthac adhiberi aquam, sed quasi nihil esset reliquũ, Ego quis eram, inquit, vt prohiberem deum? Papę, qualis defensio. Non enim dixit, Hæc igitur sciẽtes tacere & quiescite, sed quid? Fert illorum impetum, & improperantibus rationẽ reddit. Quis eram qui deo possem obsistere? Valde grauiter hac admonitione defendit se. Non poteram prohibere. Vnde postea territi tacuerunt & glorificarunt deum.

MORALE.

Sic & nos oportet in bonis proximorum glorificare deum, & non insultare, sicut faciunt quidam ex his qui nuper illuminati sunt, quãdo alios vident baptizari, & mox ex hac vita migrare. Glorificare oportet deum. Etiam quòd manere non concedit. Et ita etiam tu, si volueris, maius acceperis donum. non loquor secundum quod illuminatus es: hoc enim tuum & illius donum par est: sed quòd accepisti priuilegiũ nobilitatis. Ille indutus est stola, & non est ei permissum cum illa in turba esse spectabilem. Tibi magnã potestatem dedit deus, nempe vti armis vt oportet, adeoq; illa probare quantum valeant. Ille migrat solum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum fidei habens mercedē. Tu stas in stadio operū, & potes accipere multas retributiones, & in tantum illo apparere clarior, quantum sol stellis minimis, quantum dux belli postremo milite, imò quantū ipse rex. Igitur teipsum explora, imò non explora, sed rem gere gnauiter. Non enim sufficit seipsum accusare, opus est vt & certes: calumniā passus es, grauia passus es, surge, repara teipsum. Adhuc in stadio stas, adhuc theatrum solutum non est. Non vides quot certando defatigati postea iterum certarunt? tantum ne voluntarius succumbas. Beatum dicis eum qui mortuus est, multo magis beatum teipsum dicas. Solutus est ille à peccatis, sed si tu volueris, non solum lauabere à peccatis, sed etiam bona opera habiturus es, id quod illi non est possibile. Concessum est nobis vt reparemus nosipsos. Magna pœnitētię remedia sunt. Nullus seipsum condemnet. Ille revera desperatione dignus, qui de seipso desperat, ille nullam salutis spē habet. Non graue est venisse in profundum malorū, sed manere ibi postquam veneris. Non impium est venisse in profundum malorum, sed cōtemnere postquam eo veneris. Propter quod debebas solicitus esse, dic oro, magis contemnis? vulnera tāta habens cecidisti? Nullū animæ vulnus insanabile, sicut in corpore multa sunt talia. Et pro illis quidem quæ in corpore, nullum laborem detrectamus, pro his autē quę in anima curandis desides sumus. Non vides latronē quàm breui tempore correptus est? Non vides martyres quàm breui tempore opus totum absoluerunt? Sed nunc non est martyrij tempus. Atqui certaminū tempus est, quod sæpius dixi, si vellemus. Qui enim piè viuere volunt in Iesu Christo, persecutionē patiētur: & si non ab hominibus, certè à dæmonibus: semper persequutionem patiuntur qui piè viuunt. Sanè & grauior est persequutio. Et primum ab ipsis maxime deliciis hanc ferunt, qui non sobrij sunt. Num parua putas esse persequutionem in deliciis? hæc omnium difficillima est, hæc & persequutione grauior.

Nam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam quasi flumen ingruens animam deliciæ resoluunt. Et sicut se habent æstas ac hyems, ita persequutio & deliciæ. Vt autem plenius cognoscas ita rẽ habere, considera sic: Somnium immtrit voluptas animæ, ignauiam & oscitantiam mox ingenerat, vndiq; affectiones excitat, fastum armat, armat voluptatẽ, armat iram, inuidiam, vanæ gloriæ studium, æmulationem. At in persequutione nihil horum interturbare valet, sed timor ingressus, quasi flagello quodam percusso cane, omnes affectiones ne gry quidem sonare sinit. Quis in persequutione vanæ gloriæ vacare potest? quis voluptatibus deditus esse? nemo, sed tremor magnus ac timor magnam tranquillitatem afferunt, & placidum portum efficiunt, animam piam reddunt. Audiui aliquando patres nostros dicere, (nobis autem non contingat: non enim iubemur petere tentationem) in persequutione priscorum licebat videre Christianos veros. Nullus enim curabat opes, nullus mulierem, nullus pueros, nullus domũ, nullus patriam, vnum omnibus erat studium suã seruare animam. Alij quidem in sepulchris & monumẽtis, alij vero in solitudinibus latebant, non solum autem viri, sed mulieres teneræ ac delicatæ tunc occultabantur cum perpetua fame pugnantes. Considerauum desiderium aliquod sumptuum vel deliciarum veniret in mentem mulieri in fouea latenti & expectanti ministram, vt cœnulam afferat, timẽtiq; ne deprehendatur, & quasi in camino quodam iacenti: nũquid cogitaret quid deliciæ, quid totus mundus? Vides nunc maiorem esse persequutionem, inuadentibus nos vndiq; affectionibus tanquam bestiis? Nũc est grauis persequutio, vel ob hoc quod non putatur esse persequutio. Etenim etiam hãc difficultatem habet bellum, quòd pax putatur, vt ne contra illud arma sumamus, vel insurgamus. nemo formidat, nemo tremit. Si autem non creditis, rogate gẽtiles qui persequuntur, quando res Christianorũ clariores, quando Christiani probatiores. Parua horũ erat tunc multitudo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

titudo, magnæ autem virtutum diuitiæ cernebantur. Quæ enim vtilitas, dic oro, multum esse fœnum, quū liceat esse lapides preciosos? Num numero magno, sed probata virtute multitudo censenda est. Helias vnus erat, sed mundus hic erat indignus illo: atqui mundus innumera millia sunt, imò non sunt innumera millia, quando neque vel vni tot adæquantur. Melior vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri prævaricatores. Hoc & sapiens quidam insinuans, alicubi sic inquit: Ne desideres multitudinem filiorū inutilium. Hi etiam blasphemiam magis inurūt deo, quàm si nunquā fuissent Christiani. Quid mihi opus multitudine? Alimentum amplius igni. Hoc & ex corporibus cognoueris, quod melior cōgruus cibus cum sanitate, quàm cum molestia deliciæ. Hoc alimētum illo amplius, hoc alimentum, illud morbus. Hoc & in bello viderit quis, melius esse decē peritos beIli, & decem viros, quàm innumeros imperitos. Hi enim præter hoc quod nihil operantur, etiā alios qui operantur, morantur. Hoc & in naui inuenerit quis, vtiliores esse duos nautas nauigare scientes, quàm magnam imperitorum multitudinē. Hi enim & nauigium submergunt. Hæc dico, non quòd molesta sit multitudo vestra, sed quòd vellem omnes esse probos, & non confidere multitudinis numero. Multo plures ingrediuntur gehennam, sed maius illa est regnum, etiamsi paucos habeat. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed vnus seruabat illos. Vnus erat Moses, & plus valebat quàm omnes. Vnus erat IESVS, & plus poterat sexcentis milibus. Non hoc curemus solum, vt multi fiant, sed magis vt præclari & probi. Vbi hoc effectum fuerit, tunc & illud. Nullus domum spacioſam primum vult facere, sed primum validam & idoneam, & tunc spacioſam. Nullus mittit fundamenta, vt derideatur. Primum hoc quæramus, & tunc illud. Hoc si est, facile & illud erit: si illud autem nō est, hoc etiam si sit, nulla vtilitas. Nam si fuerint qui in ecclesia clari, statim erit etiam multitudo:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tudo: hi autem si non sint, nũquam erit in ecclesia honesta multitudo. Quot putatis esse in ciuitate nostra qui seruentur? Molestum quidem est quod dicturus sum, dicam tamen, Non est in tot milibus centesimũ inuenire qui seruetur, sed etiam de illis dubito. Dic enim oro, quanta malitia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus? Nullus quam oportet diligentiam adhibet in educandis suis, nullus habet zelum, vt seniorem quem videt imitetur. Exemplaria dispa-ruerunt, ideirco nulli adolescentes fiunt admirabiles. Ne mihi hoc dicas, in magno numero sumus. Hoc frigidorum hominum est, & de hominibus quidem meritò hoc dicitur. De deo autem, qui non opus habet nobis, non item. Quòd autem & quantum ad nos attinet, frigidum sit verbum audi: Qui multos habet ministros, si improbi fuerint quanta feret mala? Et ei quidẽ qui nullum habet, hoc videtur graue, quod ministerium illi negatum est. Is autem qui malos, seipsum vnà cum illis perdit, & grauius incommodatur. Multo sanè difficilius est pugnare cũ aliis & bellũ suscipere, quàm sibiipsi seruire. Hæc dico, ne quis ecclesiam admiretur proter multitudinem, sed vt curemus illam probam efficere, vt quisque curam habeat non solum amicorum & cognatorum, id quod semper dico, & vicinorũ, sed & ita vt exteros, si possibile sit, attrahat, orandum. Iacent omnes adolescentes frigidi ac senes, purgamenta magis quàm adolescentes, rident, subsannãt, cauillantur, etenim & hoc fieri audiui, & mutuum se incessunt scommatis geniculãtes. Tu autem si assistis iuuenis vel senex & stupenda vides, increpa acriter. si non fert, voca diaconum, abige, quæ tua sunt facito: & si quid ausus fuerit contrate, vtique multos habiturus es adiuturos. Quis enim ita ratione destitutus, qui sit te viderit propter talia obiurgantem, & illos obiurgari, non malit esse à parte tua. Vade sumpturus mercedẽ ab oratione in æde dominica. Hos diligẽtiores inter seruos iudicamus qui nullum vas inordinatũ iacere sinunt.

Dic

Dic obsecro, si videres in domo argenteum vas foras proiici, etiam si nō esses ad hoc deputatus, nónne acciperes hoc & inferres in domum? Si vestem videres temerè proiectam, etiamsi non habeas hanc curā, etiamsi inimicus sis eius qui ad seruandam illam deputatus est, tamen propter beneuolētiam in dominū, nónne bene componeres? Ita & nunc. Vasa illi sunt, si videris iacere absq; ordine, composito. Accede ad me, non detrecto: dic mihi, fac me certiorem, videre omnia non possum. Ignoscite. Videris quāta malitia orbem terrarum detinet? nunquid simpliciter dicebam, quòd multitudo simus fœni, mare incompositum? Non dico, quòd illi talia faciunt, sed quòd tanta oscitantia laborant intrantes, vt neq; hęc corrigāt. Iterum alios video stare & nugari dum preces fiunt: & quidam ex illis, adhuc meliores scilicet, idē faciūt, non solum dum fiunt preces, sed etiam dum sacerdos benedicit. O audaciam. Quando erit salus, quomodo poterimus deum placare? Si transires in ludum, videres omnes compositę saltantes, & nihil inordinatū. Itaque sicut in lyra maxime consona, & vario modo facta, vna quædam bene sonora symphonia fit ex singulorum quæ simul sita, bono ordine. Sic sanè & hic. Vnam ex omnibus consonam harmoniam fieri conuenit. Vna enim facti sumus ecclesia, vnius capitis membra per compages decenter commissa sumus, vnum omnes constituimus corpus: si quid fortè neglectum fuerit, totum neglectum erit ac corruptum. Ita multorum bonam ordinationem vnius deordinatio incommodat. Et hoc profecto terribile, quòd non venis huc vt saltes in ludo & chorea, & stes sine ordine. Nescis quòd cum angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & stas ridens? & non esset mirum si fulmen demitteretur, non solum in illos, sed etiam in nos. digna enim fulmine sunt hæc. Adest rex, inspectat exercitus, & tu in illorum conspectu stas ac rides, vel ridentem negligis? Verū quandiu obiurgamus? quandiu reprehendimus?

Nónne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nónne vt damnosos, vt fures, vt corruptos & pernicioſos tales & innumeris malis plenos, ab eccleſia exigi oportebat? Quando hi qui horrenda hora rident, abſtinebunt à riſu, quando abſtinebunt à nugis, qui in tempore benedictionis garriunt? non reuerentur præſentes, nec deum timent. Non ſufficit nobis quòd ipſa mente ſumus ignaui, neque quòd orantes aliò euagamur, ſed etiam riſum & cachinnos multos afferimus. Nunquid theatrica ſunt hæc quæ hic geruntur, opinor autem quòd id theatris debeamus. Inobedientes enim multos nobis conſtituunt, & ineptos: quæ enim hic extruuntur, illic ſubuertuntur: & non hoc ſolum, ſed & alias immundicias neceſſe eſt theatri ſtudioſis adhærere. Et perinde fit ac ſi quis campum velit purgare, in quem fons luto fluens influat: quantum enim purgaris, tantum influit. Hoc & hic fit. quando enim purgamus à theatro huc venientes, & immundiciam afferentes, dum illuc iterum abeunt, maiorem contrahunt immundiciam, quaſi dedita opera ſic viuant, vt nobis negocium faciant: & iterum veniunt multo luto ſordidati, in moribus, in geſtibus, in verbis, in riſu, in deſidia. Deinde iterum nos fodimus, quaſi dedita opera in hoc fodientes, vt puros illos dimiſſos iterum videamus luto ac cœno inquinari. Ea propter commendo vos deo: vndeiam & teſtificor vobis qui ſani eſtis, quòd iudicium vobis erit ac condemnatio, ſi quis videns inordinate viuentem, maxime in illo tempore, non admonuerit nec corripuerit. Hoc plus eſt quàm oraſſe. Dimitte preces & illum corripe, Ira & illi proderis, & tu lucrum habebis, ita etiam omnes ſeruari poterimus, & regnum cœlorum aſſequi, quo contingat nos omnes frui, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri vnà cum ſpiritu ſancto, gloria, imperium honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Itaque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA XXV.

Itaque hi qui dispersi erant ex persequutione mota ob Stephanum, transierunt vsque ad Phœnicen & Cyprum ac Antiochiam, nulli loquentes verbum, nisi solis Iudæis.

HAud parũ ad verbi profectum faciebat persequutio: Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. Nunquid si dedita opera conati essent instituere ecclesiam, aliud quàm hoc fecissent? De dispersione loquor discipulorum. Et vide quorsum se extenderit prędicatio. *Transierunt*, inquit, *vsque ad Phœnicen & Cyprum, & Antiochiam, nulli loquentes verbum nisi solis Iudæis.*] Vides ęa quæ apud Cornelium acta, omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc autem & ad defensionem Christi, & ad accusationem Iudæorũ pertinet. Itaq; quando Stephanus interẽptus est, quando Paulus bis periclitatus, quando apostoli flagellati sunt, quando sæpius latuerunt, tunc Gentes receptæ sunt, tunc & Samaritani, quod & Paulus clamat dicens, Vobis erat necessarium primum dici sermonem dei: quoniã autem repulisti illum, & non dignos iudicastis vos ipsos, ecce conuertimur ad gentes. Accesserunt itaq; & gentes alloquuturi, *Erant autem quidam ex illis viri Cyprij & Cyrenæi, qui cum venissent Antiochiam, alloquuti sunt Græce loquentes euangelizando dominum Iesum. Et erat manus domini cum illis, magnusque numerus qui credidit, conuersus est ad dominum Iesum.*] Vide, Græcis euangelium annunciant. Verisimile est enim illos scisse Græce, & in Antiochia tales multos fuisse. *Et erat manus domini*, inquit, *cum illis.*] Hoc est, signa operabãtur. Vides quare etiam nunc signorum necessitas fuit? vt credant. *Auditus autem est sermo in auribus ecclesiæ, quæ est in Hierosolymis, de illis, & miserũt Barnabam vt transiret vsque in Antiochiã.*] Quare nam tanta ciuitate suscipiente verbũ non venerunt ipsi, sed miserunt Barnabam? propter Iudęos. Veruntamen nõ paruum quiddam geritur, etiam ꝙ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Paulus huc aduenit, neque ſimpliciter, ſed & valde magna cum diſpenſatione illum auerſantur, vt ne in cludatur in Hieroſolymis vox prædicationis, tubæq; cœlorum. Vidiſti quomodo vbique malitiis illorũ vt opus erat, & quemadmodum volebat, vſus eſt CHRISTVS, etiam odio quo perſequebantur Paulũ in ædificationem eccleſiæ ex gentibus congregandæ.

Qui vt venit & vidit gratiã dei lætatus eſt, & inhortabatur oẽs vt in propoſito cordis maneant in domino. Erat enim vir bonus, & plenus ſpiritu ſancto, ac fide, & appoſita eſt turba multa domino. Exiit autem in Tarſum Barnabas vt requireret Paulum, & inuentũ illum adduxit in Antiochiam.] Valde vtilis erat vir ille, etiã frugi ac Paulo familiaris. Ideo & venit ad athletam, ad ducẽ belli, ad certãtem ſingulari duello, ad leonem: nec habeo quo nomine digne vocem illum, venit ad canem venaticum, leones occidentem, ad taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi ſufficiens. Revera in Antiochia appellati ſunt noſtri propter hoc vocabulo Chriſtianorum, quia Paulus in ea tanto tempore perſeuerauit. *Factum eſt autem quòd illi anno integro congregarentur in eccleſia, & docerent multum populum, vt primum appellati ſint diſcipuli in Antiochia Chriſtiani.*] Non parua autem hæc ciuitatis laus erat. Hoc contra omnes adduci poteſt, quòd prima omnium, tanto tẽpore, illo ore frui cœpit, vnde & principio hoc nomẽ aſſequuti ſunt. Vides in quantum faſtigium ciuitatem extulit, & clariorem reddidit hoc Pauli opus? Alibi tria milia, & quinque milia crediderunt, hic tãta multitudo. Nihil tale factum ibi, ſed adhuc tãtum de via illa eſſe dicebãtur, hic aũt Chriſtiani appellati ſunt. *In iſtis autem diebus deſcenderunt à Hieroſolymis prophetæ in Antiochiam.*] Quoniam etiam in illis locis fructum eleëmoſynæ plãtari oportebat, vtili diſpenſatione accidit prophetas deſcendere. Tu autem conſidera & obſerua, quomodo nullus clarus his doctor aduenit. Cyprios enim habebant doctores, ac Cyrenæos & Paulum, quãuis ille antecelleret iſtos.

Sicut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sicut Paulus Barnabam & Ananiam, sed nihil ex hoc minor fuit. Habebat tamen & Christum.

Surgens autem quidam ex illis Agabus nomine, significauit famem magnam futuram in toto orbe, quæ accidit sub Claudio Cæsare.] Necessario hic famem magnam futuram significat, quæ sanè sicut prædicta est contigit. Vt enim ne putent quidam propter hoc factam famem quòd Christianismus ingressus est, vel quòd dæmones deiecti fuerint, prædicit spiritus sanctus quod euenturum sicut & Christus prædixit multa, & euenerunt. Non igitur propter hoc, quoniam oportebat ab initio hoc fieri, sed propter mala quæ in apostolos facta: quæ quum & fierent, longanimiter ferebat Deus: quum autem in peccatis perseuerarent, fames magna facta est, significans Iudæis euentura mala. Dicis: Si propter illos erat, propter alios, quum esset, oportebat cessare. Quid enim iniustè egerant Græci, vt propter illos malorum fierent participes, qui nihil mali fecerant? Si autem non propter Iudæos, & probari illos magis oportebat, eo quòd Iudæi faciebant pro sua virili, occidebant, puniebant, mulctabant, vbiq; persequebantur. Et vide quomodo fit fames, quando & Ethnici iam susceptri erant. At dicis: Si propter mala hæc fiebant, oportebat illos ab aliis separari. Quare dic mihi? Nónne prius dixit eis Christus: In mundo tribulationẽ habebitis? Tu autem hęc dicẽs, forsan & hæc dices, quòd oportebat neque flagellari. Sed vide vt illis etiã fames salutis fiat causa, & eleëmosynæ occasio, multa concilians bona: atq; ita etiã vobis factum esset siquidẽ voluissetis, sed noluistis. Prædicitur autẽ, vt posthac magis præparati sint ad eleëmosynã, quia grauiter affligebãtur ij q in Hierosolymis. Ante hoc nõ erãt in fame, & mittitur Barnabas ac Paulus qui ministrarunt. *Discipuli autẽ prout quiq; abũdabant.*] Vidisti simul credere, & simul fructũ afferre, nõ his solũ qui propè erant, sed etiam his qui à lõge. Hoc autẽ mihi videtur hic dicere, id quod *Ioan. 16.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Gal.2. alicubi Paulus inquit quòd dexteras dederunt mihi & Barnabæ cõmunionis, tantum vt pauperum memores simus. Intantum profuit fames. Et vide illos neq; ex tribulatione in lamenta & lachrymas erupisse, sed operi magno & bono sese exposuisse. Cum maiore enim vbertate prædicabant sermonẽ. Et non dixerunt. Nos quũ simus Cyprij & Cyrenæi tam nobili & claræ ciuitati hoc imponemus: sed credentes gratiæ dei, etiam illi aggressi sunt doctrinã, & hi non dedignati sunt ab illis discere. Vide per paucos omnia hæc fieri, prædicationem crescere, curam omnium qui Hierosolymis geri, quasi vnam domum orbẽ haberi. Audierant q̃ Samaria receperat verbũ, & miserunt Petrum ac Ioannem. Magnum enim discrimen erat, & non oportebat apostolos illinc pridem separari, ne putentur esse fugitiui, & suos fugisse: tunc autẽ necessario separantur, quando nulla ratione res Iudaicæ curari poterant, quãdo bello incrudescẽte perituri erant, quando sententia pronunciata. Quoniã quãdiu Paulus Romam non peruenit, illic erant. Egrediuntur autem, non bellum formidantes. quî enim formidarẽt quum ad impugnaturos se abirẽt. Et bellum illud factum est mortuis apostolis, & quod de illis dictum finem accepit: Peruenit super illos ira in finem. Apostoli autẽ quo ignobiliores erant, hoc magis fulgebat gratia, per paruos efficiens magna. Sed videamus iterũ quæ dicta sunt: *Inhortabatur omnes*, inquit, *vt perseuerarent in domino, quia erat vir bonus.*] Mihi videtur bonum nũc frugi appellare, & simplicem sine fuco, valde cupidum salutis proximorum. Non solum autem erat vir bonus, sed etiam plenus spiritu sancto ac fide. Ideo & proposito cordis omnes inhortabatur. Inhortabatur, hoc est cum prẽconio & laudibus. Et considera quomodo ciuitas illa quẽadmodum terra pinguis sermonem accipit. Quare autẽ Paulum à Tarso abducit, & in illam ciuitatem inducit? Non absq; causa: nam hic & amplior ciuitas, & amplior spes, hominumq; frequentior copia. Vidisti

gratiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratiam omnia operari non Paulum, & quomodo à paruis res initium cepit: vbi autem inclaruit, tunc Barnabam mittunt? Et quare non ante hoc miserunt illum? multam suorum habebant curam, & nolebãt improperare sibi Iudæos q̃ suscepissent gentes, quãuis absq̃ vitatione illis se admiscentibus, quoniam futura erat controuersia apud illos, ea quæ apud Cornelium acta præcesserunt: & tunc sanè etiam dicunt, vt nos in gentes, illi autem in circũcisionem. Et considera quomodo tempestiue necessitas famis inducit communionem illam, quam gẽtes ad eos qui in Hierusalem miserunt. Accipiebant enim ab illis, & non sicut nos, in luctibus calamitates ferebant, sed minore pauore viuebant, quũ procul fierẽt ab eis qui prohiberent, & essent inter homines qui non timebãt Iudæos, quod & ipsum non parũ conducebat: quin & in Cyprum abeunt vbi minor metus ac solicitudo.

Nulli autem sermonem, inquit, *loquebantur, nisi solis Iudæis.*] Non propter hominum metũ, quem nihil faciebant, sed legẽ retinentes, & illos adhuc tolerãtes.

Erant autem quidam in Antiochia Cyprij & Cyrenæi, hi maxime non curabant Iudæos, qui scilicet loquebantur ad Græcæ loquentes, & euangeliz abant dominũ Iesum.] Fortassis quod nesciebant Hebraicè, vocabant illos Græcos. Vt autem aduenit, inquit, Barnabas, & vidit gratiam dei, non diligentiam hominum. *Inhortabatur illos vt perseuerent in domino.*] Forsan in éo q̃ laudabant turbam & approbabant hoc plures cõuertit. Et quare non Paulo scribunt, sed Barnabam mittunt? Nondum viri sciebant virtutẽ, ideo solum constitutũ est, vt Barnabas proficisceretur. Quoniã autẽ & multitudo erat, & nemo prohibebat: meritò germinauit fides, & maximè quòd nullam illic sustinebãt tentationem, & quòd Paulus prædicabat sine fugiendi necessitate. Bene autẽ non illi de fame dicunt, sed prophetæ, ne onerosi quidam videãtur. & admiratione dignum, quomodo non indignati fuerunt vt despecti Antiocheni, sed contenti sunt his magistris,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ita omnes feruebant ad fermonem. Qui etiam nō expectarunt donec fieret fames, sed ante illam miserunt prout abundabat quisq;. Et vide q; apud apostolos alij quidam hanc potestatem accipiūt, hic autem Paulus & Barnabas, idq; non sine causa constitutum est. Et aliter: Et principium erat, & iam non oportebat scandalizari.

MORALE.

Verum iam nullus hoc facit, tametsi fames sit illa grauior. Non enim par est cōmunem ferre calamitatem, & quum abundantia fruuntur alij, pauperiores quosdam fame laborare. Tunc solum fames erat, & qui dabāt pauperes. Sicut enim inquit, vnusquisque abundabat: nūc autem duplex fames, sicut & duplex abundantia, fames grauis, fames non audiendi verbū domini, sed educādi per eleëmosynam. Tunc & eleëmosyna ij qui in Iudæa erant pauperes, potiti sunt; & qui in Antiochia, pecunias contribuebant, & hi magis quam illi. Nunc autem & nos & pauperes in fame: nam illi quidem necessario alimēto egēt, nos vero diuina misericordia: quo alimento nullum magis necessarium: non infert saturitatis mala superuacaneum nihil inde in secessum egeritur. Nihil pulchrius, nihil suauius anima quæ sic pascitur, omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie & ægritudine, nullus illam poterit rapere: sed sicut adamātinum corpus, nec ferrum cædere valet, nec aliud quiddam, ita & animam ob eleëmosynam confirmatam nihil tollere potest. Quid enim dic oro, hanc rapere vnquā posset? Paupertas? minime, habitat enim in regalib' prōptuariis. Nū latro & fur? sed illos parietes nullus perfodere valet; num vermis? sed etiam hoc incommodo superiorem habet thesaurum. Num inuidia & odium? sed neq; ab illis capitur. num calumniæ & insidiæ? neq; illæ. Indeprædabilis enim thesaurus est. Sed indecorum fuerit, si hæc sola demonstraro quæ eleemosynæ accidunt, & non contraria. Non enim ab inuidentia solum liberata est, sed etiam multa be-

nedi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nedictione fruitur, etiam ab his quibus non est bene-
factum. Nam quemadmodum crudeles ac inhumani
non eos duntaxat habent aduersarios, quos afflixe-
runt, sed etiam eos qui nihil passi illis cõdolent: nam
& isti accusant & vituperant: Sic qui multa bona fe-
cerunt, non solum eos quibus benefecerũt, sed etiam
eos quibus nullum beneficium impenderunt, inueni-
unt laudatores. Quid dicam liberos ab inuidia & in-
fidiatoribus, & latronibus, & parietũ effractoribus?
Non hoc solum bonum habet, sed adhuc cũ eo q̃ nõ
imminuuntur, crescunt etiam opes, & multiplicãtur.
Quid Nabuchodonozore turpius? quid deformius?
quid iniquius? Impius homo erat, plurima signa
& iudicia vidit, & noluit resipiscere, sed seruos dei in
caminũ iniecit, & postea adorauit. Quid igitur pro-
phetæ? Rex, ait, consilium meũ placeat tibi, peccata
tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misera-
tionibus pauperũ: forsan erit venia delictis tuis. Hoc
sic dixit, non ambigens, valde enim persuasum erat
prophetæ, sed volens illum amplius terrere & coge-
re vt hoc faciat. Si enim affirmando dixisset, negligẽ-
tior factus esset ille. Ita & nos tunc maxime quosdã
vrgemus quando dicimus, obsecra illum, & non ad-
iicimus omnino auditurũ, sed fortè auditurũ. Metus
enim à dubitatione profectus, magis impellit, & pro
pter hoc certũ & manifestum istud nõ fecit. Quid di-
cis? tantis ne impietatibus erit venia? Etiã, non est
peccatũ, quod non possit purgare eleemosyna, quod
ve non possit extinguere. Omne peccatũ infra illam
stat. Remediũ est ad omne vulnus vtile. Quid publi-
cano deterius? omnis iniustitiæ fomes est auaritia,
sed hanc omnẽ abluit Zachæus. Vide quomodo &
Christus hoc monstrat, dum curauit & marsupiũ ha-
bere, & portare ea quæ immittebãtur. Paulus autem
dicit: Tantum vt memores pauperũ essemus. Et per
omnẽ vbiq; scripturam super hac re sermo est. Præci-
puũ animę viri, inquit, diuitię propriæ. Et Christus:
Si vis perfectus esse, vende tuas facultates, & da pau-
peribus,

Dan. 4.

Gal. 2.

Prou. 13.

Mat. 19.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peribus, & veni sequere me. Hæc meritò perfectio est. Eleëmosyna autẽ non in solis fit pecuniis, sed etiã in operibus: vt exẽpli gratia dicam, est patrocinari, & viduæ manum porrigere. Huiusmodi enim patrocinium sæpe plures seruauit, q̃ pecuniarum largitio. Igitur in præsenti tempore omnia misericordiarum genera exerceamus. Ne sis segnis, potes patrocinari, ne dicas, quoniam pecuniæ mihi non sunt. Hoc nihil est dicere, nam & illud magnum quiddam erit, quemadmodum si aurum dedisses, ita affectus esto. Potes ministrare, etiam hoc facito, vt puta medicus es arte, diligenter cura infirmos, est etiam hoc magnum. Vales etiam consilio, hoc omnibus maius est, melius & amplius, quanto & maius habet lucrum. Non enim famem soluis, sed difficilem mortem. Hoc etiam apostoli abundantes pleni erant. Propterea pecuniarum distributionem aliis concrediderunt, ipsi prædicationibus vacarũt. An putas paruam esse eleëmosynam, animam consilio destitutam, & extreme periclitantem, atque febrium incendio detentam, morbo posse liberare? Vides amicum ab auaritia detineri, miserere hominis: suffocatur, extingue illius ignem. Quid igitur si non obtemperet? Tu quod tuum est facito, & ne sis ignauus. Vidisti illum in vinculis detineri, vincula enim revera sunt pecuniæ, abi ad illum, visita illum, consolare, tenta illum à vinculis eripere. Si audire non vult, ipse feret pœnam. Vidisti nudum & peregrinum, nudus enim revera & peregrinus est cœlorum, qui vitam bonam negligit: recipe eũ in diuersorium tuum, & vesti illum vestimentis virtutum, fac eum ciuem in cœlis. Quid igitur si ipse nudus sim? inquis. & teipsum primum vesti. si scis quòd nudus es, omnino etiam scis quòd debes te induere. Si huius nuditatis modũ solum nosti, potes facile scire etiã animæ vestitũ. Quot mulieres serica vestimẽta ferunt? nudæ autẽ revera sunt à virtutũ vestibus. Illis eas viri vestiant. Sed has vestes nolunt, aliasq; petunt. Hoc primum fiat, vt illas principio desiderẽt ac com-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac concupiscant: ostende quòd nudæ sint. Differe de iudicio futuro, dic alibi non his, sed aliis opus fore. Quòd si toleratis me dicentem, etiam ego nuditatem ostendam. Nudus in frigore stat, frigore cõtremiscit, ac stupescit brachiis seipsum amplexans. In æstate nõ fit idem. Si igitur ostendam opulentos & opulentas, hoc magis nudos, quo magis vestiti sunt. Ne sitis difficiles. Quid igitur, dic oro, quando sermones de gehenna mouerimus, & de tormentis illis: nõne magis quàm nudi illi tremiscũt ac stupent? nónne amarè gemunt, & condemnant seipsos? Quid igitur quando ad aliquem accedunt, & dicunt: Ora pro me? nónne hæc verba illis dicunt? at nunc quidem licet multa dixerimus, nondum manifesta est nuditas, erit autem illic manifestum. Quomodo? quando sericis illis vestibus amissis à solis virtutum & malitiæ vestibus singuli agnoscentur, quando pauperes quidẽ magna gloria vestiti erunt, diuites autẽ nudi ac deformes ad tormenta rapientur. Quid delicatius ac luxuriosius diuite illo purpura vestito, quid contra Lazaro pauperius? Vter igitur mendicorũ proferebat verba? vter abundans factus est? Dic oro: Si quis domum multis tapetibus ornet, ipse autem intus sedeat nudus, quæ vtilitas? ita & mulieribus accidit. nam domum animæ, corpus inquam, multis amiciunt, materfamilias autem intus sedet nuda. Afferte mihi animæ oculos, & ostendam vobis animæ nuditatem. Quid enim est vestimentum animæ? virtus. Quæ nuditas? peccatũ. Sicut igitur si quis spoliauerit quempiam liberũ, erubescit & humiliatur ac fugit; ita sanè & anima, si voluerimus in illam respicere, quæ nõ habet has vestes, erubescit. Quot putas nunc confundi, & in illud profundum descendere, & quasi velamentum quoddam requirere, vt hos non audiant sermones? Quæ autem sibi non sunt male conscíæ, oblectantur, gaudent, & gloriantur in his quæ dicuntur. Audi de beata Thecla, illa vt Paulum videret, aurum suum dedit. Tu autem vt Christum videas, neq; obulum das. Et admi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

raris quidem quod illa fecit,nō imitaris autem. Non audis quomodo misericordes beatos dicit sermo?

Mat.5. Beati misericordes, inquit, quoniam misericordiam consequentur. Quod lucrum à preciosis vestibus? Quandiu hanc stolam admiramur? induamur gloria Christi, circumdemur illa pulchritudine, vt & hic laudemur,& alibi æterna bona consequamur, gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi,cū quo patri simul ac spiritui sancto gloria,imperiū, & honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

HOMILIA XXVI.

CAP. XII. *Per illud autem tempus immisit Herodes rex manus vt afflige ret quosdam ex ecclesia, occîdit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio,& videns quòd rem gratam fe cisset Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrum. Erant autem dies azymorum.*

QVale nam tempus dicit? omnino quod mox sequebatur. Et hic quidem sic intelligere cōuenit,alibi autem aliter. Quando enim Matthæus dicit,In diebus illis,adest Ioannes prædicans: non mox sequentes dies intelligit, sed illos,in quibus futura mox erant ea quę narrabat. Mos enim scripturæ est hoc tropo vti, & aliquando quid exponere per ordinem iuxta quem eueniunt,aliquando autem quæ posterius contingunt enarrare, quasi mox fierent. Bene autem dicit,Herodes rex: hic non erat, sub quo Christus passus est. Ecce alia tentatio,& vide id quod initio dixi,quomodo per relaxationem et afflictionem contexãtur in apostolorum successibus omnia. Non iam Iudæi,neque concilium, sed rex immittit manus vt affligat. Maior potestas,difficilius certamen,& hoc magis,quo gratificari Iudęis magis studebat. *Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.*] Simpliciter & quasi fortuito. Si autem quis rogarit,quare deus permiserit? dicemus,quòd pro illis ipsis. primum quidē persuadebat illis,q̄ prævaleant, licet occidantur, id quod & de Stephano actum est.

secun-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

secundo dabat Iudæis postquam implessent furorem, vt reducantur ab insania, & tertio ostendebat ꝙ hæc permissione fierent. *Videns autem, quòd rem gratam faceret Iudæis, adiecit vt apprehenderet etiam Petrum.*] O miram inhumanitatẽ. Qua in re gratificatur illis? sine causa & simpliciter cædes faciens. *Erat autem dies azymorum.*] Iterum superflua Iudæorum curiosi tas. Occidere quidem nõ prohibebant, in tempore autem tam sacro talia committebant. Quem etiã apprehensum posuit in vincula, tradens quatuor militum quaternionibus. Erat hoc & furoris, & timoris. *Occidit*, inquit, *Iacobum fratrem Ioannis gladio.*] Vidisti illorum fortitudinem? Nam ne quis dicat, ꝙ sine periculo & metu contemnere audeant mortẽ, vtpote eripiente illos deo, idcirco occidi permittit etiam principes, docens sic eos qui occidebant, ꝙ neqꝫ ista illos absterrent & prohibent. *Itaq; Petrus seruabatur in custodia, oratio autem fiebat continua pro illo ab ecclesia apud deum.*] Erat enim grauissimum certamen, meticulososqꝫ illos faciebat, & ꝙ ille in carcere coniectus erat, & ꝙ iste interfectus esset. *Quando autem producturus erat illum Herodes, nocte illa Petrus erat dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus. Et custodes ante fores obseruabant custodiam. Et ecce angelus domini astitit, & lux fulsit in habitaculo. Percusso autem latere Petri excitauit illum, dicens: Surge velociter, & ciderunt catenæ illius à manibus.*] Vide per illã noctem illum eripuit: & lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrum esse. Et lucem nemo vidit præter illum. Nam licet etiã hoc factum sit, & nihilominus putabat esse phantasiam, eo ꝙ sic inexpectatũ erat: si hoc non fuisset factum, multo magis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordinarat aciem contra mortem. Faciebat hoc ꝙ multis diebus illic manserat, & non seruatus erat. Et quare, dicit quis, non permisit illum deus, ne caderet in manus Herodis, & mox tunc eripuit? Quia illud quidẽ attonitos eos fecisset, hoc autẽ pro illis factum est. Nunquid habiti fuissent homines, si omnia diuino

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

no more feciſſet? Circa Stephanū quid omiſſum eſt? Nōne vt angeli, faciem illius oſtendit? Quare autem omnino omiſſum eſt hic quoque? *Dixitq; angelus ad illum: Præcingere, & ſubliga ſandalia tua.*] Iterum hoc loco oſtendit, ꝙ non dolis euaſit. Nullus enim feſtinans & euadere effodiendo volens, tantam diligentiam adhibet, ita vt etiam ſandalia accipiat, & ſe præcingat. Fecit autem ſic, & dicit illi: *Circunda te veſtimēto tuo, & ſequere me. Et egreſſus ſequutus eſt illum, & neſciebat verum eſſe quod fiebat ab angelo. Videbatur autem ſibi viſionem videre. Tranſeuntes autem primam cuſtodiam & ſecundam, venerūt ad portam ferream quæ ferebat in ciuitatem, quæ vltrò aperta eſt eis.*] Ecce ſecundum ſignum. Quando receſſit angelus, tunc cogitauit Petrus. *Et egreſſi proceſſerunt vicum vnum, & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus dixit: Nunc ſcio quia verè emiſit dominus angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis, & omni expectatione populi Iudæorum.*] Nunc cognoui, inquit, non tunc. Quare auem fit hoc, & non ſentit Petrus ea quæ fiebant, quamuis iam talem expertus liberationē, quando cum reliquis apoſtolis dimiſſus fuerat? Vult eum perfecta prius liberatione, tum demum ſenſum eius percipere. Quòd autem catenæ è manibus ceciderant, magnum argumentum eſt ꝙ non fugerit. *Reḉ; perpenſa venit ad domum Mariæ, quæ erat mater Ioānis qui cognominabatur Marcus, vbi erant multi congregati & orantes. Pulſante autem Petro ianuam veſtibuli proceſſit ancilla vt ſubauſcultaret, nomine Rhode, & agnita voce Petri præ gaudio non aperuit veſtibulum.*] Vide Petrū non ſtatim recedere, ſed prius annunciare lætum nuncium ſuis. *Ingreſſa autem annunciauit Petrum ſtare ante veſtibulum. Illi autem ad eam dicebant: Inſanis. Porrò hæc confirmabat ſic ſe habere.*] Vide & ancillas pietate plenas, præ gaudio non aperuit veſtibulum. Illi vero etiam hoc facto renuerunt. nam hæc quidē confirmabat ſic ſe habere, at illi dicebant: Angelus illius eſt. *Petrus autem permanebat pulſans. Vt autem aperuerunt,*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ruerunt, agnouerunt illum, & obstupuerunt. Quum innotuisset autem eis manu, vt tacerent, narrauit illis quomodo dominus ipsum eduxit è custodia Dixit autem: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus iuit in alium locum.]
Itaque iterum videamus contextum eorum quæ dicta: *Per illud tempus*, inquit, *iniecit manus rex Herodes, vt affligeret quosdam de ecclesia.*] sicuti bestia absque omni ratione omnes inuadit. Hoc est quod dicebat Christus: Poculum quod bibiturus sum, bibetis: *Mar. 10.* et baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Occidit autem, inquit, Iacobum fratrem Ioannis gladio. Et quomodo, inquit, Petrum non mox occidit? dixit causam scriptor: Dies enim, inquit, erãt azymorum: & magis volebat euulgari trucidationem eius. Itaque illi quidem propter admonitionem Gamalielis continebant se in posterum à cædibus, & alioqui neque causas inueniebant, & sic adumbrabant per alios sua. Quoniam autem & alius Iacobus erat frater domini, propter hoc assignauit dicens fratrem Ioannis. Vides quòd hi tres summi erant, maxime autem Petrus & Iacobus. Hæc maxima condemnatio illorum erat. Non enim iam humana prædicatio ostendebatur, & revera illud adimplebatur, Reputati sumus si *Psal. 43* cut oues occisionis. Videns autem quòd gratificaretur Iudæis, adiecit vt comprehenderet etiã Petrum. Grata res Iudæis cædes, atque iniusta cædes. Magna dementia Herodis, illicitis illorum desideriis ministrabat. Debebat diuersum agere, & illorum impetum morari: ille autem indulget sicut carnifex quidam ægrotantium, sed non medicus, quamuis innumera exempla habens & aui & patris Herodis: & quomodo ille quidem propter cædem paruulorum innumera passus est mala, hic autem Ioanne occiso graue bellum suscitauit. Quem & apprehensum, inquit, posuit in vincula. Metuebat ne Petrus propter timorem, quem ex morte Iacobi concepisset, secederet: & volens illum securè detinere, coniecit in vincula, tanto maiori diligentia custoditum, quò mirabilior

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lior foret ostentatio. Hoc autem erat pro Petro, qui hinc probatior factus, & fortitudinem suam declarauit. *Oratio autem*, inquit, *continua fiebat*.] Magni amoris indicium oratio. Patrem omnes quærebant, patrem mansuetum. Continua, inquit, oratio fiebat pro illo. Audite quomodo affecti erant erga præceptores: non comminantur, non tumultuati sunt, sed ad preces conuersi, præsidium revera inexpugnabile, ad illud confugiebant. Non dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarem? Quoniam dilectio erat, nihil tale cogitabant. Vis scire quanta fecerint Iudei, etiam non voluntarii? illos clariores reddiderunt, hos diligentiores fecerunt. Et vide in die festo tentationes intentari, vt clariores appareant hi. Quando autem producere illum voluit Herodes, nocte illa, inquit, Petrus dormiebat. Vide Petrum dormientem, & nequaquam in mentis agone constitutum. Illa ipsa nocte qua producturus erat eum dormiebat, causam totam proiecerat in deum: nõ simpliciter autem dormiuit, sed inter duos milites, & catenis vinctus. Inter duos, inquit, milites dormiebat vinctus catenis duabus. Vides quàm diligens custodia. Et ecce angelus domini astitit, inquit, dicens: Surge velociter. Simul dormientes erant custodes, ideo quid fieret non sentiebant. Lux autem fulgebat, ita vt etiam videre posset Petrus, ne putet esse phantasiam: et ne sit deses, percutitur latus eius. Et non simpliciter audit, surge: sed, velociter: cum additamento, ita grauiter dormiebat. Videbatur autem sibi visionem videre, inquit. Transiuit autem primam & secundam custodiam. Vbi nunc sunt hæretici, quomodo transierit dicant nunc, sed non poterunt, quamuis propter hoc illum accingi iubeat & calciari, et hac ratione persuadet ei, ꝙ non sit phantasma, & vt excutiatur somnus, & sciat ꝙ verum sit. Idcirco statim etiam catenæ eius de manibus eius ceciderũt, & audit, Surge velociter: nõ turbati est & trepidantis, sed vrgentis ne moram trahat. Et nesciebat, inquit, quòd verum esset, quod fiebat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat per angelum: videbatur autem sibi visionem videre. meritò, maximæ enim res fiebant. Vides quantum signum? quomodo videntem terret, quomodo non sinit credibile esse. Si enim Petro videbatur tantopere quòd videret visionem, quamuis cinctus & calciatus, quid alius non passus esset? Transeuntes autem, inquit, primam custodiam & secundam, venerunt ad portam ferream, & egressi processerunt vicū vnum, & statim recessit angelus ab illo. Ea sanè quæ intus gesta erant magis mirabilia erant, hoc autē iam humanius: recedit enim angelus quum nihil prohiberet. Non enim per tot obstacula transisset Petrus, reuera enim stupor erat. Num cognoui, inquit, quòd vere misit dominus angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & omnis expectationis populi Iudæorum. Nunc, non tunc quando in carcere eram. Et re perpensa venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus. Quid est, re perpensa? hoc est reputans vbi esset. Vel igitur hoc perpenso, vel quòd non simpliciter abire oportet, sed remunerare benefactorem, venit ad domum Mariæ. Quis est hic Ioannes? forsan ille qui semper cum eis erat: nam propter hoc etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonum est persecutio, quantum precantes in nocte perficiunt, quomodo alacres & excitatos illos efficit. Vidisti quantum lucrum cædis Stephani? vidisti vinculi huius quanta vtilitas? Deus enim dum non iniurias suis illatas vlciscendo, magnum ostendit & efficax euangelium, sed dum in medio persequentium seruat eos incolumes, facit nō apparere tribulationes per se magnas, ne liberationem omnino quæramus, aut vltionem. Vide auem quomodo ancillæ cum illis iam in pari honore sint. Præ gaudio, inquit, non aperuit. Bene etiam hoc factum est, vt ne etiam illi statim videntes nimium obstupescant & minus credant, sed vt exerceatur illorum mens: & qui nobis mos est vt faciamus, dedit operam & ipsa vt læti nuncii ferret præ-

mium:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mium:erat enim revera lætum nuncium. Alii autem dicebant ad illam:Insanis. At hæc confirmabat sic se habere.Porrò illi dicebant,Angelus illius est.Et hoc verum est,quòd vuusquisque angelum habet.Et vnde venit illis in mentem tunc angelum esse? A tempore illud coniectabant. Vt autem ille permansit pulsans, inquit, aperientes viderunt illum,& obstupuerunt. At ille cum innuisset manu,silentium magnum fecit, vt audirent quæ illi obuenerant. Desideratior multo posthac fuit discipulis, non solum quòd seruatus est,sed etiam quòd astitit,& statim accessit. Discunt postea & familiares omnia manifestè, & extranei didicissent,si voluissent credere. Hoc & in Christo euenit. Annunciate, inquit, Iacobo & fratribus hæc. Vide quomodo non est vanè glorioſus, Non enim dixit: Vbique manifesta facite hæc,sed fratribus. Et abscessit in alium locum. Non enim tentabat deum,neq; in tentationes immittebat seipsum. Quia quando etiam hoc iussi fuerant,fecerūt.Ingressi enim inquit in templum loquamini populo. audierunt,& statim obedierunt. Hoc autem non dixit angelus,sed silenter abducendo,et noctu educendo,dedit copiam secedendi. Hoc autem factum est,vt ediscerent quomodo multa etiam humano modo dispensentur ac fiant,ne iterum periclitaretur. Ne enim dicant, quòd angelus eius sit,postquam abiret,prius hoc dicunt:et tunc illum vident, subuertentem opinionem illam. Angelus si esset, non pulsasset fores,non secessisset in alium locum.Confirmat etiam illos, quòd non in die factum est.Illi autem effusi erant in preces,& is ligatus somno. Num putasset verum esse quod fiebat, si territus esset, si non meminisset. Nunc autem quasi insomnium esset inturbatus fuit. Venerunt, inquit, ad portam ferream. Vide etiam quàm fortis fuerit. Transeuntes autem,inquit,primam custodiam & secundam,venerunt ad portam ferream. Quare non illos per seipsos,dicet quis,sic liberat? Quare? Etiam hac re honorat illos Deus, per angelos eripiens.

Cur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cur igitur in Paulo nō ſimiliter actum eſt? Illic meritò, quoniam cuſtodem carceris credere oportebat: hic autem liberari duntaxat Apoſtolum. Et alioqui variis modis Deus omnia diſpenſat. Illicq; Paulus hymnos dicit, hic autem Petrus dormit. Ne igitur occultemus miracula dei, ſed & in noſtram vtilitatem, demus operam vt inuulgemus ea, & in aliorum ædificationem. Sicut enim mirabilis eſt qui vult ligari, ita etiam mirabilior, qui non antea recedit, quam ſuis enarret omnia. Et dixit, inquit, Dicite Iacobo & fratribus. curnam iubet dicere? vt gaudeant, ne ſolicitiſint, vt per hos illi diſcāt, non ipſi per illos. Adeo curam gerebat partis quæ humilior erat.

MORALE.

Nihil igitur congrua afflictione melius. Qualem putas illorum fuiſſe animam? quanta voluptate plenam? Vbi nunc mulieres quæ tota nocte dormiunt, vbi viri qui ne vertunt quidem ſe in lecto? Vides ſobriam animam? Cum vxoribus & pueris, & puellis deum laudabant, puriores cœlo afflictione facti: nūc autem paruo periculo viſo concidimus. Nihil eccleſia illa clarius fuit. Imitemur illos, æmulemur, non ideo facta eſt nox, vt per totam dormiamus, & ociоſi ſimus. Teſtantur hoc & opifices, nautæ, negotiatores. Eccleſia dei mediis ſurgit noctibus, ſurge & tu, & vide aſtrorum choream, profundum ſilentium, magnam quietem, obſtupeſce dei tui miram diſpenſationem. Purior tūc eſt anima, leuior ſubtiliorq; tunc eſt, ſublimia videt ac expedita eſt. Tenebræ ipſæ, ſilentiumq; multum in compunctionē inducere ſufficiūt. Si autē & cœlum videris, quaſi innumeris interpunctum oculis, omni voluptate frueris ſtatim concepta opificis ſapientia. Si conſyderaris eos qui interdiu clamant, rident, laſciuiunt, ſaltant, iniuſtè agunt, auaritiæ intenti ſunt, minantur, innumera mala inferunt, ibi tunc à mortuis nihil diſtare, cōdemnabis omnem humanam infirmitatem. Somnus accedit, & naturam redarguit, imago eſt mortis, imago eſt conſummatio-

T nis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nis. Si prospexeris in plateam, nullam vocem audies; si introspexeris domum, videbis omnes quasi in sepulchris iacentes. Hæc omnia sufficiunt excitare & inducere animam ad cogitandam mundi consummationem. Hic sanè mihi & ad viros & ad mulieres sermo est: flecte genua, ingemisce, ora dominum, vt tibi misericors sit, magis flectitur nocturnis precibus, si quando tu quietis tempus, facias lamentorum tem-
Psal. 6. pus. Memor esto regis, qualia verba dicebat: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quantumuis delicatus fueris, non es illo delicatior: quantumuis diues, non es ditior Dauide. Et iterum idem
Ibid. 118 dicit: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Tunc non interturbat vana gloria, omnibus scilicet dormientibus, & non videntibus: tunc non ignauia & oscitantia insidiantur, quandoquidem animam tot ac tanta excitant, & alacrem reddunt. Post tales vigilias dulces somni, & visiones mirabiles. Hoc fac & tu vir, non sola mulier. Sit ecclesia domus ex viris mulieribusq; constitutа. Nunquid enim quia tu solus es vir, aut quia ista sola est mulier, putabis impedimentum esse?
Mat. 18 Vbi sunt duo in meo nomine, inquit, congregati, illic sum in medio illorum. Vbi Christus medius, magna multitudo est: vbi Christus est, necesse est & angelos esse, necesse & archangelos, & alias virtutes. Non igitur soli estis, omnium vobiscum habentes
Eccli. 16 dominum. Et iterum audi Prophetam dicentem: Melior est vnus faciens voluntatem domini, quàm innumeri præuaricatores. Nihil infirmius multis præuaricatoribus, nihil fortius vno iuxta legem dei viuente. Si tibi etiam filii sunt, excita & filios, & fiat modis omnibus domus nocturna ecclesia. Si autem teneri sunt, & vigiliam ferre nequeunt, vnam & alteram orationem faciant, & iterum finito quiescere. Tantum surge, tantum in consuetudine conserua teipsum; nihil hoc promptuario melius quod tales suscipit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pit preces. Audi Prophetã dicentem: Si memor eram tui super stratum meum, in diluculis meditabar in te. At dicis: Laborani per diem multum, & non possum. Cauillum est & excusatio: nam quantumuis laboraueris, non laboraueris quantum faber ferrarius, qui graues folles trahit vsque ad flammam, & fumum toto corpore recipit: attamen ille bonam noctis partem sæpe negotiis insumit. Scitis etiam mulieres, si qua vos necessitas fecit ire in agrum, vel ad peruigilium progredi, quomodo per totam noctem illic vigilatur. Et tibi igitur officina sit spiritualis, non vt ollas ac lebetes, sed vt animam tuam pares, quæ ærario fabro & aurifabro melior: veterem illam factam impone in conflatorium confessionis, folles à summo deduc, hoc est verba condemnantia, accende ignem spiritus, multò maiorem artem habes. Non aureum vas formas, sed omni auro preciosiorem animam, sicut ærarius faber vas: nõ enim corporale vas componis, sed animam liberas ab omni seculari phantasia & solicitudine. Assit tibi lucerna non illa quæ flagrat, sed quam Propheta habuit dicens: Lucerna enim pedibus meis verbum tuum. Accende orationi bus animam tuam. Si videris satis habere, educ, accende ad id quod voles: crede mihi, non sic ignis sordes purgare solet, vt oratio nocturna sordes peccatorum nostrorum. Si nihil aliud, erubescamus quòd nocturni vigiles ac custodes propter hominum leges obambulant in frigore multum clamantes, & in vicis euntes sæpe compluuntur, rigentq; propter te ac tuam salutem, pecuniarumq; tuarum custodiam. Illi pro tuis pecuniis tantam habent curam, tu autem neque pro anima tua. Sanè ego nõ cogo ambulare sub dio sicut illi, neque clamore disrumpi, sed in ipso promptuario conclauiq; tuo flecte genua, ora dominum. Quare ipse Christus pernoctauit in monte? nónne vt typus nobis fieret? Tunc respirant plantæ, in nocte dico: tunc & animæ maximè & magis quàm illæ rorem suscipiunt. Quæ enim in die. *Psal. 62.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sol adussit, eadē nox refrigerat. Nocturnæ lachrymæ, quouis rore magis contra concupiscentias & ardores omnes demittuntur, nec sinunt grauiora pati. Si autē rore illo non frueris, per diem exureris: sed absit vt aliquis vestrum, ignis illius fiat materia. Verum refrigeremur, & misericordia dei fruamur, vt omnes nos liberemur ab onere peccatorum, gratia, &c.

HOMILIA. XXVII.

Facto autē die erat turbatio non parua inter milites, quidnam de Petro actum esset. Herodes autem quum requisisset illum, & eo non inuento, examinauit custodes, et iussit abduci, & descendēs à Iudæa in Cæsarea commoratus est.

MVlti dubitant quomodo despexerit tunc deus illos seruos, qui propter Petrum occidebantur, quum potuisset illos cum Petro liberare: at si cum Petro angelus etiam milites eduxisset, res illa habita fuisset fuga. Cur igitur non aliter dispensauit, inquit? Et quid damni nūc accidit? Si consyderemus quòd qui iniuste aliquid mali patiuntur, nihil læduntur, à talibus quæstionibus abstinebimus. Aut cur non quæris etiam de Iacobo, quare illum non eripuit? Et alioquin nondum erat iudicii tempus, vt vnicuiq; redderetur pro merito. Neque Petrus iniecit illos in manus Herodis, verum ille potius dolebat se delusum esse sicut auum suum à Magis, & disrumpebatur quòd factus esset ridiculus. Bonum autem est scriptoris audire verba: *Facta, in-*
Mat. 2. quit, *die, erat turbatio non parua inter milites, quidnam de Petro actum esset. Herodes autem requisiuit eum, & non inuento illo, examinauit custodes, & iussit duci.*] Quamuis audiuisset ab illis, examinauerat enim, & quòd vincula soluta, & ꝙ sandalia accepit, & quòd vsque ad noctem illam cum eis fuerit. Sed quid? simul ne occultati fuerunt? quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè illum oportebat admirari, oportebat obstupescere; atqui postea manifestum est omnibus per

per mortem illorum & dei miraculum, & illius malitia. Et vide quomodo hic ea non occultat, sed & meminit historiæ ita vt doceat nos. *Et descendens à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem Herodes iratus Tyriis ac Sidoniis, & vnanimiter aderãt apud illum, & persuaso Blasto qui præerat cubiculo regis, petierunt pacem, eo quòd illorum regio à regia aleretur. Statuto autem die Herodes induto vestitu regio, & sedens super tribunali concionabatur ad illos. Populus autem acclamabat: Vox dei. Statim autem illum percussit angelus domini, eo quòd non dedit deo gloriam, & erosus est à vermibus, ac expirauit. Verbum autem domini crescebat ac multiplicabatur.*] Statim vltio inuasit illum, quamuis nõ propter Petrum, sed propter ipsius magniloquentiã. Dicet quis: Si illi clamarunt quid ad hunc? quia accepit vocem, quia dignum se putauit esse adulatione. Per hunc maxime erudiuntur qui temerè adulantur. Vide igitur iterum vtrosque meruisse pœnam, hunc autem puniri. Non est enim nunc tempus iudicii. Verum illum qui maxime reus erat punit, dimissis illis vt sic lucrum accipiant. *Et verbum dei crescebat*, inquit, *ac multiplicabatur.*] Hoc est, hoc facto. Vidisti dispensationem dei? *Barnabas autem & Paulus iterum reuersi sunt in Hierusalem, impleto ministerio, simul accipientes Ioannem qui cognominabatur Marcus.*

Erant autem quidam in ecclesia quæ erat Antiochiæ CAP. XIII. *prophetæ ac doctores, Barnabasq; & Simeon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenens, & Manahen Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.*] Adhuc Barnabę prius meminit, nondum Saulus clarus erat, nondum signum aliquod fecerat. *Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam et Saulum in opus in quod vocaui eos. Tunc ieiunantes & orantes, & impositis manibus illis dimiserunt.*] Quid est, ministrantibus? prædicantibus. Segregate, inquit, mihi Barnabam & Saulum. Quid est, segregate mihi in opus? in apostolatum. Vide iterum à quibus ordinantur. A Lucio Cyrenæo & Ma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nalie,imò à spiritu. Quanto enim personæ humiliores erant,tanto purior dei apparet gratia. Ordinatur iam in apostolatum, vt iam cum potestate prædicet.

Gal 1. Quomodo igitur ille dicit, Non ab hominibus neque per homines? dicit non ab hominibus,vt manifestet, quòd non homo illum vocauit, neque adduxit. Dicit nec per hominem, quòd non ab aliquo missus est,sed à spiritu. Idcirco & sic subdidit: Igitur illi quidem missi à spiritu, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigauerunt in Cyprum. Videamus autem iterum ea quæ dicta sunt: *Facto autem die*,inquit, *erat turbatio nõ parua propter Petrũ. Et examinatos custodes iussit abduci.*] Adeo insensatus est,ꝙ etiam iniustè punire attentat. Ecce sermonem pro illis suscipio. Vincula erant,custodes intus,carcer clausus, nusquam perfossus paries, omnes eadem dicebant,vir rapi non potuit,quare illos condemnas? Si voluissent soluere, antea hoc feciissent, vel simul exissent. Num pecunias acceperunt? Vnde? Qui neque pauperibus quod daret habebat,his dabat? Neque enim detritæ sunt catenæ,neque solutæ. Oportebat videre esse rem diuinam non humanam. Deinde quoniam historiam postea inserturus erat,propter hoc etiam nomina ponit,vt comprobetur omnia verissimè tradere. Et persuadentes Blasto, inquit, qui prçerat cubiculo regis,petebant pacem. Hoc faciunt, quoniam fames erat. Isto autem die quum sedisset Herodes in tribunali, concionabatur,inquit. statim autem percussit illum angelus domini, & erosus à vermibus expirauit. Hoc & Iosephus dicit, quòd longo morbo implicitus fuerit. multi itaque hoc nescierunt, scriptor autem hoc ponit. Quin & ignorantia hæc profuit, dum totum morti Iacobi & cædi custodum imputant. Vide quando Apostolum occidit, nihil tale faciebat: quando autem hos, non habebat quod diceret: vnde præ pudore descendit à Iudæa in Cæsaream. Mihi videtur & hos adducere voluisse ad facti sui defensionem. Irascebatur enim illis,dum his

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

his gratificaretur. Vide vt vanæ gloriæ cupidus homo erat. Daturus illis beneficium concionabatur. Iosephus dicit quòd amictus fuerit veste splendida: vide & quàm adulantes illi fuerint, & apostolorum prudentiam. Quem enim gens tota colebat, hunc hi contemnebant. Iterum autem illi multum respirant, & multa bona ex illius vltione. Si autem hic quum diceretur, vox dei & non hominis, quamuis ipse non diceret, talia passus est: multo magis si Christus non fuisset deus ipse, semper dicens: Verba mea non sunt mea: &, Ministri mei vtique decertarent pro me: & alia id genus. Ille autem fœdè ac miserabiliter vitam finiuit, & nihil ex eo reliquum. Vide autem illum quomodo à Blasto iterum mitigatur, vtpote homo facile irascens, & iterum conciliabilis, & vbique seruus vulgi, nihilque liberum habens. Consydera autem & autoritatem sancti spiritus. Ministrantibus autem illis, inquit, domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi in opus Barnabam & Paulum. Quis non tantæ autoritatis existens, ausus esset hæc dicere? hoc autem factum est, ne promiscue inter cæteros degerent. Vidit illos habere maiorem virtutem, & quòd multis valerent sufficere. Quomodo autem illis dixit? per prophetas forsan, idcirco præoccupans dixit: Et prophetæ erant ieiunabantq; & ministrabant, vt discas magna sobrietate opus esse. In Antiochia ordinatur, ibi prædicat. Quare non dixit, Domino segregate, sed mihi? Ostendit vnam esse potestatem ac virtutem. *Ioan.14.*

MORALE.

Vides quanta res sit ieiunium? ostendit q; spiritus omnia faciebat. Magnum quoddam bonum est ieiunium, non termino circunscribebatur. Quando ordinatio erat, tunc ieiunant, & ieiunantibus illis dixit spiritus sanctus. Ieiunium, non hoc solum est, sed etiam abstinere à deliciis ieiunii species est, cate-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus imperarim ego ſolum: Ne ieiunate, ſed abſiſtite à deliciis. Alimenta quæramus, non corruptionem: alimenta quæramus, non morborum fomites, morborum & ſpiritualium, & corporalium: alimentum quæramus quod voluptatem habet non delicias in ſuauitate plenas. Illud eſt in deliciis, hoc damnum affert: illud eſt voluptas, hoc vero labor: illud iuxta naturam, hoc præter naturam. Dic enim mihi, ſi quis dediſſet tibi aconitum bibere, nónne præter naturam eſſet? Si quis ligna & lapides, nónne auerſareris meritò? vtpote præter naturam. Ita ſe habent etiam deliciæ. Quemadmodum enim in ciuitate dum obſidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hoſtibus oppugnationem aggredientibus: ita in anima fit vino & voluptate ingrediente. Cui væ? cui turbationes? cui inſuauitates & nugæ? cui iudicium? nónne his qui immorantur vino? cuius ſanguinolenti oculi? Verum quicquid dixerimus, non auocabimus eos qui voluptati ſunt dediti, ſi non contra aliam paſſionem reſtiterimus. Et primum quidem contra mulieres nobis ſit ſermo. Nihil fœdius muliere quæ in deliciis agit, nihil turpius ea quæ ebria eſt, obſcuratur illi flos viſus, turbatur ſerenitas & puritas oculorum, quaſi nube quadam radiis ſolaribus ſuccedente. Opus illiberale ac ſeruile, & omni ignobilitate plenum. Quàm inſuauis eſt mulier vinũ ſpirans, quod olet ac corruptum eſt, dum eructat carnium corruptarum humorem, grauata & excitari non valens, plus rubicunda quàm opus, plena oſcitatione & magna nebula. Nunquid quæ à voluptate abſtinet talis eſt? non, ſed honeſta, caſta, & formoſa: nam & animæ ſtatus, corpori ſuum decorem adiicit. Ne putes à corporalibus liniamentis hoc ſolum fieri. Da formoſam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricem, ebriam ac ſumptuoſam: nónne quauis fœda & turpi deformior eſt? At ſi erubeſcat, ſileat, modeſtè loquatur, ieiuniis vacet, duplex pulchritudo, amplior formoſitas, gratior vultus cõtinentiæ ornatu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tu plenus. Vis iam & de viris loquamur? quid ebrio turpius? ridiculus est famulis, ridiculus est inimicis, miserabilis apud amicos, omnium detestatione dignus. Bestia est magis quàm homo: Etenim multis pasci, pardi, leonis, ac vrsi est. Meritò. Rationalem enim animam illa non habẽt. Quin & illa plus quàm opus habent, & mensura naturæ illorum poscit ac præscribit pasta, corrumpunt totum corpus. Quanto magis nos? idcirco nobis deus angustum ventrẽ dedit, vt erudiat animæ curam gerere diligentiorem. Consideremus nostram constitutionem. & videbimus vnam particulam in nobis hanc habere, operationem. Os enim nostrum & lingua ad hymnos deputata sunt, faux ad vocem. Vnde & naturæ necessitas nos intus ligauit, vt neq; inuolũtarñ in multam difficultatem incidamus. Quod si quidem voluptas labores, morbos, & ægritudines non haberet, horrendum foret. Nunc autem terminos tibi præscribit natura, vt neq; volens trãsgrediaris. Nunquid voluptatem quæris amice? hanc à frugalitate parabis. Num sanitatem? etiam hanc inde. num securitatem & sollicitudinis immunitatem? etiam hanc. num libertatem? num valetudinem ac robur corporis? num bonam constitutionem? num animæ sobrietatem? num alacritatem? Ista bona omnia hinc. In crapula autem contraria, insuauitas, mala valetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. Vnde igitur ad illam currimus omnes, inquit? Ab infirmitate. Dic enim mihi, quare nociuum ægrotans inquirit? nónne & istuc ipsum signum est ægritudinis? Quare claudus non rectè incedit? Istuc ipsum autem nonne ab ignauia, & quòd nõ vult accedere ad medicum? Rerum enim aliæ temporariam voluptatem habent, & perpetuum supplicium: aliæ contrà, temporarium laborem, & perpetuam fruitionẽ. Qui igitur sic dissolutus & ignauus, ita vt præsentes delicias præ futuris non contemnat, statim capitur. Dic mihi Esau vnde captus est, vnde præsenti voluptati futuram gloriam non prætulit? à *Gen. 25.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mollicie & dissolutione. Istuc ipsum autē inquit vnde? A nobis ipsis. Et manifestum illinc. Quādo enim voluerimus excitamus nos ipsos, & robusti laborisq; patientes efficimur. Si igitur aduenerit necessitas, sæpe etiam contendendo duntaxat, quid vtile sit intelligimus. Quando igitur deliciis vacaturus es, considera temporariam voluptatem, damnum esse (damnum enim reuera est, cum tuo damno tantas opes insumere, morbosq; contrahere & infirmitates quæ inde oriūtur) & contemnes voluptatem. Quot vis tibi enumerem læsos à voluptate? Neē inebriatus est ac nudatus. Et vide quanta hinc mala. Esau primogenita per gulam amisit, & ad fratris cædē festinauit: Populus Israël sedit vt manducaret ac biberet, & surre-
Deut.6. xerūt ad ludendum. Propter hoc dicit, Comedens ac bibens memor esto domini dei tui. In præcipitium enim inciderunt, qui in voluptatem inciderunt. Vi-
1.Tim.5. dua, inquit, quæ in deliciis agit, viuens mortua est.
Deut.32. Et iterum: Incrassatus est, impinguatus est, & recalci-
Rom.13. trauit dilectus. Et Apostolus: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Non vt legē præcipio ieiunii. Neq; enim est qui audit, sed tollo luxum, moror delicias, propter vtilitatē vestram. Nam quasi torrēs, ita omnia subuertit voluptas. Nihil est quod illam prohibet. Regno eiicit. Quid amplius? Vis deliciari? Da pauperibus, voca Christum, vt & post mensam tollere possis delicias. Nam nunc quidem non potes. Merito: Non enim consistunt præsentia, tunc autem poteris. Vis esse in deliciis? ale animam, communica ei cibos quibus assueuit, ne occidas illam fame. Tempus belli, tempus certaminis est, tu autē sedes in deliciis? Non vides etiam reges qui sceptra ferunt in ex-
Ephe.6. ternis militiis frugaliter viuere? Non est vobis certamen contra carnem & sanguinem. Tu autem impinguas teipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dētibus suis in te, tu autē effusus es, & mensæ addictus es. Scio quod hæc frustra dico, sed non omnibus. Qui habet aures audiendi, audiat. CHRISTVS præ fame tabescit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tabescit, tu autem præ gula teipsum disrumpis. Duo sunt sine mẽsura. Quid enim mali nõ facit voluptas? sibiipsi aduersaria est, vnde nescio quomodo etiã hoc nomen illi obuenit. Sed quemadmodum gloria, quũ sit ignominia, & diuitiæ, vbi paupertas est: ita & hic nomen inuenis voluptatis vbi insuauitas est. Nunquid enim sacrificandi sumus quod impinguamus nos ipsos? Quid suppeditas vermibus tam splendidã mensam? quid amplius facis quàm saniem? cur fontes sudorum & fœtulentias in te deponis? cur teipsum ad omnia inutilem præstas? Vis fieri fortem ocu lum? corpus fac bene constitutum. Etenim in chordis, crassa quidem & impurior ac incorrecta, inutilis ad omnes modos est. Quæ autem vndique depurata, & tracta satis, bene sonora est. Cur defodis animam? cur crassum parietem crassiorem facis? Cur magnũ fumum & nebulam? quandoquidem vapores quasi nebula quædam vndique euaporant. Si nemo alius, certe athletæ doceant te, quod gracilius corpus, idem & robustius. Igitur & anima frugalitati dedita, firmior est: comparatur enim aurigæ & equo. Et licet videre, quemadmodum in hominibus voluptariis & corpulentis, ita & equos obesiores & plus habentes carnis minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sanè qui obsequentem & firmum equũ habet, brabium occupare potest. Quando autem cogitur aut riga trahere illum, & dum cadit, sexcenties pungere, neq; sic surgentem, etiamsi valde ille peritus sit, victoria priuabitur. Obsecro ne despiciamus animã nostram, quæ per corpus iritatur, sed & illam perspicaciorem efficiamus, alas eius leues reddamus & laxiora vincula, sermonibus illam pascamus, frugalitate ac parsimonia: ita vt sanũ sit corpus & validum, gaudeatq; & non doleat, vt sic nobiscũ bene affecti possimus summam apprehendere virtutẽ, & æterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor in secula, Amen.

Itaque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA XXVIII.

Itaque hi quidem emissi à spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigarunt in Cyprum, & vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei in Synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioannem ministrum.

SImul abierunt ordinati, & in Cyprū nauigauerunt, eo quod illic non esset persequutio, & verbo dei iàm sparso: in Antiochia enim sat multi erant, & Phœnicea prope Palæstinam erat, Cyprus autem non item. Vltra ne quęras quare, quando spiritu mouentur. Non enim solum ordinati sunt à spiritu, sed etiam emissi. *Et vt venerunt Salaminem, annunciauerunt verbum dei in Synagogis Iudæorum.*] Vides illos omnem diligētiam facere, vt illis primū annuncient verbum, vt ne contentiosiores efficiātur? & illi non loquebantur nisi Iudæis solis, & hi in synagogas abierunt. *Transeuntes autem insulam totam vsque in Paphum, inuenerunt virum quendam magum, falsum prophetam, Iudæum, cui nomen Barieſus, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente: qui vocatis Barnaba & Saulo, inquisiuit vt audiret verbum dei. Restitit autem illis Elymas magus. Sic enim sonat si interpreteris nomen eius, quærens auertere Proconsulem à fide.*] Iterū magus Iudæus sicut Simon, & vide hunc, quādo aliis quidem prædicabant non valde indignantē, quando autem accesserūt Proconsulem, tūc indignatus est. Miraculum autem est in Proconsule, q̄ præoccupatus illius magia voluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerant, & à comparatione victoria apparet dum magia vincitur. Vbique vana gloria & amor principatus causæ sunt malorum. *Paulus autem qui & Saulus plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis dixit: O plene omni dolo, & omni versutia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non cessas peruertere vias domini rectas. Et nunc manus domini super te, & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus.*] Hic nomen illius mutatur cum ordinatione, id quod & Petro accidit.

Et vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et vide, non hic contumeliis locus est, sed stupori. Impudentes enim & erubescere nescientes sic appellare cõuenit. O plene omni dolo, inquit, & omni versutia fili diaboli, hostis omnis iustitiæ. Hic reuelat quæ in mente eius erant, prætextu salutis perdente Proconsulem. Non cessas, inquit, peruertens vias domini & credibiliter. Non nos, inquit, impugnas, sed vias domini subuertis rectas, & cum laude hoc dicit. Et iam nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus. Quo ipse adductus est signo, hoc & hunc voluit adducere. Vsq; ad tempus, non punientis erat verbũ, sed admonentis. Si enim punientis fuisset verbum, omnino illum fecisset cæcum. Nunc autem non hoc agit, sed ad tempus, vt Procõsulem lucrifaciat. Mox autem irruit super illum caligo & tenebræ, & obambulans quærebat qui se manu ducerent. Tunc vidẽs Proconsul quod factum, credidit obstupescens ad doctrinam domini. Meritò, eum enim qui præoccupatus erat magia, hac pœna edoceri conueniebat: ita & in Ægypto magi à muscis instituebantur. Vide autẽ illos non diu moram trahentes, vtpote Proconsule iã credulo facto, neque emollitos adulatione & honore, sed statim operi incumbentes, & in diuersam regionẽ festinantes. *Cum autem soluissent à Cypro qui cum Paulo erant, venerunt in Pergen Pamphyliæ: Ioannes vero recedens ab eis, reuersus est in Hierusalem. Illi autem transeuntes à Perge, venerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi in synagogam die sabbatorum, sederunt.*] Iterum in synagogas in persona Iudæorũ ingressi sunt, vt ne impugnarentur nec fugarẽtur, ita totũ perficiebant. *Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes synagogæ, dicentes ad illos: Viri fratres, num est in vobis verbum exhortationis ad populum? dicite.*] Iam hinc quæ cum Paulo acta discemus, non pauca enim de Petro in antea dictis didicimus. Sed iterum videamus quę dicta sunt: *Et vt venerunt in Salaminem, annunciauerunt verbum dei*] in metropolim Cypri. Manserunt ad annum in Antiochia. oportebat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tebat & illinc abire, & non semper ibi sedere: opus erat illis maioribus doctoribus. Vide quomodo & in Seleucia non perseuerant, scientes qꝑ à vicina ciuitate fructum habituri essent ij qui illic: verum ad ea quæ magis proderant, festinant & illic. Nam vt venerunt ad metropolim insulæ, accelerarunt vt Proconsulem corrigerent. Quod autem non adulanter conuenerint Proconsulem sapientem virum, à reipsa disce, quòd non opus habuerit multis sermonibns, & qꝑ voluerit illos audire. Et nomina enumerat ciuitatũ, ostendens quòd quoniam nuper sermonem susceperant, opus fuerit confirmari illos, vt permaneant in fide, vnde & subinde illas accedunt. Vide quòd nihil ad magum dixit, quoad ille occasionem dedit, sed sermonem domini solum annunciarunt. Quoniam enim alios ille videbat attendentes, ad vnum hoc perspectabat, ne principi persuadearur. Et quare non aliud signum fecit? Quia non fuisset huic æquale, quod inimicum raperet. Et vide, prius obiurgat, & tunc punit, vt ostendat iuste illum passum, dicendo, O plene omni dolo: hoc est, nihil habens sanum, inquit. Et bene dixit, omnis doli: Simulabat enim. Fili diaboli, Opus enim illius faciebat. Inimice omnis iustitiæ, Nam omnis iustitia illa erat. Mihi videtur & vitam redarguere illius hæc dicẽs. & vt ostendat quòd non erant furoris verba, propter hoc præmisit dicẽs, Plenus sancto spiritu: hoc est, efficacia. Et ecce nunc manus domini super te. Minime vltio erat, sed sanatio. Etenim tantum non dicebat, Non ego facio, sed dei manus. Vide vt alienus est à fastu. Eris cæcus non videns solem vsque ad tempus. Hoc dicit, vt det illi pœnitentiam. Nunquam enim volebant supra modum difficiles videri: quamuis hęc erga inimicos fiant. Et erga familiares ac domesticos, merito: sed nõ erga extraneos, ne à necessitate ac timore proficisci res putetur. Indicium autem est cæcitatis quærere ductores. Deinde vide credulitatem Proconsulis. Et statim credit, & non simpliciter, sed obstupescens.

Vidit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vidit quòd nec dolis nec fallaciis agerent apoſtoli. Vide quantum amorem doctrinæ habuit ab initio: non dixit ad illum, Non ceſſas peruertere Proconſulem: ſed, vias domini: quod plus erat, vt ne videatur adulari. Quid autem quòd Ioannes receſsit ab eis, reuerſitq; in Hieruſalem: vtpote in prolixiorem viam mittentibus, quamuis ille eſſet miniſter. Ipſi autem periclitabantur. Iterum venientes in Pergen trāſeunt ad alias ciuitates. Ad metropolim enim feſtinant Antiochiam. Et vide quomodo ſcriptor ſuccidit. Sederunt in Synagoga, inquit, & die ſabbatorum. Et ita viam parant ſermonibus, ſed nō priores loquuntur, ſed admoniti, & tanquam hoſpites prouocati. Niſi autem expectaſſent, non habitus fuiſſet ſermo. Hic primum prædicat Paulus, & vide illius ſapientiam: nam vbi quidem ſermo erat diſperſus, tranſcurrit: vbi verò nullus fuerat, diutius hæret ac verſatur: quemadmodum & ipſe ſcribens dicit: Ita autem adnitens euangelizare, vbi nondum nominatus erat CHRISTVS. Hoc autem magnæ fortitudinis erat. Revera ab initio admirabilis vir ille. Crucifixus, in aciem poſitus ſciebat quanta potiretur gratia, æquale adiecit ſtudium. Non ſuccenſuit Ioanni. Non enim huius erat, ſed opera opus habuerat, non formidauit, non timuit in media multitudine minis abactus. Vide quomodo ſingulari diſpenſatione contingit Paulum non prædicare in Hieroſolymis. Sufficiebat etiam hoc ſolum audire, quod credidit. Non permiſiſſent propter odium, & procul digreditur, vbi notus nō erat. Prius redarguit Magum qualis eſſet: & quia talis erat, ſignum oſtendit, vſq; ad tempus patitur, ita vt pœnitentiam agat. Bene autem in ſabbato ingreſſi ſunt in ſynagogam, quando omnes fuerunt congregati. Et poſt lectionem legis ac prophetarum, inquit, miſerunt principes ſacerdotum dicentes, Viri fratres: Num eſt verbum in vobis conſolationis? ad populum dicite. Vide illos copioſe tunc hoc facere: poſt hoc autem non item.

Rom. 15.

Si hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si hoc voluisſetis, magis oportebat exhortari.

MORALE.

Sed ô ambitionem, ô vanam gloriam, quám subuertit ac perdit omnia, contra donum, contra mutuã ſalutem ſtare efficit. Ita cæcitate percutit, vt etiã ductores quærant. Vtinam hoc facerent, vtinam doctores quærerent, ſed hoc iam non ferunt, ſibiipſis autẽ totum permittunt: nullum ſinit videre, ſicut caligo imponit & nebula, non permittens translucere. Qualem ab affectione habebimus defenſionem, propter timorem domini, affectioni non imperantes? Valde intemperantes ac auari exiſtentes propter pecuniarũ parſimoniã refrenarunt voluptatem: alĳ contrà, propter voluptatem cõtempſerunt pecunias. Iterum qui vanæ gloriæ dediti ſunt, vtriſque imperant, opes inſumentes largiter, & ſobrĳ ſine cauſa. Alĳ iterum vanæ gloriæ cupidi quum ſint, deſpexerunt paſſionem, multa fœda ſuſtinẽtes & propter amores & ptopter pecunias. Alĳ iterum, vt iræ ſuæ ſatisfaciant, voluerunt innumeris damnis exponi, neq; illis vllius horũ curę fuit, vt ſolum voluntatem ſuam perficiant: & id quod poteſt affectio, non poteſt apud nos dei timor? Et quid dico, paſſio: id quod pudor hominum valet, non poteſt dei timor? multa etiam facimus & peccamus homines timentes, deum autem non timemus? Quot propter confuſionem perdiderunt opes? Quot in malis gratificati ſunt amicis, idq; abſq; fructu, ſed magno cum ſtudio? Quot in amicorum gratiam graviter ſæpe deliquerunt? Si igitur & affectio & pudor hominum poſſunt nos in grauia & opera & peccata intrudere: temere dicimus, quòd non poſſumus. Poſſumus enim, ſi voluerimus. Velle autem omnes conuenit. Dit autem mihi, Quare nõ potes gloriam vincere, quum alĳ eius generis animam, corpus, & figuram ſortiti, & eandem vitam viuentes poſſint? Cogita deum, cogita ſupernam gloriam, oppone illi præſentia, & ſtatim ab hac reſilies. Omnino ſi gloriam quæris: veram gloriam quære ac concupiſce. Qualis

gloria

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloria, quando fœditates operaris? Qualis gloria est, quando cogeris ab his, qui te inferiores sunt? Honorem concupiscis, & illo opus habes? Honor est frui gloria à maioribus. Si omnino gloriam amas: magis ama eam, quæ à deo est. Si amaueris illam, hanc despicies, videbis hanc ignobilem. Quandiu illam non videris, tãdiu nec hanc videre potes, q̃ sit fœda, quamq; ridicula. Quippe sicut ñ, qui male cuiusdam mulieris amore capti sunt, si demonstretur etiam turpis, quãdiu amant illam, non possunt turpitudinem videre. Affectio enim est, quæ obtenebrat iudicium. Ita sanè & hic, quandiu detinemur ab affectione, non possumus simul videre quale malum sit. Quomodo igitur liberabimur ab illa? Cogita, quòd plurimos sumptus sine vtilitate facis, cogita mortuos qui hanc gloriam adepti erant, vt nusquam illa stabilis sit, sed periit ac dissipata est. Cogita esse solum nomẽ absq; re. Quoniã quid est gloria, dic oro? da definitionem aliquam. Admirari, inquit, ab omnibus. Iustè ne vel iniustè? Nam si quidem iniustè, nõ erit iam admiratio, sed accusatio, & adulatio, & calumniatio. Si autẽ iustè, hoc non est possibile. Vulgus enim iudicio recto caret. At qui ministrant concupiscentiis illius, in admiratione sunt. Et si volueritis scire, attẽdite eos qui donant sua scortis, aurigis, saltatoribus. Iam non hos, inquit, sed etiam iustos dicimus & rectos, & eos qui magna bona operari possunt. Vtinam voluissent, & statim fecissent bona. Nunc autem nihil horum faciunt. Quis, dic mihi, laudat iustum & rectum nunc? Contrarium videre licet. Quid autem frigidius iusto, si rem talem faciens cõcupiscit à multis gloriam? Hoc enim facit, quod & pictor optimus existens, & regiam imaginem pingens, si imperitorũ laudes expectet. Et alio qui statim homo ad humanam gloriã spectans, à bonis operibus deficiet. Si enim ad laudes illas respiciet, quæ certe illi volunt, faciet, non quæ ipse vellet. Quid igitur vobis, vt posthac faciatis, cõsuluerim? Attendere deum; contentos esse laudibus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ ab illo:omnia quæ illi placent, operari, & bona facere:non admirari humanas res:quãdoquidem hoc & ieiunium,orationes, & eleëmosynam destruit,& omnia vestra bona euacuat. Quod ne patiamur, fugiamus hanc affectionem. At vnum solum spectemus:Laudem,inquam,quæ à deo est,& illius approbationem,communisq; omnium domini commendationem,vt cum virtutibus præsenti vita transacta, promissa bona cum diligentibus illum assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria,imperiũ, honor nũc & semper,& in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXIX.

Surgens autem Paulus & innuens manu,dixit:Viri Israëlitæ,& inter vos timentes deum,audite: Deus populi huius elegit patres nostros, & populum exaltauit in peregrinatione eius in Ægypto,& cum brachio excelso eduxit illos inde.

VIde Barnabam vbique cedentem Paulo,sicut & Ioannes vbique Petro. Ille abduxit eum à Damasco,quanuis venerabilior esset, sed ad communem vtilitatem spectabant. *Et surgens*,inquit, *ac innuens manu.*] Mos hic Iudæis erat. Ideo & ipse iuxta illum eis loquitur. Vide quomodo sermoni viam parat, prius illos laudibus extollit, & mõstrat magnam dei erga illos curam,per hoc quod dicit, Timentes deum. Sic incipit sermonem,& non dixit,aduenæ:id quod erat calamitatis nomen.

Deus populi huius elegit patres vestros,& populum.] Vide quomodo deum illis vt proprium tribuit, qui omnium communis est Deus. Et ostendit olim maxima ab illo beneficia populo concessa, sicut & Stephanus. Hæc autem faciunt,vt doceant illos, quod nunc quoque eodem modo filium suum misit. Sicut & CHRISTVS dixit de vinea, ita & ille dicit:

Exaltauit in peregrinatione in terra Ægypti,& cum brachio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

brachio excelso eduxit illos ex ea.] Sanè contrarium euenit, priusquam in multitudinem creuissent, sed miracula propter illos facta sunt, & prophetæ memores sunt vbique eorum quæ in Ægypto acciderunt. Et vide, vt tempora calamitatum præterit, & nusquam crimina in medium affert, sed magnam dei misericordiam, relinquens illa ipsis cogitanda. *Et circiter quadraginta annorum tempus, mores illorum sustinuit in solitudine.*] Deinde inhabitationem terræ dicit, *Et deletis gentibus septem in terra Chanaan, sorte diuisit eis terram illarum.*] Et multum intercessit tempus, nempe anni quadringenti quinquaginta.

Et post circiter annis quadringentis & quinquaginta, dedit illis iudices vsque ad Samuelem prophetam.] Hic quia varie dispensat res illorum manifestauit.

Et exinde petierunt regem.] Et non dicit ingratitudinem illorum, sed vbique, dei misericordiam.

Et dedit illis Saulem, filium Cis, virum ex tribu Beniamin, annis quadraginta: & destituto eo, excitauit eis Dauidem in regem: cui & dixit testimonium perhibens, Inueni Dauid filium Iesse, virum iuxta cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Non paruum hoc, quod ex Dauid esset CHRISTVS. Deinde etiam Ioannem inducit testificantem, dicens: *Huius è semine Deus, ita vt promiserat, adduxit Israëli seruatorem Iesuah: quum antea prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum pœnitentiæ Israëli. Quum autem impleret Ioannes cursum, dicebat: Quem me putatis esse, non sum ego. Sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamentum pedum soluere.*] Et Ioannes quoque testificatur, non simpliciter, sed gloriam à se repellens, quamuis illi eam omnes tribuerent. Non est autem idem repellere talem honorem nullo tribuente, & omnibus illi tribuentibus: idq; non simpliciter, sed post talem legationem.

Viri fratres, filij generis Abrahæ, & timẽtes in vobis deum. Vobis sermo salutis huius emissus est. Nam habitantes Hierusalem, & principes illorum hunc ignorauerunt,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& voces prophetarum quæ per omne ſabbatum legũtur, iudicantes, impleuerunt. Et ne vna quidem mortis cauſa inuenta petiuerunt Pilatum, vt interficeretur ille.] Vbique hoc conantur oſtendere, quòd illorum ſit hoc bonum proprium, ne tanquam alieno attendentes, fugiant, eo quòd crucifixerant illum. Hunc, inquit, quum ignorarint, atq; adeò erat ignorantiæ peccatum. Vide quomodo etiam pro illis leuiter rationem reddit. Et non hoc ſolum, ſed quòd hoc oportebat fieri, apponit. Et ne quis dicat, Vnde manifeſtũ quod ſurrexit? dicit etiam teſtes illius eſſe: & poſtea iterum à ſcripturis confirmat. *Vbi autem perfecerunt omnia quæ de eo erant ſcripta, depoſitum de ligno poſuerunt in ſepulchro. Deus autem illum excitauit ex mortuis, qui viſus eſt ad dies plures, his qui ſimul aſcenderunt cum illo à Galilæa in Hieruſalẽ, qui ſcilicet ſunt teſtes illius ad populũ. Et nos vobis bonũ hoc nuncium annunciamus de promiſſione ad patres noſtros facta, quia illam impleuit Deus filiis illorum nobis ſuſcitato Ieſu, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem reſurrexit ex mortuis, non vltra in corruptionem conuertendus, ita dixit, Dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Ideo & in alio dicit, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Nam Dauid quidem ſua generatione ſeruiens voluntati dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionem. Quem autem Deus excitauit, non vidit corruptionem*] Vide hunc vehementius diſſerentem. Hoc nunquam Petrus dixit. *Itaque notum ſit vobis, viri fratres, quòd per hũc vobis remiſsio peccatorum annunciatur: & ab omnibus à quibus non valuiſtis in lege Moſi iuſtificari, in quo omnis qui credit, iuſtificatur.*] Deinde etiam hoc terribile eſt. *Videte igitur, ne aſcendat ſuper vos quod dictum eſt in prophetis: Videte contemptores, & aſpicite, & admiremini, & euaneſcite: quia opus quod ego operor in diebus veſtris, quod non creditis, ſi quis annũciauerit vobis.*] Vide quomodo nectit ſermonem ex preſentibus, ex prophetis, ex ſemine promiſſo. Verum

Eſa.55.
Pſal.15.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum iterum videamus ea quæ dicta sunt: *Viri fratres filij generis Abrahæ.*] Et à patre suo illos vocat. *Vobis sermo salutis huius annunciatus est.*] Hic dicens, Vobis: non separatim Iudæis dicit, sed dat illis potestatem auellendi se ab his qui cædem patrarant: id quod ex sequentibus manifestum. *Habitantes enim Hierusalem, quum hunc ignorarent, & voces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes implerunt.*] Magna accusatio, si perpetuo audientes non attenderunt. Verum mirum non est, dicta enim illa quæ in Ægypto ac erêmo acciderunt, sufficiunt monstrare illorum ingratitudinem. Et quomodo ignorarunt, inquit, quum Ioannes eis dixerit? Quid mirum ignorare eos, licet prophetæ perpetuo clament? Deinde & alia accusatio: *Et neque vna causa mortis inuenta.*] Id quod non erat ignorantiæ. Ponamus enim quòd non habuerint eum pro Christo, quur etiam occiderunt? *Et petiuerunt*, inquit, *Pilatum, vt occideret illum. Vt autem omnia perfecerunt quæ de illo scripta, depositum eum de ligno posuerunt in sepulchrum.*] Vide quanta illi cum sedulitate hoc fecerint: modum dixit mortis, & Pilatum in medium affert, partim quidem vt manifesta passio fiat à tribunali, partim autem vt illi grauius accusentur, qui tradiderunt illum viro alienigenæ. Et non dixit, obtinuerunt: sed, petiuerunt: etiam ne vna quidem mortis causa in illo inuenta occidi: ita vt sit manifestum, quòd gratiam acceperant, illo non volente: id quod manifeste Petrus dicit, Iudicante illo absoluendum. Valde amabat illos Paulus, & quòd non moratur in ingratitudine patrũ, sed ipsis immittit metum. Sanè Stephanus quidem merito hoc facit, vtpote occidendus, & non docẽs, & ostendens quòd iam lex destruebatur. Hic autem non item, sed minatur, & terret solum. *Deus autem exeitauit illum ex mortuis: qui apparuit*, inquit, *ad dies multos, iis qui cum eo ascenderãt à Galilæa in Hierusalem.*] Vide & hunc vtpote ab eodem motum spiritu, plurimum prædicare passionem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac sepulturam. *Et nos vobis bonum nuncium annunciauimus de promissione ad patres facta.*] Hoc est patres quidem acceperunt promissionem, vos autem rem ipsam. Deinde testem Ioannem quum adduxisset qui
Luc.3. dicebat, Ab huius semine propter promissionem adduxit Israëli seruatorem: quum prius prædicasset Ioãnes ante faciem introitus eius baptisma pœnitentiæ
Ioan.1. Israëli: deinde iterum inducit illum, dicens: Quẽ me putatis, non sum. Mox addit etiam apostolos testes resurrectionis, dicens: Qui scilicet sunt testes illius ad populum. Deinde etiam Dauidem idipsum testifican
Psal.15. tem, dicendo: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Neq; vetera per seipsa tam firma esse videbantur, neq; hæc sine illis: & ita sermonem per vtraq; credibiliorem facit. Quoniam enim metu tenebãtur, quòd occidissent illum, & conscientia alienabat eos, non vt ad Christicidas disseruit, neq; vt alienum bonum, sed proprium bonum illis commendauit. Valde gratum illis erat nomen Dauidis, vnde & hoc ponit, vt vel sic illum suscipiant, quasi diceret, à puero illius regnabimini: igitur illius frenũ ne abieceritis.
Esa.55. Quid est, Dabo vobis sancta Dauid fidelia? Firma, inquit, quæ nunquam pereunt. Et nõ immoratur his, vtpote verbo iam credito. Sed minatur pœnam, & transit quod eis gratum, ostendens legem abrogari, & hæret in eo quod conducibile, q; magna bona obedientibus, & grandia mala præuaricantibus futura sint. Postea de Dauid iterum dicit, non sine laudibus:
3.Reg.2. *Nam Dauid quidem*, inquit, *suo seculo, vt seruiuit voluntati dei, appositus est ad patres suos.*] Sicut & Petrus eius memor dicebat, Licet dicere cum fiducia de patriarcha Dauide. Et non dicit, q; mortuus est: sed appositus ad patres suos: id quod clarius erat. Et vide, quòd nusquam illorum ponit correctiones, sed ea quæ habent accusationem. Nam quòd petiuerunt & acceperunt, maxima accusatio illorum. Mox beneficia dei enumerat: Elegit, dicens, exaltauit, mores tulit. Hæ autem nõ illorum erant laudes, sed Dei. Dauidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem autem solum commẽdat, quoniam ex illo Chri-
stus. Introitum autem, Ioannes vocat, dicens, An-
te faciem introitus illius, incarnationem Christi,
& eius cum carne apparitionem. Ita & Ioannes eu-
angelium scribens, ad illum continuo confugit.
Nomen enim erat illi magnum in toto orbe. Et vi-
de, Non dicit illud ex se ipso, sed illius affert testi-
monium. Vidisti quanto studio ostendat, rem sin-
gulari dispensatione geri? Videamus autem quid
apostoli dicentes persuaserint: *Crucifixus est.*]
Quid hoc impersuasibilius? Sepultus ab illis est,
quorum promisit salutem fore. Sepultus remittit
peccata, & magis quàm lex. Ideo etiam non dixit,
à quibus non voluistis: sed, à quibus non potui-
stis in lege iustificari; in hoc enim omnis credens
iustificatur: infirmitatem legis ostendens. Bene au-
tem apposuit etiam, omnis; vt indicet quicunque
fuerit is qui credit. Nulla enim illorum vtilitas,
si quis non bene egerit. Idcirco posterius ponit re-
missionem, hinc quod maius est colligens ac osten-
dens; & quod impossibile sit legi facere, hoc fe-
cisse per mortem patiendo apparet. Itaque bene di-
cebat, Qui scilicet testes illius sunt ad populum:
illum qui occidit, inquit, neutiquam futuri testes,
nisi diuina virtute confirmarentur. non enim apud
homines sanguinarios talia testificati essent, nõ apud
illos qui interemerant. Quod autem dixit, Ego ho-
die genui te: dixit quasi sciens quòd etiam alia se-
quãtur. Et quare non addidit testimonium per quod
erant persuadendi remissionem peccatorum per il-
lum fieri? Quia magno studio iam inter eos quæ-
rebatur quòd à mortuis resurrexit. Hoc autem in
confesso, illud indubitatum fuit, etiam ab illo re-
missionem peccatorum fieri. Et alioqui nolebat il-
los in desiderium tantæ rei inducere. Igitur non de-
relictio erat mors illius, sed prophetiæ impletio.
Meminit historiarum, quas ignorantes plurima pa-
tiebantur mala. Et hoc insinuat per finem dicens,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Videte contemptores, & aspicite.] Et vide quomodo istud asperum quod succincte dicit, *Ne adueniat, inquit, super vos quod aliis dictum, Opus ego operor quod non creditis, si quis narrauerit vobis.*] Ne admiremini, quòd fidem videtur excedere, etiam hoc olim prædictum est.

MORALE.

Hoc & ad nos merito diceretur; Videte contemptores, dum resurrectionem non credimus. Sanè res ecclesiæ pessime habent, quanuis putentur esse pacificæ. Hoc enim grauæ est, quòd quũ male habeamus, idipsum ignoremus. Quid dicis? Ecclesias retinemus, possessiones, alia omnia, conuentus fiunt, quotidie adest populus, & contemptores sumus? At non inde quis ecclesiam probarit. Sed vnde? Si pietas est, si cũ lucro domum redimus quotidie, si fructum aliquem vel magnum vel paruum capimus. Vter melior est factus, qui toto mẽse semel cõgregatur, vel qui quotidie? Hoc est quod quæritur, quoniã & istuc ipsum est, quod ad felicitatem attinet. Infelicitas autem fuerit, si dum illa fiunt, nihil præterea accidit. & vtinam nihil præterea, nunc autem multo deteriores abeunt. Quæ vtilitas vobis à communionibus? quos siquidem vllum fructũ caperetis, iam olim sobriæ & cõtinentis vitæ specimen ostendere oportuerat, quum sæpe eadem hebdomada tot prophetæ, tot apostoli, tot euangelistæ vobis loquantur; & omnes salutaria dogmata proponant, & vobis commendent quæcũque ad cõponendos mores sufficiunt. Miles in tyrocinio fit exercitatior in rebus bellicis. Athleta frequẽtans palæstram, luctæ fit peritior. Medicus ad doctorem ventitans, diligentior euadit, & plura nouit, & plura discit. Tu quid lucri habes? non dico de his qui ad annum, sed de his qui à principio ęrątis nobiscum congregari sunt soliti. Num hoc putatis pietatem esse: continuo cõmunioni adesse? Hoc nihil est nisi quid lucri faciamus, nisi quid colligamus. Melius manere domi. Etenim progenitores nostri ecclesias

Vnde probandæ ecclesiæ.

ædifi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ædificarunt, non vt è domibus congregatos, vos mu-
tuum ostendant: hoc enim & in foro & in balneis &
in pompa fieret: sed vt discipulos simul & doctores
congregantes, meliores hos per illos faciant. Nihil
iam sunt res nostræ nisi lex quædam & consuetudo,
& religionis quædam species. Venit pasca, magnus
strepitus, magna turba, non enim dixerim multi ho-
mines. neque enim est hominum turba. Abiit festiui-
tas. Turba minor fit, silentium autem iterum sine vti-
litate. Vigiliæ multæ & sacræ cantilenæ. Et quid in-
de lucri? imò detrimentum etiam. Multi propter va-
nam gloriam hoc faciunt. Quantum putatis cruciã-
tur viscera mea, quasi cribrum perforatũ omnia pro-
cedere videntis? Sed omnino dicetis mihi, Scripturas
scimus. quid tum? si per opera hoc declararetis, id es-
set lucrum, & vtilitas. Ecclesia tinctoris officina est:
si semper discederitis nullam accipientes tinctionem,
quæ vtilitas perpetuo huc ventitare? imò damnum
potius. Quid accessit ad leges acceptas à patribus, vt
verbi gratia aliquis ex consuetudine habet memoriã
matris vel vxoris vel liberorũ: hoc facit siue audiat
siue non audiat à nobis, tractus à cõsuetudine & con
scientia. Propter hoc igitur indignaris? inquit. Absit:
quin potius valde gaudeo. Vellem autem illum ali-
quid & à nostra cõcione vtilitatis habere, & id quod
consuetudo facit, hoc & à nobis fieri, & aliam induci
consuetudinẽ: alioqui quid frustra laboro & nugor,
si semper iidem mansuri estis, si communiones nihil
in vobis operãtur bonum? Etiam, inquit, precamur.
Et quid hoc si absque operibus? Audi Christum di-
centem, Non omnis qui dicit mihi domine domine *Mat. 7.*
intrabit in regnum cœlorum, sed faciens voluntatem
patris mei, qui est in cœlis. Sæpenumero silere decre-
ui, videns nihil lucri accedere vobis ex nostris sermo
nibus: vel fortassis est aliquid lucri, mihi autem insa-
tiabili, et multum hoc desideranti idem accidit, quod
nimium auaris: sicut enim illi pro nihilo habẽt quic-
quid eis suppetit, ita & ipse quoniam valde cupidus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sum salutis vestræ, donec videro vos profeciſſe, nihil egiſſe me opinor, eo ꝙ vellem vos perfectos fieri. Vellem ita eſſe, & id à me dici, non ob veſtram ignauiam, ſed meam affectionẽ. Timeo autem, ne forſan bene coniectem. Debetis enim ſcire ꝙ ſi tanto tempore aliquid profeciſſetis, oportuiſſet vtique nos ab his quæ dico ceſſare verbis ſuperuacaneis. Nam ita ſatis dicta ſunt, vt & alios poſſitis moderari, ſiquidem absentium vobis vlla eſſet cura. Quòd autem nobis neceſſe perpetuo eundem habere ſermonem, non eſt alterius cuiuſpiam indicium, quàm quòd res veſtræ nõ satis bene ſe habent. Quid igitur faciendum? non enim obiurgandum duntaxat. Obſecro et oro, ne hoc ſolum ſpectetis, quomodo in eccleſiam veniatis, verum etiam quomodo aliquid inde portantes domum reuertamini cum pharmaco veſtrarum affectionum, etiamſi non à nobis, ſed à ſcripturis habeatis congrua remedia: quale ſit, eſt quis iracundus, attendat ſcripturarum lectionibus & omnino pro ſe aliquid inueniet, vel in hiſtoria, vel in admonitione. In admonitione quidem, Momentum furoris illius, ruina ipſi. Et, Vir iracundus non honeſta eſt forma, & quæ ſimilia. Et iterum, Vir linguax non dormiet. Et Chriſtus iterum. Qui iraſcitur fratri ſuo temere. Et iterũ Prophera, Iraſcimini, & ne peccetis. Et, Maledictus furor illorum, quia pertinax. In hiſtoriis autem vtpote quando audis Pharaonem multa ira impletum, & Aſſyrium, & propter hoc peccaſſe. Item eſt quem vincunt pecuniæ, audiat quòd auaro nihil eſt iniuſtius. Hic enim & animam ſuam venalem facit. Et Chriſtum dicentem, Nõ poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Et Apoſtolum, Radix omnium malorum eſt auaritia. Et Prophetam, Diuitiæ ſi affluant, ne apponite cor. Et multa alia talia. Et ex hiſtoriis, Giezi, Iudam, principes ſcribarum. Et quòd dona excæcant oculos ſapientium. Alius eſt ſuperbus, audiat quòd ſuperbis reſiſtit deus. Et principium ſuperbiæ peccatum. Et omnis ſublimis corde immundus eſt apud

Mat.5. *Pſal.4.* *Gen.48* *Mat.6.* *1.Tim.6* *Pſal.61.* *Eccle.9.*

domi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dominum. Et in historiis, diabolum, & alios omnes: & quia omnino impossibile est enumerare omnia, suorum quisque vulnerum remedia ex diuinis scripturis eligat: & si non totum, partem saltem hodie, partem cras, deinde totum abluite. Quin & de pœnitentia, & de confessione, & de eleemosyna, & de iustitia, & de continentia, & de omnibus inuenire licet multa exempla. Hæc enim omnia scripta sunt ad nostram admonitionem, inquit. Si igitur ad nostram admonitionem de omnibus differit, attendamus sicut cõuenit attendere. Quid frustra nos ipsos decipimus? Timeo ne & de nobis dicat quis: Defecerunt in vanitate dies nostri, & anni nostri cum acceleratione. Quis audiẽs cedit à theatris? quis desistit ab auaritia? quis alacrior fit ad eleemosynam? Vellem scire, nõ vanæ gloriæ causa, sed vt fiam alacrior, vidẽs egregium fructum laborum. Nunc autem quomodo attingam labores, tantos quidem imbres doctrinæ videns decidere, noualia vero vestra nihil proficere, & nihilo excellentiores fructus producere. Cæterum areæ tempus appetit, & is qui habet ventilabrum. Timeo ne totum fœnum fiat, timeo ne in caminum abiiciamur omnes. præteriit æstas, venit hyems, sedemus quum iuuenes tum senes nostris affectionibus alligati. Ne mihi dicas: Non scortor. Quæ enim vtilitas si nõ scortaris quidem, sed auarus es? Passer licet nõ ex omni parte, à pede tamẽ detinetur solum, & ita perit hærens in laqueo, nec ei prosunt alæ capto pede: ita & tu, non per fornicationem sed auaritia captus es: captus certè es. non hoc quæritur quomodo captus sis, sed quòd captus es. Ne dicat adolescens: non sum auarus. sed forsan scortaris, & quæ iterum vtilitas? Non enim possibile est, quòd per vnam ætatem omnes affectiones nos infestent, sed discretæ sunt, & hoc propter dei misericordiam, ne simul ingruentes euincantur difficilius, & grauius certamen exhibeant. Quantæ erit ignauiæ etiam separatis non imperare affectionibus, sed per singulas ætates

Rom.15.

Psal.77.

vinci,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vinci, & sublime sapere ex his quæ non sunt à nostro studio, sed ab ætate afferuntur. Non videtis aurigas, quanta diligentia & exercitatione, quantoq; labore & cibis aliisq; vtuntur, ne deiecti à curribus distrahantur? Vide quanta sit ars. nam vir quidem fortis, ne vnum quidem equum magistrat: adolescẽtulus autem arte sæpe duos coniungit, agit, & moderatur facile. Et in India magna illa belua et terribilis elephantus puero quindecim annorum cum magna alacritate cedit. Quare autem hæc à me dicta sunt? Quia si elephantes & equos feroces studiis constringimus, multo magis possemus affectiones, quæ in nobis, à quibus trahimur per totam vitam. Nunquam artem illam curauimus, nunquam vel per ocium, cum nondũ esset certamen de his locuti sumus nobisipsis, quidnam vtile sit. Tunc nos inexercitatos super currum stare viderit quis, quando certamen adest. Quare igitur ridiculi sumus? Nõne dixi sæpe, exerceamur apud domesticos ante tentationem? Sed apud pueros domi sæpe exasperamur. Vincamus illic animi impetum, vt dextrè illo apud amicos vtentes appareamus. Et in aliis omnibus si exerceremur, non fieremus ridiculi. Nunc autem sunt arma, exercitia, studia, in aliis artibus & certaminibus: in virtutibus minime. Non audet agricola vineam tangere, non antea bene in re rustica exercitus, neque gubernator amplustre trahit, non prius edoctus bene. Nos autem absque exercitatione omni primam palmam habere volumus. oportebat silere, oportebat nulli admisceri, vel verbo, vel negotio, donec possemus bestiam quæ in nobis compescere. An non quouis grauius contra nos militant, & furor, et concupiscentia? Ne vadas cum his bestiis in forum, donec bene imponas eis frenum, donec ipsas mansuefacias, & manum tuam sequantur. Non vides hos qui mansuetos leones circumducunt, quantũ lucrifaciant, & quanta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem mansuetudinem operati sint? si autem subitò ferociat ille, omnis turba quę in foro submouetur,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mouetur, & periclitatur postea homo qui circundu-
cit illum, & perditionis aliorum factus est autor. Et
tu igitur leonem mansuefacias prius, & tunc circum-
ducito, non vt pecuniam accipias, sed vt lucrum cui
nullum par est lucrifacias. Nihil enim par est iustitiæ
quæ & possidentibus & vtentibus valde vtilis est.
Hanc igitur sectemur, vt possimus virtutis viam di-
ligenter ambulãtes æterna bona assequi, gratia & mi-
sericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri si-
mul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXX.

*Egressis autem illis orabant vt loquerentur eis interim vs-
que ad sabbatum verba hæc.*

VIdisti Pauli sapientiam? Non tunc solum in admiratione fuit, sed etiam desiderium immisit illis, vt secundò audire cuperẽt, cum dixisset semina quædam, et nondum absoluisset ac consummasset sermonem, ita vt illos sibi conciliaret, ac familiares redderet, & non congerendo simul omnia in illorum animos, minus idoneos faceret. Dixerat quòd remissio peccatorum per hunc vobis annunciatur: quomodo autem, non manifestarat. Post hæc sui ipsius primum facit mentionẽ. Vides quanta alacritas? Sequebantur illos, inquit. Quare illos non baptizauit statim? Non erat tempus. Persuadere oportebat, vt sic firmi maneant. *Soluta autem congregatione sequuti sunt multi Iudæi & religiosi proselyti Paulum & Barnabam, qui alloquuti eos persuaserunt vt maneant in gratia dei. Et sequente sabbato quasi tota ciuitas congregata est, vt audiat sermonem dei. Videntes autem Iudæi turbas, impleti sunt zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes ac blasphemantes.*] Vide malitiam vt verberatur dum alios verberat. Hoc magis faciebant claros, quòd contradicebant illis. Atque primùm vltrò eos inuitauerant. Contradicentes, inquit, ac blasphemantes. O impudentiam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dentiam. Contradicunt in his propter quæ illos commendare oportebat. *Cum fiducia autẽ loquentes Barnabas ac Paulus, dicebant: Vobis oportebat primum dici sermonem dei: quoniam autem repellitis illum, & non dignos iudicatis vos æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.*] Vides quomodo contentione facta magis propagarunt prædicationem, & ratione reddita se contulerunt ad gentes? Et non dixit, Indigni estis: sed, iudicastis vos ipsos indignos: minus inuidiose loquens.

Ecce conuertimur ad gentes: Ita enim præcepit nobis
Esa. 49. *dominus, Posui te in lucem gentium, vt sis tu in salutem vsque ad finem terræ.*] Nam vt gentes non contristentur, quasi per propriam diligentiam bona non assequantur, addit prophetiam, dicens: Posui te in lucem gentium, hoc est vt sis in salutẽ: vsque ad extremum terræ. *Audientes autem gentes.*] Hoc & illos alacriores reddebat, quia quibus auditis hi debebant frui, his illi fruuntur. Et istos magis mordebat.

Audientes autem gentes, inquit, *gaudebant, & glorificabant sermonem domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam:*] Id est præfiniti à deo. Vide quomodo ostendit vtilitatis acceleratione. *Differebatur autem sermo ille per totam regionem:*] Hoc est, in diuersa ferebatur, & diuulgabatur. Non contenti erant zelo, sed etiam opera adiecerunt: Vide iterum, quomodo persecutionem passi alia efficiunt magna per æmulationem. Effecerunt enim, vt & hi liberius loquerentur, & ad gentes venirent. Et audi quomodo: fidenter autem loquentes Paulus & Barnabas dicebãt: *Vobis*, inquit, *oportebat primum dici sermonem dei: quoniã autem repulistis illum, ecce conuertimur ad gentes*] Igitur egressuri erant postea ad gentes. Sed vide etiam in hac dicendi libertate seruatum modum. Et meritò. Nam si Petrus rationem reddebat, multo magis & his defensione opus erat, quum nemo illos illuc vocasset. Dicens autem primùm, ostendit quòd & illis oportebat: dicensq; fuisse necessarium ac oportuisse, ostendit quòd & illis

neces-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neceſſarium. Quoniam autem auerſamini, non dixit, Væ vobis: nec dixit, Puniemini: ſed, Conuertimur ad gentes. Vides quantam habet manſuetudinem iunctam ſermonis libertas? *Iudæi autem extimulantes mulieres pias & honeſtas, & principes ciuitatis, & excitarunt ſeditionem apud Paulum & Barnabam, & eiiciunt illos è finibus ſuis.*] Vides quantum perfecerint qui aduerſabantur prædicationi, in quantam turpitudinem illas induxerint? *At illi excuſſo puluere è pedibus ſuis ſuper illos, venerunt Iconium.*] Hic terribile hoc faciebant, quod præceperat Chriſtus, dicens: Et ſi quis vos non acceperit, egreſſi excutite puluerem â pedibus veſtris. Illi autem non ſimpliciter hoc fecerunt, ſed poſtquam abacti ſunt ab eis. Veruntamen neque hoc diſcipulis nocuit, ſed multo magis perſeuerarunt in verbo, id quod manifeſtat, addens: *Diſcipuli autem implebantur gaudio & ſpiritu ſancto.*] Paſſio enim præceptoris fiduciam illorum non minuebat, ſed alacriores reddebat diſcipulos. *Factum eſt autem Iconii, quum introiſſent illi in ſynagogam Iudæorum, & loquerentur, ſic vt crederet Iudæorum & Græcorum magna multitudo.*] Iterum in ſynagogas ingrediuntur. Vide quàm non fuerint meticuloſi facti. Quum dixiſſent, Conuertimur ad gentes: ex abundantia tamen ſuâm defenſionem tollunt, Ita vt crederet Iudæorum Græcorumque magna multitudo. Veriſimile enim, illos & cum Græcis diſſeruiſſe. *Qui verò increduli erant Iudæi, concitarunt, & corruperunt animos gentium erga fratres.*] Simul iam etiam gentes concitabant, quaſi non ſatis eſſet quòd ipſi obſiſterent. Cur igitur illinc non exierunt? Non expellebantur, ſed impugnabantur ſolum. *Multo igitur tempore demorati ſunt cum fiducia loquentes per dominum, qui teſtimonium dabat ſermoni gratiæ ſuæ, & dabat ſigna ac prodigia fieri in populo.*] Hoc faciebat fiduciam, imò fiduciam faciebat illorum alacritas; nam propter hoc aliquandiu nuſquam

Mat.10.
Mar.6.

CAP. XIIII.

ſigna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

signa faciebant. Quòd autem credebant audientes, ex signis habebant. Itaque conducebat aliquid & dicendi libertas. *Scissa est autem multitudo ciuitatis, & alii quidem erant cum Iudæis, alii autem cum Apostolis.*] Nō parum facit ad accusationem etiam istud scindi.

Mat.10 Hoc erat quod dicebat Christus: Non veni mittere pacem, sed gladium. *Quum autem factus esset impetus Gentium pariter ac Iudæorum cum principibus illorum, vt vim afferrent, & lapidarent eos, re comperta confugerunt in eas, quæ in circuitu ciuitates Lycaoniæ, Lystran & Derben, & finitimam regionem, & illic erant euangelizantes.*] Iterum quasi dedita opera propagare volentes prædicationem, postquam creuissent, illos iterum expellunt. Vide vbique persequutiones magna bona facere, & persequētes vinci: eos autem qui persequutionem ferunt, clariores apparere. Nam vt venit in Lystra, facit magnū miraculum etiam claudo sanato, idq; magna voce. Et quomodo, audi:

Et vir quidam, inquit, *in Lystris sedebat infirmis pedibus, qui nunquam ambularet: hic audiuit Paulum loquentem. qui intuitus illum, & videns quòd fidem haberet, & fore vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge in pedes tuos rectus. Et exiliit, & ambulauit.*] Quare magna voce? Vt turbę credant. Vide autem, attendebat diligenter his quæ â Paulo dicebātur. Hoc enim est quod dicit, audiuit. Vidisti sapientiæ studium. nihil impediebat claudicatio, quin diligenter audiret verbum. *Qui intuitus illum, & videns quòd fidem haberet fore, vt saluus fieret.*] Iam præelectione assumptus familiariter erat, quamuis in aliis contrarium factum fuerit. Prius enim curarunt corpora, & tunc curarunt animas. Hîc autem non sic. Mihi videtur Paulus ad animam illius respexisse. *Et exiliit*, inquit, *& ambulauit.*] Saltatio perfectæ sanitatis indicium. *Turbæ verò cum vidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suā Lycaonicè, dicentes: Dii in specie hominum descenderunt ad nos. & vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, quòd is esset dux sermonis. At sacerdos Iouis quū esset*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

esset ante illorum ciuitatem, tauros & coronas ad vestibula afferens cum turbis volebat sacrificare] Sed hoc nondum erat manifestum: sua enim lingua loquebantur, & dii in specie hominum descenderunt ad nos. Idcirco nihil illis dicebant. Vbi autem viderunt coronas, tunc egressi diruperunt vestes suas. *Cum audissent autem Apostoli, Paulus & Barnabas disruptis vestibus suis, insilierunt in turbam clamando ac dicendo: Viri, cur hoc facitis? Et nos similiter vt vos passibiles sumus homines.*] Vide illos vbiq; à gloriæ studio mundos, quam non solum non desiderabant, sed & quum daretur, repellebant. Sicut & Petrus dicebat, Quid in nos respicitis, quasi propria virtute vel pietate fecerimus ambulare illum? Et illi idem dicunt. Ioseph autem dicebat de somniis, Nónne à deo manifestatio somniorum? Et Daniel similiter: Et mihi non in sapientia, quæ est in me, reuelatum est. Et Paulus vbique hoc dicit, vt quando dicit: Et ad hæc quis sufficit? Et iterum: Non sufficimus à nobisipsis cogitare, quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Videamus autem iterum quæ supradicta: Non simpliciter illis appositæ sunt turbæ, sed quomodo? Rogabant vt ipsis eadem iterum loquerentur, & operibus studium declarabant. Vide vbique obsecrantes, non recipientes simpliciter, nec adulantes. Idcirco dicebat, Qui colloquentes cum illis suaserunt, vt perseuerarẽt in gratia dei. Quare ante hoc nõ contradicebãt? quia tunc non increduli tacebant. Vides quòd vbique affectionibus mouebantur. Et non contradicebant solum, sed & blasphemabãt. Etenim malitia nunquam sistit, sed vide dicendi libertatem. Vobis erat, inquit, necessarium primùm dici sermonem dei, quoniam autem repulistis illum. Nihil contumeliose dictum. Quod sanè & Prophetis faciebant. Ne loquamini nobis, inquit, loquutione. Quoniam autem repulistis illum, inquit, non nos. Non enim ad nos attinet hæc contumelia. Ne enim quis reuerenter dictum putet illud, Indignos iudicastis vos ipsos, ideo primum di-

Gen. 40.

Dan. 2.

2. Cor. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xit, Repulistis illum: & mox, Conuertimur ad gentes. Verbum hoc mansuetudine plenum est. Non dixit, derelinquimus vos: ostendens quòd possibile sit se iterum huc conuerti. Et hoc non ad vestram contumeliam facimus. Sic enim præceptum est nobis. Itaque oportet adire gentes, veruntamen hoc non nostrum, sed vestrum factum est, quod iam antè factum
Esa.49. oportebat. Sic enim præcepit nobis dominus: Posui te in lucem gentium, vt tu sis in salutem: hoc est, in cognitionem quæ est in salutem, & non simpliciter gentium, sed omnium. Hoc sanè manifestat dicendo, Quotquot ordinati sunt in vitam æternam. Et hoc indicium est, quòd illi iuxta voluntatem dei assumantur. Ordinati autem, inquit, vt ostendat, quòd nõ per necessitatem. Quos enim præcognouit, inquit, & præfiniuit. Non iam in ciuitate dispersi sunt, sed etiam in regione. Nam quum audissent ii qui ex gentibus, etiam ipsi paulò post accesserunt. Iudæi autem concitabant religiosas mulieres, & excitarunt persequutionem. Vide etiam quòd mulieribus illis autores sui furoris fiunt. Et eiecerunt illos, inquit, à finibus suis: Non à sola ciuitate, sed ab omni regione. Deinde hoc terribilius. Discipuli autem, inquit, implebantur gaudio & spiritu sancto. Persequutionem patiebantur magistri, & illi gaudebant. Vidisti quantam virtutem natura euangelii habet? Corruperunt, inquit, animos gentium contra fratres: hoc est, calumniati sunt apostolos, & innumera mala cõtra illos dixerunt: homines minimè fucatos malefice tractauerunt. Et vide quomodo semper deo totum adscribit: *Multo tempore*, inquit, *moratisunt, cum fiducia loquentes per dominum, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ.*] Num hoc imminutionis esse putas? quando enim dicebant: Qui testimonium dedit, inquit, sub Pontio Pilato, tunc loquendi libertas ostendebatur. Hic autem de populo dicit: *Non expectabant igitur, sed videbant impetum, & confugerunt in ciuitates Lycaoniæ, Lystram & Derben, & finitimam regionem.*] Hic minime

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me feruorem illorum extinguere licebat. Et ita etiam in regionibus, & non solum in ciuitatibus rem aggressi sunt. Vide etiam gentium simplicitatem, & Iudæorum malitiam. operibus declarabant se dignos qui audirent, & ita ob sola signa illos honorabant. Illi quidem vt deos colebant, hi vero vt scelestos persequebantur. Et illi non solum non offendebantur prædicatione, sed etiam dicebant: Dii in specie hominum descenderunt ad nos. Iudæi autem offendebantur. *Vocabant autem*, inquit, *Barnabam quidem Iouem, Paulum autem Mercurium.*] Mihi videtur etiam aspectu venerabilis fuisse Barnabas. Etiam hæc tentatio non parua, ab immodica obseruandi nimietate prodiit, verum & hinc apostolorum virtus ostenditur. Et vide quomodo vbique omnia tribuunt deo.

MORALE.

Hos & nos imitemur. Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem & ipsa fides non est nostrum opus. Quod autem non sit nostrum, sed magis dei, audi Paulum dicentem: Etiam hoc non sit ex nobis, dei donum. Ne igitur sublime sapiamus, ne inflemur, quum simus homines, terra ac cinis, fumus & vmbra. Dic enim oro, quare superbis? Eleemosynas dedisti, et pecunias expendisti. Et quid hoc? Cogita si non voluisset Deus te facere diuitem. Cogita eos qui inopia premuntur. Imò cogita, quot etiam corpora impenderunt: & postquam plurima erogarunt, seipsos miseros dixerunt. Tu autem propter teipsum dedisti: Christus non te opus habet. Vide quàm incerta futura, & ne superbi, sed time ne virtutem arrogantia pessundet. Vis re ipsa bonum aliquod opus facere? Nunquam præsumas tanquam de magnis operibus. Num virgo es? Sed & illæ quum virgines essent, nullum à virginitate propter inhumanitatem ac crudelitatem fructum reportarunt. Nihil conferendum humilitatis virtuti. Ipsa enim mater est *Ephe.2.* *Mat.25.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac radix,& altrix,& fulcimentum, & vinculum bonorum. Sine illa abominabiles & sceleſti & immundi ſumus. Eſto enim quis mortuos ſuſcitet, ac claudos ſanet,leproſos purget,cum ſuperbia:nihil eo contaminatius,nihil magis impium,nihil ſceleſtius. Nihil tui ipſius eſſe puta.Induſtria vales,& docendi gratia:ne propterea putes,quòd plus aliis habeas. Idcirco maximè humiliari , ac modeſtia vti debes : quia plura aſſequutus es dona . Cui enim plus remiſſum eſt,plus diliget. Igitur & modeſtia opus eſt, ꝙ aliis præteritis te reſpexit dominus. Time ob hanc rem. Sæpe enim tibi & perditionis cauſa fit , niſi ſobrius ſis. Cur ſuperbis? quòd doces ſermonibus? Perquàm facile eſt philoſophari verbis. Doce me vita tua. Hęc doctrina optima eſt. Dicis quòd opus eſt modeſtia: & tu procul ab hoc ſermone recedis,& rhetoricaris, nullo prohibente,verbis diffluens. Sed melior ille,inquit,qui operibus docet. Non enim ſic inſident animæ verba ac opera. Quoniam ſi non habueris opus bonum,non ſolum non proderis loquendo,ſed etiam plus nocebis , vtiliusꝙ fuerit tacere. Quare? Quia opus mihi proponis, ac ſi impoſſibile foret. Cogito enim mecum,Si tu qui tanta loqueris non facis,multo magis ego venia dignus ſum,nihil tale dicens. Id-
Pſal.49. circo, inquit Propheta , Peccatori inquit Deus , vt quid tu enarras iuſtificatiões meas? Maius enim hoc damnum , quando bene quis docet verbis,& operibus doctrinam impugnat. Hoc multorum in eccleſia malorum cauſa eſt. Eapropter & veniam date, oro,quòd prolixior ſum in hac cauſa.Multi vt in medium procedant,multa faciunt:& vt longum ſermonem facere poſſint : & ſi applaudentem multitudinem habeant,quaſi regnum adepti ſint,gaudent:ſi autem cum ſilentio claudatur ſermo,triſtitia maior illis è ſilentio,quàm ex gehenna. Hoc ſubuertit eccleſias, quòd & vos non quęritis audire ſermonem,qui compungere poſſit , ſed qui oblectet tinnulo ſtrepitu & verborum compoſitione,quaſi citharœdos & cantores

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res audientes: & nos frigidè ac miserè facimus, nostras affectiones sequentes, quas eiicere oportebat. Et idem fit ac si pater videns puerum, quem supra modum tenerè amat, ægrotum, illi frigida & quęcunque oblectãt porrigat, quæ autem vtilia, minimè curet. Deinde quando obiurgatur â medicis, rationem reddat, dicens: Quid faciam? videns flentem puerum, ferre nequeo. Miser & erumnose, ac proditor, neque enim talem patrem dixerim. Et quanto satius fuerit paruo tempore tristitia affectum, perfectę sanitati restitui, quàm temporariam illam gratiam perpetuę tristitiæ causam fieri? Hoc etiam nobis accidit. Floscvlos verborum & compositionem & harmoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vt prosimus: vt simus in admiratione, non vt doceamus: vt oblectemus, non vt compungamus: vt plausu & laudibus obtentis abeamus, non vt mores componamus. Credite mihi, nõ dicerem alioquin, quoniam quando inter dicendum plausum excito, per illud quidem tempus, humanum quiddam mihi accidit (cur enim verum quis non dicat?) & distrahor & diffundor: vbi autem domum redeo, & intelligo plaudentes sine fructu abiisse, & si fructum accipere poterant, à plausu & laudibus periisse, ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim sic afficior, mihiq; ipsi dico: Quæ sudorum meorum vtilitas, si auditores è verbis meis nullum fructum accipere volunt? Et sæpius cogitaui ponere legem plausus prohibentem, & suadentem, vt cum silentio & conuenienti decentia audiatis. Sed sustinete oro, & credite mihi, & si placet hanc nũc legem firmabimus, ne quis auditor plaudat quandiu nos loquimur. At si voluerit admirari, admiretur silens, nemo est qui prohibet. Omne autem studium & alacritas in id collocetur, vt quæ dicuntur, accipiãtur. Quare applausistis? De hoc legem pono. Vos autem nec audire potestis. Multorum bonorum causa erit philosophiæq; schola. Differebant & exteri philosophi: nec tamen plausu excipiebantur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur vnquam. Et apoſtoli cõcionabantur, et nunquam hoc accidit, quòd auditores dicẽtem plauſibus interturbarint. Magna ex ea lege nobis vtilitas, ſed ſtabilimus illam, cum ſilentio omnes omnia audiamus & dicamus. Nam ſiquidem poſt plauſus abierimus habentes ea quæ audiuimus, maximè profectò neque ſic laus erit vtilis. Verum non inueſtigarim accuratius, ne me quis ruſticitatis accuſet. Quoniam autem nihil vltra reliquum, niſi damnum, ſoluamus impedimentum, tollamus plauſus incompoſitos, eiiciamus vincula animæ, & nemo quicquam dicat, donec finiatur ſermo. Chriſtus cõcionatus eſt in mõte, & nullus quicquam dixit, donec ſermonẽ finiuiſſet. Nihil damni affero his qui vellent plaudere, ſed magis admirari faciam. Multo melius eſt cum ſilentio audientem, propter memoriam omni tempore plaudere, & in domo, & in foro, quàm amiſſis omnibus redire vacuos domum, & neſcire plauſus cauſam. Quomodo auditor ille non ridiculus? Quomodo non adulator & irriſor putabitur magis? dum aſſerit quidem, doctorem bene dixiſſe, neſcire autem ſe quid dixerit. Hoc adulationis eſt. Ei qui citharœdos et tragœdos audit merito id accidit, vtpote ſimilem orationem dicere neſcienti. Hic autem nec modulationis, nec vocis oſtentatio eſt, ſed ſenſuum ac philoſophiæ potentia, quæ cuique dicere ac annunciare non difficile. Quomodo non dignus vituperatione, qui non poteſt dicere cauſam propter quam laudauit dicentem? Nihil ita decet eccleſiam, vt ſilentium, vt morum compoſitio. Strepitus ad theatra pertinent, & balnea, & pompas, & fora. Hic autem de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas & ſilentium, & boni mores, & portus magnus eſſe debet. Hæc oro & ſupplico, vt omnes ſciãt. Conor enim etiam ego omnigenos modos inquirere, quibus veſtris animabus prodeſſe queam. Eſt autem & ille non minimus. Non vobis ſolis prodeſt, ſed etiam nobis. Non ſinet excidere, neque laudes & gloriam diligere, neque oblectantia loqui, ſed vtilia:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lia: neque in compositionem & ornatum verborum, sed in sensuum virtutem omne temporis momẽtum collocare. Ingredere in pictoris officinam, & videbis multum illic silentium. Igitur & hic sit. Etenim etiã hic regias pingimus imagines, & nullam priuati hominis, idq; virtutis coloribus. Quid hoc, iterum plaudite? Non facilis res videtur, idq; non natura, sed consuetudine multa, nondum didicistis istud facere. Stylus igitur est nobis lingua: artifex autem, spiritus sanctus. Dic oro, num quæ in sacramentis tumultuatio vel strepitus? Quando baptizamus, quando alia omnia facimus, nónne silentium & quies alia omnia detinet? Hæc in cœlo pulchritudo dispersa est. Hanc obrem & apud gentes male audimus, quasi ad ostentationem omnia facientes, & ad gloriæ studium. Sed si hoc prohibeatur, etiam primarum sedium amor extinguetur. Sufficit si quis laudes amat, quòd eas postquam auditus est assequitur, quando fructus colligit. Valde oro firmemus hanc legem, vt omnia facientes prout domino placet, illius misericordiã mereamur, gratia & miserationibus vnigeniti illius, dominiq; nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & sancto spiritu gloria, honor, imperium nunc & semper, et in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXI.

Auditis his apostoli Barnabas & Paulus disruptis vestibus suis exilierunt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri, cur hæc facitis? Nos similiter vobis passibiles sumus homines, euangelizãtes vobis, vt ab his vanis conuertamini ad deum viuentẽ, qui fecit cœlum ac terram & mare, & omnia quæ in illis.

VIde vt Apostoli omnia magna cum vehementia faciunt: diruperunt vestimenta, insiliérunt, clamarunt, omnia ex affectione animæ procedunt: auersantur ea quæ facta, & luctus signa faciunt. Luctus enim erat verè luctus, non ad-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mittens consolationem. Siquidem pro diis haberi voluissent, introduxissent idolatriam quam destruxerant, quæ diaboli opus. At illi non tacent. Et quid dicunt? Etiam nos vobis similiter passibiles homines sumus. Statim ab initio subuerterunt vitium. Non dixerunt simpliciter homines, sed sicut vos. Deinde ne videantur deos honorare, audi quid adiiciunt: *Euangelizantes vobis, vt ab his vanis conuertamini ad deum viuentem, qui fecit cœlum ac terram, & mare, & omnia quæ in eis.*] Vide quòd hic nunquam prophetarum sunt memores, neque dicunt, cuius gratia is qui omnium est conditor, gentes reliquit propria lege frui. *Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes in viis suis.*] Dicit quidem quòd permisit. Quare autem permisit, non iam addit, interim ad vrgentiora festinans, nec vsquam Christi nomen ponens. *Quanquam non expertem testimonii seipsum esse sinebat, beneficia de cœlo conferens vobis, dans pluuias ac tempora fructifera, implens cibo ac lætitia corda vestra.*] Vide non vult accusationem eorum exaggerare, sed magis docet eos, vt totum in deum referant. Didicerant enim non tantam habendam dicendi curam, vt dignum aliquid de deo, quantam vt auditoribus vtilia dicantur. Vide quàm latenter accusationem ponit, quamuis etsi palàm taxasset, probè egisset. Oportebat enim puniri illos qui tantis bonis fruebantur, & nutritorem suum non agnoscebant. Non dicit autem manifestè, sed insinuat: Cœlitus nobis pluuias, inquit, dans. Ita & Dauid dicebat: A fructu frumenti, & vini, & olei sui multiplicati sunt. Et sæpe de conditione differens, hæc in medium affert. Quin & Hieremias de primo opificio, & deinde de pluuiis narrans, prouidentiam dei commendat. Atque ille inde edoctus, inquit: Implens alimento & lætitia. Cum largitate alimentum, & non solum ad frugalitatem ac vsum. Et hæc dicentes vix compescuerunt turbas ne sibi immolarent. Et hoc maximè admirati sunt. Vides quòd

Psal.145.

hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc contenti sunt, quòd turbam ab hac insania liberarunt? *Superuenerunt autem ab Antiochia & Iconio Iudæi quidam, qui quũ persuasissent turbis ac lapidassent Paulum, traxerunt eum foras portam, putantes illum mortuum esse.*] Revera diaboli filij. Non in ciuitatibus suis solum, sed etiam extra illas hæc faciebant, tãto; studio anhelabant tollere prædicationem, quanto apostoli erigere moliebãtur. Et cùm persuasissent, inquit, turbis, & lapidassent Paulum, traxerunt foras portam. Hic impletur, Sufficit tibi gratia mea. 2. Cor. 12. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Maius hoc erat, quàm claudum sanare. Gentiles quidem vt deos putabant, hi autem traxerunt persuadentes turbis. Non enim verisimile erat admirari illos. Et vide, In ciuitate illa, in qua tum admirabiles fuere, in eadem grauia patiebantur. Id quoque videntibus proderat. Quòd autẽ etiam propter hoc permittebãtur pati, audi istuc ipsum manifestantem ac dicentem: Ne quis me putet esse supra id quod videt me, vel audit aliquid ex me. 2. Cor. 12. *Vbi autem discipuli circundederunt eum, surgens ingressus est ciuitatem.*] Vides alacritatem? Vides desiderium feruens & succensum? Iterum in illam ipsam ciuitatem ingressus est, vt monstretur quòd si alicũde & secesserit, velle per hoc seminari verbũ, & non extinguendum propterea esse illorum desiderium. Hæc non minus claros reddebant, quàm signa, magisque gaudere faciebant. Nusquam autem dicit quòd reuersi sunt vbi signa fecerant: sed vbi meruerãt pro nomine illius ignominiosi haberi. Nam etiam hoc à Christo didicerant dicente: Ne gaudete, quòd dæmonia vobis subiiciuntur. Etenim verum gaudium & purum est, pati aliquid propter Christum. Deinde in ciuitates omnes redierunt, in quibus periclitati fuerunt. Luc. 10. *Et postero die exiit cũ Barnaba in Derben, cumque euangelizassent ciuitati illi, ac docuisset multos, reuersi sunt in Lystram, & Iconium, & Antiochiã, confirmantes animas discipulorũ, obsecrãtes vt maneãt in fide, & quòd per multas afflictiones oporteat intrare in regnum dei.*]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc dicebant, hoc monstrabant. Confirmantes, inquit, animas discipulorum, atq; ita confirmati fuerũt, imò appositi sunt. Prædicebant igitur ne offendantur. Atque tam discipuli q̃ apostoli operam dant, vt discant statim ab initio prædicationis virtutem, & quòd etiam ipsos oporteat talia pati, & vt generose stent non solum signa stupentes, sed multo magis tẽtationes. Idcirco & ipse dicebat: Eundem agonem habentes sicut vidistis in me & audiistis. Vbiq; prælia, pugnæ, lapidationes. Qualis adhortatio, statim ab initio afflictiones proponere Sequitur & alia cõsolatio: *Cum autem suffragiis delegissent illis seniores per ecclesias, orassentque cum ieiuniis, commendauerunt illos domino in quem crediderant.*] Vidisti feruorem Pauli, quum orassent, inquit, cum ieiuniis, commendauerunt illos domino. Vide cum ieiuniis fiunt ordinationes. Iterum ieiunium, purgatio est animarum nostrarum. *Et quum pertranssissent Pisidiam, venerunt in Pamphyliam, & quum loquuti essent sermonem Pergæ, descenderunt in Attaliam.*] Iracundis quidem illis cedit, mitigatos autem accedit. Vides quòd non omnia per miraculorum gratiam, sed etiam propria diligẽtia multa dispensabant. *Et illinc soluerunt in Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ dei in opus quod impleuerunt.*] Quare iterum veniunt Antiochiam? Vt annuncient quæ illic facta, & alioqui etiam hoc loco magna res agitur. Oportebat enim cum fiducia iã prædicare gentibus: veniunt igitur vt hæc annuncient, & scire possint. Et agebatur hoc tunc, vt hi qui prohibuerant conuersari cum gentibus, magna nunc sumpta fiducia â Hierusalem abeant. Vel etiam aliter: Ostendit illorum mores caruisse arrogantia. Veniunt igitur magnam præ se ferentes fiduciam, q̃ etiã absq; illis gentibus prædicassent, & obedientiam q̃ illis hæc referunt. non enim arroganter gloriabantur talia se fecisse. Vnde erant traditi, inquit, gratiæ dei. atqui spiritus iusserat: sed quę sunt spiritus, sciebat esse filij. Vna enim potestas, sicut vna natura & filij & spiritus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpiritus. *Vbi autem aduenerunt, & congregauerunt eccleſiam, annunciarunt quæcunque fecit Deus cum illis, & quòd aperuit gentibus oſtium fidei. Commorati ſunt autem illic tempore non paruo cum diſcipulis.*] Merito, magna enim erat ciuitas, & doctoribus egebat. Videamus iterum quæ ſunt dicta. Iſto ſpectaculo terruerũt eos diſruptis veſtibus. Hoc & Ieſus Naue fecerat in populi ſtrage. Ne igitur putes indignum illis eſſe, & ipſorum moribus. Etenim non aliter compreſſiſſent illorum impetum, nec aliter incendium extinxiſſent. Quando igitur opus fieri talia, & nos quoq; ne detrectemus. Si igitur & poſt hæc vix perſuaſerunt, niſi hoc feciſſent quid factum fuiſſet? Nam niſi ſic egiſſent, putati fuiſſent ſuperbi eſſe, & talẽ honorẽ concupiſcere. Et vide ſermonẽ in medio ſtupore, q̃ moderatus fuerit, miraculoq; plenus & ſtupore. Hoc maxime illos prohibuit quod dicũt, Et nos ſumus ſimiliter vt vos paſſibiles homines, euangelizantes vobis vt à vanis illis conuertamini ad deum viuẽtem. Quaſi dicerent, Homines quidem ſumus, his autem maiores. hæc enim mortua. Vide illos non confutare ſolũ, ſed etiam docere, & nihil de inuiſibilibus loqui. Qui fecit, inquit, cœlum ac terrã, & mare, & omnia quæ in illis. Teſtes ipſos dicit annos. O inſaniam Iudaicã. Auſi ſunt ingredi ad populum qui tantum honorem apoſtolis dederat, & lapidare Paulum. Extra autem portã traxerunt, forſan timẽtes illũ. Cumq; oraſſent, inquit, cum ieiuniis, cõmendarunt illos domino. Et ieiunandum docuerunt in tentationibus. Non dixerunt, Quæcunq; ipſi fecerant, ſed quæcunq; deus fecerat cum ipſis. Mihi videntur tentationes dicere. Nõ ſimpliciter venerunt illuc, neq; quieſcendi gratia, ſed miro ſpiritus ſancti ductu, ita vt prædicatio gẽtium confirmetur. Et quare, inquit, in Cypro non fecerunt presbyteros, neq; in Antiochia? Quia hæc quidẽ erat apoſtolis propinqua, illa autẽ Antiochię. Et verbum inualeſcebat. Hic autẽ multa opus erat cõſolatiõe, maxime enĩ qui ex Gentib. erãt, multũ doceri debebãt.

Pſal. 145.

Venerunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Venerunt docentes, vnde merito ordinati fuerunt à spiritu. Et vide feruorem Pauli. Non rogat an oporteat loqui Gentibus, sed statim loquitur, idcirco dicit: Non acquieui carni & sanguini. Magnum bonũ est persequutio, & magnæ ac generosæ animæ opus. Quot post hoc crediderunt, & nullus sic fulsit: ita nobis vbiq; alacritate opus est, & multo feruore, anima ad mortem parata, neque aliter regnum acquiritur, nisi per crucem.

Gal.1.

MORALE.

Ne decipiamus nosipsos. Si enim in bello seruari impossibile est, delicate agentem, & lucri cupidiorẽ, negociantemq; & ignauum, quãto magis in hoc præsio? An non putatis nunc esse bellum, difficillimum omnium? Non est nobis, inquit, certamen contra carnem & sanguinem. Et prandentibus, & ambulantibus, & lauantibus adest inimicus. Nescit enim quietis tempus nisi somni, imò & tunc sæpius oppugnat, & cogitationes immittit immũdas, & à somniis intemperantiores reddit. Nos autem quasi parua res sit propter quam ille præliatur, non sumus sobrij, neq; excitamur, neq; consideramus multitudinem aduersariarum nobis potestatũ, non cogitamus q̃ istuc ipsum maximæ infelicitatis est: sed tot bellis circunuẽti, in deliciis agimus ac si pax esset. Credite mihi grauiora nunc possunt accidere, quàm ea quæ Paulus ipse passus est. Miserunt tunc lapides in Paulum, at nũc iaciunt verba grauiora lapidibus. Quid igitur oportet facere? Id quod ille fecit. Eos qui lapidarũt, odio non habuit, sed quum extraxissent ipsum, iterum ingressus est in ciuitatem, benefacturus his qui iniuria affecerant. Sic feras & tu asperum conuitiatorem, & iniustitia te opprimentem, lapideriscq;. Ne autem dicas, nihil iniuste feci. Quid enim iniuste egit Paulus? regnum annunciauit, ab errore depulit, deo adduxit. Hæc coronis, hæc prædicatione, hæc innumeris bonis digna, non lapidibus, attamen cõtraria passus est. Ista ẽnim clara victoria est. Et traxerunt illũ, inquit.

Ephe.6.

Et te

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et te sæpius trahunt, sed ne irascaris, sed prædica sermonem in mansuetudine. Contumelia te affecit, tace & benedic, si potes, & sic prædicasti etiam tu sermonem, docuisti iustitiam, docuisti mãsuetudinem. Scio plerosq; non ita vulneribus, vt verborum plaga sauciari: nam illud quidem vulnus corpus suscipit, hoc autem anima: sed ne doleamus, imò dolorem perferamus. Non videtis athletas saucio capite, admorso labro strenue ferre dolores? hic autem non opus fremitu & morsu dentium. Memor esto domini tui, hoc pharmacũ statim imposuisti memoriæ. Memor esto Pauli. Cogita quòd qui cæderis vincis, ille autẽ qui cædit vincitur, & totum per hoc curabis. Momentũ est, caue abripiaris, & totum statim effeciſti: caue mouearis, & totum extinxisti. Magna consolatio est aliquid propter Christum pati. Non prædicas sermonẽ fidei, sed prædicas sermonem philosophiæ. At quanto me mansuetiorem videt, tanto magis infestat. Igitur propterea doles, quòd magis tibi merces crescet? Sed inutilis erit mansuetudo, inquit. Hoc tuæ pusillanimitatis excusatio est, aliâs inutilius fit, si vlciscaris. Ignorabát ne Deus iustis inutile, si non sumatur vltio? Si sciuisset, non præcepisset. Verum dixit, Ne vlciscaris teipsum. Sciebat vtiq; quòd hoc magis conducit. Ne pone deo legem contrariam, obtempora illi, non es tu melior eo qui fecit nos. Dixit, contumelia affectus fer. Tu dicis, retaliabo, vt non fiam inutilis. Tu igitur túi curam maiorem habes quâm ille. Affectionis & asperitatis & arrogantiæ verba hæc sunt, & ponentis leges contrarias dei legibus. Nam licet damno afficeremur, an non obedire oportebat? Quando Deus aliquid præcepit, ne ponamus nos legem contrariam. Responsio, inquit, submissa auertit iram. Itaque hoc facit submissa non aduersaria. Si tibi prodest, & illi proderit: si autem tibi nocet, quî correcturus es illum? Medice cura teipsum. Dixit male, lauda tu: cõuicia dixit, dic tu præconia: insidiatus est, benefac tu, diuersis illi retalia, siquidẽ omnino illius *Luc. 4.*

salus

salus curæ tibi est. Et ne velis ob tuas affectiones vl-
cisci. At dicis: Sæpius longanimitatem expertus, de-
3. Reg. 19. terior factus est. Hoc non apud te, sed apud ipsum.
Vis discere quãta passus est deus? Altaria illius sub-
uerterant, prophetas occiderant, & omnia ferebat.
Non poterat fulmen superne demittere? Sed quando
prophetas misit, & occiderũt illos, tunc Iesum misit:
quando maxime impie agebant, tunc plurimum be-
nefecit. Et tu si videris exasperari, tunc magis cede:
maiore enim consolatione furor ille indiget, quanto
molestioribus contumeliis insequitur, tanto maiore
mansuetudine illi opus est. Et sicut incendium quan-
do maxime flat, tũc magis opus, vt cedatur: ita & ira
flagrantem bestiam, quando maxime efferata est, om
nes effugimus, ita & irascentem. Nec putes hoc esse
honorem, alioqui & bestiã honoraremus, & furibũ-
dos honoraremus, si deuitaremus. Ignominia est &
contumelia, imò non ignominia & contumelia, sed
& misericordia & humanitas. Non vides nautas
quando vehementer flat ventus detrahere vela, ne
subuertatur nauis? Auriga quando se equi simul ra-
piunt, laxat, & non retinet frenum ne frustra vires
exhauriat. Hoc & tu fac. Ignis est furor, flamma acris
est indiga materiæ, ne suggeras igni materiam, & sta
tim malum extinxeris. Non habet à seipsa robur ira,
nisi alius sit qui illam alat. Nullam excusationem ha-
bes, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu con
siderans illum, quãdo in eadem incidis, & necꝫ illius
exemplo sapientior efficeris, qualis venia? Si in con-
uiuio sedens videret in vestibulo aliquem inebriari
& turpiter agere, deinde ipse iisdẽ vitiis irretiretur,
nonne post illum hic multo minus venia dignus fue-
rit? Sic & hic, ne putemus nos defensionem dicere:
Ego nõ cœpi. Hoc contra nos est, quia necꝫ illius tur-
pitudine visa temperatiores facti sumus. Quemad-
modum si dicat quis, ego non primus occîdi. Ea pro-
pter pœna dignus es, quòd neque exemplo viso me-
lior factus teipsum cõtinuisti. Si videris ebrium vo-
mere,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mere, dilacerare, disrumpere, oculis toruis aspicere, immunditia mensam implere, omnes illum fugere: deinde in illam ipsam incidas ebrietatē, nōne magis eris odibilis? Talis est etiā qui irascitur, plus quam vomens, inflat venas, incendit oculos, disrumpit viscera, vomit verba, illa immunditia magis impura, omnia non commāducata, sed cruda loquitur, nihilq; perfectum. Non enim sinit ira. Sed sicut illic sæpe humorum nimietas stomachum perturbat, omniaq; euacuat: Ita & hic caloris nimietas perturbat animam, nec sinit latere quæ sileri deceret, sed dicenda ac non dicenda effutit, nō audientes, sed seipsum confundēs. Sicut igitur vomentes fugimus, ita & irascentes. Quid faciendo? Puluerem super vomitum illorū ponamus, tacēdo canes vocemus, vt & illa euomita deuorent. Scio quòd hæc audientibus vobis nauseam cient. Verum tunc sic vos affici velim, quando illa fieri videtis, & tunc nō oblectari. Conuiciator enim immundior est cane, qui ad vomitum suum reuertitur. Ille enim vt semel euomuerit cessat, nec est sicut ille: & si iterum eadem vomit; manifestum, q̄ eadem edit. Quid igitur illo abominabilius? quid immundius illo ore, quod eosdem cibos vomitos māducat? quamuis hoc naturæ opus: illud autē minime, imò & hoc & illud præter naturā est. Quomodo? Non enim secundum naturā est, sine causa conuiciari, sed præter naturā. Igitur nihil quidē vt homo loquitur, sed alia vt bestia, alia vero vt furibundus. Itaq; sicut corporū morbus præter naturā est, ita & hoc: & quia præter naturam est, si in illo moretur, paulatim perit. Mallē ad mensam assidere homini cœno vescenti, q̄ talia loquenti. Non vides porcos stercora deuorare, & suauiter glutire? ita & illi. Quid enim fœdius quam verba quæ contumelioſi conuiciatores loquuntur? Nullum autem illis studium est, vel sanum, vel mundum aliquid dicere, sed quicquid fœdum, quicquid turpe, hoc & facere, & loqui solent: Hoc sanè grauius, quòd dum seipsos magis confundunt, alios con-

fundere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fundere putant, idq; manifestum est inde (ne enim mihi dixeris illos mẽdacia dicere) Sit quædam insignis meretrix, vel alius quispiam è fornice, & faciat cum illo rixam, postea ille huic hæc loquatur, & hic iterũ illi similiter, vter magis cõtumelia affectus erit? nam ille quidem, ea quorum reus est, audit: hic autem, ea quorum non est reus: & ita illi quidem nihil accessit ad confusionem sermonis, huic autem plurimum. Iam sint quædam iterum per opera facta, & solus ille qui contumelia afficit, ea sciat: & qui antea siluerit, per conuicia nunc diuulget: etiam hic propter hoc magis conuicio sese infamabit. Quomodo? præco malitiæ factus, in suspicionẽ venit, quòd malè conscius & fide indignus loquatur, videbitq; omnes statim se obiurgare, & talia vbique dicere: Si homicidij conscius erat, omnino antea enunciare oportebat. & hũc quidem quasi non sit homo auersantur, odere, bestiamq; esse dicunt efferam & crudelem: huic autem magis quàm illi ignoscunt. Eos enim qui vulnera habent, horremus, si tegere cogantur & monstrent: ita & hic contumelia afficit, non illum, sed etiam seipsum, & audientes, & cõmunem hominum naturam, verberauitq; auditorem & nihil boni fecit. Idcirco Paulus inquit: Si quis bonus sermo ad ædificationẽ, vt det gratiam audiẽtibus. Paremus nobis linguam honesta loquentem, vt simus desiderabiles ac amabiles. Verum eo vsque malitiæ peruenerunt omnia, vt quæ potissimum velare oportebat, in his plerique glorientur. Multi enim in hunc modum minantur: Non potest lingua mea ferre verba vxoris vetulæ ebriæ ac fœde agentis, & eorum qui in foro exsibilant, & traducunt. Nihil his verbis deformius, nihil minus virile. Nihil muliebrius est, q̃ robur in lingua habere, & in conuiciis superbire, sicut qui in põpis, sicut mimi, & parasiti, & adulatores. Porci magis sunt quàm homines, quotquot in hoc gloriãtur: oportebat teipsum occultare, oportebat si quis alius hęc de te testaretur, fugere testimonium quasi hostile

& non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& non virile. Tu autem cõuiciorum præco efficeris. At nihil ei qui male audit, nocere poteris. Ideo obsecro, vt considerantes quanta malitia sit, quòd & gloriantur quidam resipiscamus, emẽdemus eos qui sic insaniunt, tollamus hos è ciuitate consessus, ornemus linguã nostram, liberemus eã ab omni accusatione, vt purificati à peccatis, supernam beneuolentiam nobis cõciliare & dei misericordiam mereri possimus, Gratia & miserationibus vnigeniti illius, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXII.

Commorati autem sunt illic tempore non parvo cum discipulis. Et quidam descendentes à Iudæa docebant fratres: Si non circuncidimini more Mosaico, non potestis seruari. CAP. XV.

VIde vbique transitum ad gentes, necessarium initiũ à Iudæis habere. Ante hoc qui obiurgabatur, rationem reddebat, & ad defensionem omnia loquebatur, id quod sermonem magis gratũ reddebat, quòd Iudæis auersantibus venit ad gentes. Hic iterum videns alium excessum oriri, legem statuit. Quoniam enim vtpote à deo docti apostoli, sine discrimine omnibus loquebantur, & hi qui ex Iudæis erant, ad zelum prouocabantur, nec docebant simpliciter circunciſionem, sed sine illa saluari neminem posse: huius contrarium tempestiue nũc dicitur: Si circuncidimini, nõ potestis seruari. Vides continuas tentationes intus & foris? Pulchra autem dispensatione hoc agitur, Paulo præsente vt contradicat. Et non dixit Paulus: Quid? nõ merebor fidem à tantis signis? sed differit propter illos. Et vide vt iam omnes discunt, quæ contigerant inter gẽtes, etiã Samaritani & gaudent. *Itaque facta seditione, & disputatione non parua Pauli & Barnabæ contra illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad apostolos & seniores in Hierusalem super*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, annunciantes conuersionem gentium, & faciebant gaudium magnum fratribus omnibus. Vt autem venerunt in Hierusalem susceptisunt ab ecclesia, & apostolis & presbyteris, annunciantes quæcunque Dus fecit cum illis.] Vide quanta ordinatione singula facta sunt. *Surrexerunt autē quidam ex secta Pharisæorum, qui crediderant, dicentes, quòd oportet circumcidere illos, & præcipere eis vt seruent legem Mosi. Congregati sunt autem apostoli & seniores, vt dispicerent de sermone hoc. Multa autem disceptatione facta, surgens Petrus dixit ad illos: Viri fratres, vos scitis quòd à diebus antiquis Deus in vobis elegit per os meum, vt audiant gētes sermonem euangelij, & credant.*] Vide Petrum hactenus separatum à negocio, & Iudaizātem: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his qui vocauerunt illum ad Cornelium olim, & ingressi cum illo, & propterea adducit illos testes. A diebus antiquis in vobis elegit Deus. Quid est, In vobis? Hoc est: In Palæstina, inquit, vel præsentibus vobis. Per os meum. Vide vt ostendit deum per illum loqui, & nihil esse humanum. *Et cordium cognitor Deus testimoniū dedit illis*] Ad spiritus testimonium ducit illos. *Dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis.*] Vide quomodo vbique æquat gentes, & nihil diiudicat inter hos & illos. Fide purificatis cordibus illorum. A sola fide, inquit, illa assequuti sunt, & non operibus vel circunci sione. Etenim hæc non dicunt solum pro gentibus rationem reddentes, sed etiam illos á lege abducere cupientes. Verum hoc nondum dicunt. *Itaque nunc quid tentatis deum, vt imponatis iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos potuimus portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari quemadmodum & illi.*] Quid est, tentatis deū? Cur increduli estis, inquit, deo? quid tentatis illum quasi non possit seruare fide? Itaq; infidelitatis est legē inferre. Postea ostēdit etiā illis non fuisse vtilem, & totū in legem, non illos reiicit, & accusationē

sistit

sistit ac moratur. Quod non potuimus nos & patres nostri portare, sed per gratiã domini nostri Iesu Christi credimus seruari quêadmodum & illi. Quãta vir tute plena sunt verba hæc? quę sanè Paulus multis in epist. ad Rom. dixit, hęc & hîc dicẽtur. Si enim Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, habet gloriationem, sed nõ apud deũ. Vides ꝙ magis hæc docet, ꝙ gentes defendit? At siquidem absq; occasione hæc dixisset, forsan suspectus fuisset. Initio autem sumpto hinc, deinde intrepide loquitur. Et vide vbique, ꝙ omnia quæ inimici mouerunt, illis prosint. Nam si illi non mouissent, hæc nequaquam dicta fuissent, neq; etiam ea quæ postea. Hinc discunt, quòd si gentes adducere noluissent, non tamen despicere debuerint. Rom. 4.

Videamus autem iterum quæ dicta sunt. In nobis, inquit, elegit Deus, & à diebus antiquis. Hoc dixit, ostendens quòd olim non nunc. Non parum autẽ est, quòd etiam Iudæi credẽtes hoc auersantur. Duobus quod dicit confirmatur, tempore & loco. Et illud elegit, bene, sicut in ipsis. Non dixit, voluit: sed elegit. Vnde hoc manifestũ? A spiritu, inquit. Deinde ostendit non gratiæ simpliciter, sed virtutis testimonium hoc fieri, & nihil minus illis exhibitum. Nihil enim diiudicauit inter nos & illos. Igitur corda omnino oportet inquirere. Et oportune dixit: Cordium cognitor Deus testificatus est illis, sicut etiam illic: Tu domine cordium cognitor omnium ostende. Nam ꝙ hoc voluerit, vide quid dicat: Nihil discreuit inter nos & illos. Quando dixit illorum testimonium, tũc magnum hoc loquutus est, id quod Paulus, inquit: Neque circuncisio aliquid operatur, neque præputium. Et vt duos condat in seipso. Omnium horum semina in concione Petri sita sunt. Et non dixit: Inter circuncisos, sed inter nos, hoc est, apostolos. Deinde ne videatur contumelia, quòd dixerat Nihil, addit, Fide purificatis cordibus illorum. Et per hoc suspicionem aufert. Expurgauit priorẽ sermonem, & tũc ostendit non malam legem, sed illos infirmos. Vide 1. Cor. 7.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quàm terribilis finis, nihil ex propheris narrat illis, sed ex rebus præsentibus, quarū ipsi testes erant. Merito & illi posthac testificantur, & sermonē roborant his iam factis. Et vide, in ecclesia permittit primum inquisitionem & disputationē fieri, & tunc ipse verba facit. Igitur quoniam non loquitur de circuncisis, sed de gentibus: hoc enim paulatim inductum, fiebat confirmatius, alterum autem tentantis erat, num possit etiam legem seruare: vide quid facit, ostendit illos esse in periculo, quandoquidem id quod non poterat lex, potuit fides: & si ab hac exciderint, necesse est illos interire. Et non dixit increduli estis, id quod fuisset molestius, præsertim causa posita. Itaq; in Hierosolymis nulli quidem erant ex gentibus, sed verisimile est fuisse Antiochiæ. Quapropter veniunt, & cōmorantur illic non paruo tempore. Surrexerunt autē quidam Pharisæorum, adhuc ambitionis morbo laborātes, volentes sibi asciscere eos qui ex gentibus. Non patiebatur autem hoc Paulus. Postq̄ autē illuc venit, dogma euidentius factum est. Si enim hi qui in Hierosolymis sunt, nihil tale imperant, multo magis hi. Vides? Quotquot ambitione non tenētur, gaudent in fide. Itaq; non narrabantur ea quæ ad ambitionem, vel ad ostentationem pertinebant, sed reddebatur ratio prædicationis erga gentes. Ideo etiam nihil dicunt eorum quæ euenerant Iudæis. Magna pertinacia Pharisæorum, etiam post fidem, adhuc legem tuētur, & non credunt apostolis. Sed vide quàm māsuete, & non cum autoritate loquuntur. Nam quæ talia amabilia, & magis animo figuntur. Vides nusquam sermonum, sed operum & spiritus ostentationem. Attamen etiam tantis muniti rationibus adhuc mansuete loquuntur. Et vide non veniunt accusaturi eos qui Antiochiæ, sed illinc iterum sumūt occasionem. Sic meditabantur quidam præesse aliis, qui & apostolis nescientibus reprehensi sunt. Attamen nihil horum isti protulerunt: at vbi satis id patuit, tunc vehementius scribunt.

MORA

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MORALE.

Etenim æquitas magnum vbiq; bonum: Æquitas dico, non frigiditas, æquitas non adulatio. Multum enim hęc inter se distant. Nihil exasperabat Paulum, nihil Petrum. Quando habes certa testimonia, quid irasceris? num vt etiam illa infirma reddas? Impossibile est, vt iracundo persuadeatur. Etiam heri de ira disseruimus, nihil autẽ prohibet, quin & hodiè: proficit enim plurimum continuatio. Etenim pharmacũ quod vim habet mederi vulneri, nisi continuo imponatur, totum perit. Ne oro putetis quòd desperem de vobis, quia subinde de iisdem rebus differo: nam si desperaremus, planè nihil loqueremur: nunc autem quia spes est, quòd multum lucri faciatis, hæc loquimur. Vtinam perpetuo de iisdem loquamur, vtinam non sit alia quædam occasio vel cura, sed vt affectionibus nostris imperemus. Quomodo enim non absurdum, regibus quidem in deliciis viuentibus, ac tanto honore, nullum alium esse sermonem, vel in mensa, vel in aliquo alio tẽporè, quàm quomodo hostibus queant prævalere, & propter hoc quotidie conuctus fieri, & duces atq; milites deligi, ac tributa peti quòd in administranda repub. hæ duæ rationes in primis sint necessariæ, vt & hostibus imperent, & suos in pace contineant: nos autem ne per somnium quidem tractare velle talia. Sed vt seruos quidem emamus ac agros, & vt facultates ampliemus, quotidie loquendo non satiamur. De rebus autem nostris, & vere nostris, neq; ipsi loqui volumus, neq; alios loquentes sustinemus. De quo igitur, dic mihi, loqui vis? De prædio? sed hæc coquorum sunt verba. De pecuniis, sed hæc mercatorum & institorum sunt. De structuris? sed hæc architectorum sunt & ædificantium. De terra? sed hæc agricolarum. Nostrum autem nullum est opus, quàm vt opes animæ acquiramus. Non igitur super illis nobis perpetuo sermo esse debet? Quare nullus accusat medicos semper de re medica differentes, neque alios opifices de sua arte loquentes?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quòd si sic nostras affectiones moderaremur, ne admonitione esset opus, merito quis nobis obiiceret ostentationem & ambitionem: imò ne tum quidem. nam etiã si emendatæ essent, etiam sic colloquẽdum, ne succumbamus: quoniam & medici non ęgrotis solum, sed & medicis loquuntur, & sunt eis libri super ea re, vt & morbos curent, & à morbis præseruent. ita licet sani simus, neq; sic desistendum, vt etiam cõseruemus sanitatem. Quando autem & ægrotamus, duplex sermonum necessitas: vna quidem vt liberemur à morbo, alia autem ne liberati recidamus. Itaq; curatiuam methodum proponamus infirma curaturi. Quomodo igitur huic affectioni malæ quis medebitur, quomodo acutam hanc comprimet febrem? Videamus vnde nata est, & causam tollamus. Vnde nasci consueuit? Ex arrogantia & magna superbia. Causam igitur hanc tollamus, & simul auferetur etiam morbus. Quid autẽ superbiæ? vnde nascitur? fortasse iterum ad aliud initium ire conandum. Igitur quam sermo dabit eam viã ibimus, vt radicitus malum euellatur. Vnde igitur arrogantia? Ex eo quòd non spectamus quæ nostra sunt, sed de natura quidẽ terræ, quamuis non simus agricolæ, curiosè inquirimus, & de natura arborum: & de natura auri, quamuis non simus negotiatores, & de vestibus, & de domibus: de nobis autem & de nostra natura nunquam sustinemus hoc fieri. Et quis ignorat, inquit, suam naturam? Multi, & fortassis omnes, pauciss imis exceptis. Et si vultis hinc faciemus argumentum. Dic oro mihi: quidnam est homo, si quis roget, qua re differt ab irrationabilibus? quomodo cognatus est his qui in cœlis sunt? quid potest ex homine fieri? num poteris recte respondere? Equidem non opinor; quẽadmodum enim licet loqui de materia quadam, ita & de homine. Materia quidẽ est homo; fieri autem potest & angelus, & bestia. Num igitur nouus videtur esse hic sermo? quamuis & sæpe illum in scripturis audistis, Nam de quibusdam hominibus dictum

est:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est: Angelus domini est, & ex labiis eius requirunt iudicium. Et iterum: Emittam angelum meum ante faciem tuam. De quibusdam autem, serpentes, progenies viperarum. Iam sanè apud eos qui totum depingunt, potest fieri etiam homo Deus. Quid dico angelus? & dei filius: Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij sublimis omnes. At hoc certe maius, quia vt fiat & Deus, & angelus, & dei filius, potestatem ipse accepit, & est homo angeli conditor. Forsan vos turbauit verbum, sed audite Christum dicentem: In resurrectione neque nubent, neque nuptui tradentur, sed sunt sicut angeli. & iterum: Qui potest capere, capiat. Ergo si virtus angelos facit, vtique angelos possumus facere: etsi non natura, certè proposito & electione: Nam hoc quidem absente, nulla vtilitas est angeli esse naturam, id quod diabolus indicat, qui antea angelus erat. Hoc autem præsente, nullum damnum est esse hominem natura, vt in Ioanne & Helia perspicuum est, qui in cœlum ascendit, & omnes abituri sunt illuc. Nam hi quidem licet corporei, non prohibiti sunt inhabitare cœlum: illi autem quum incorporei essent, non potuerunt manere in cœlo.

Mala. 2. *Mat. 12.* *Psal. 81.* *Ioan. 1.* *Luc. 20.* *Mat. 19.*

Nullus igitur doleat, nullus indignetur de natura quasi impediat, sed de sua electione ac voluntate.

Leo ille factus est ex incorporeo. Ecce enim, inquit, inimicus vester sicut leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. Nos angeli à corporibus.

1. Pet. 5.

Quemadmodum si quis inuenta pretiosa materia, quum non sit artifex, contempta illa, magnum damnum accipiat, vtpote margarito vel conchiliis, vel alio tali quopiam reperto & neglecto. Sic & nos si ignorauerimus nostram naturam, ipsam valde contemnemus: si autem sciuerimus, multum adhibebimus studium, & maxima lucra faciemus. Ex hac regium fit indumentum, ex hac domus fit regia, ex hac membra fiunt regia, omnia regia. Ne abutamur in dã num nostrum natura nostra. Parũper ab angelis minores fecit nos, morte inquam, sed & hãc accepimus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

breuissimam. Nihil igitur prohibet nos angelos fieri statim, si voluerimus. Velimus igitur velimus, & si disposuerimus nosipsos, gloriam referamus deo patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXIII.

Postquam illi siluerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me: Simeon narrauit, quomodo primum Deus visitauit, vt sumeret ex gentibus populum in nomine suo, & huic consonant sermones prophetarum.

Deut. 17. HIc erat episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et impletur nunc quòd in ore duûm vel triũ testium consistat omne verbum. Vide autem & huius sapientiam, ex prophetis nouis veteribusq; consummantis sermonem. Non enim poterat ostendere aliquid, sicut Petrus vel Paulus. Et bene constitutum est, vt per illos hæc facta sint, qui nõ habitaturi in Hierosolymis: hic autem doceat, ne esset reus, néue sententia eius confutetur. Et quid inquit? Viri fratres, audite me, Simeon narrauit. Quidam hunc esse dicunt illum à Luca dictum, alĩq; autẽ alium eiusdem nominis: siue autem hic, siue alius est, non opus est sermone exquisitiore, sed solum quòd susceptu necessaria, quę narrauit. Viri, inquit, fratres. Magna æquitas viri, & perfectior ista concio, vbi scilicet & finem imponit operibus. *Quemadmodum primum visitauerit Deus, vt assumat ex gẽtibus populum nomine illius. Et huic consonant omnes sermones prophetarum. Quoniam ille ob tempus quidem notus erat, sed nõ tam insignitæ fidei, eo quòd nõ erat antiquus: addit etiam*

Amos. 9. *veterem prophetiam dicens, Sicut scriptum est: Post hæc conuertam, & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta illius reædificabo, & corrigam illud: vt hi qui ex hominibus relicti requirant dominũ, & omnes gentes super quas inuocatũ est nomẽ meũ, dicit dominus, qui facit hæc omnia.*] Quid igitur? suscitata est Hierusalem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lem,an non magis diruta est? Sed non de hac ab illo dicta sunt hæc. Et quam dicit suscitationẽ? Eam quæ est post Babylonẽ. *Nota à seculo sunt deo omnia opera eius.*] Postea ponitur quàm dignus fide sermo.quia nihil nouum,sed ab antiquo hæc prefigurata fuerunt. Et iterum sententia: *Propter quod ego iudico non esse obturbandum illis, qui ex gentibus conuertuntur ad dominum,sed scribendum illis,vt abstineant ab inquinamentis simulachrorum,& fornicatione, & suffocato,& sanguine. Moses enim ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent in synagogis,vbi per omne sabbatum legitur.*] Quoniam non audierant legem; merito hæc imperat de lege, ne videatur abrogare illam. Et vide quomodo non abducit illos à lege,hæc audiendo:Censeo:inquit,non ab auditu legis.Postea cõmune dogma fit. *Tunc visum est apostolis & presbyteris cum tota ecclesia,electos viros ex ipsis mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam qui agnominabatur Barsabas,& Silam, viros primarios inter fratres, quum scripsissent per manum eorum in hunc modum.*] Vide illos non simpliciter legem ferre, sed ita vt dogma fiat fide dignum,mittunt hos à se. Et ne Paulus vltra suspectus esset. Et vide quàm grauiter accusantes illos,scribant: *Apostoli,& presbyteri,& fratres, his qui Antiochiæ,& in Syria, & in Cilicia fratribus,qui ex gentibus,Salutem. Quoniam audiuimus quòd nonnulli ex nostris turbarũt vos sermonibus labefactantes animas vestras,dicentes,vt circuncidamini,& seruetis legem,quibus non præcepimus.*] Sufficiens erat accusatio temeritatis illorum, & digna apostolis nihil magis vltrà dicentibus: *Visum est nobis congregatis vnanimiter, electos viros mittere ad vos,cum dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui & tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi,*]. Atque ita ostenditur,quòd non violente agat, quia omnibus hæc placent:nam cum consyderatione hæc scribunt;Electos, inquit,viros ex nobis, ne videantur esse ex suborna-tione Pauli & Barnabæ missi. Vides laudes illorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hominibus, inquit, qui & tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Mittimus igitur Silam & Iudam, & illos qui per sermonē hæc annunciabant. *Visum est enim spiritui sancto & nobis.*] Igitur non humanum, si spiritui sancto hæc placent. *Vt nihil amplius oneris imponeremus vobis.*] Iterum onus legem vocat. Deinde etiam de illis rationē reddit. *Nisi necessaria hæc, abstinere ab idolothytis & suffocatis, & fornicatione, & sanguine, à quibus si conseruaueritis vosipsos, bene facietis.*] Hæc noua lex non præcipit. Nusquam enim de his differit Christus, sed à lege hæc sumunt. Et suffocato inquit. Hîc cædem cohibet. *Itaq; dimissi venerunt Antiochiam, & congregata multitudine reddiderūt epistolam. Qui quum legissent, gauisi sunt super consolatione.*] Postea manifestans, q̄ & illi eos hortati sunt, addit: *Et Iudas & Silas etiā ipsi prophetæ quū essent, sermone copioso hortati sunt fratres, & confirmarunt: commorantes q; illic ad tempus, dimissi sunt cum pace fratribus ad apostolos.*] Non iam seditiones & pugnæ: ideo & confirmatis illis abierūt cum pace. Contentiosius autē erga Paulum erant affecti. Vltra & Paulus docet, ita nullus fastus erat in ecclesia, sed bene composita omnia. Et vide post Petrum Paulus loquitur, & nullus os eius obturat. Iacobus fert, & non refellit, cui erat principatus concreditus. Nihil Ioannes hîc, nihil alii apostoli loquuntur, sed silent, & non indignantur: adeò puræ à vana gloria erant illorū animæ. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *Postquam autem siluerunt illi*, inquit, *respondit Iacobus dicēs: Simeon narrauit quemadmodū primum visitauerit Deus.*] Ab initio vehementius quidem Petrus loquebatur, hic autem mitius. Ita semper faciendum est his qui in magna potestate sunt, vt onerosa illa aliis permittant; ipsi autem mansuetius agant. Bene dixit: Simeon narrauit, quasi & ille aliorum dicat sententiam: vide vt hoc ostendit esse antiquum. Vt assumat ex gentibus populum, inquit, nomini illius. Non simpliciter electus est, sed nomini illius: hoc est,

glo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloriæ illius. Non confunditur nomen illius, dum assumptionem gentium, gloriam vocat. Hæc enim maior gloria. Hic aliquid etiam magnũ insinuatur. Quale hoc? quia dicit, ante omnes hi. Post hæc conuertã, & reædificabo, inquit, tabernaculum Dauid quod cecidit. Si quis diligẽter considerarit, nunc regnũ Dauidis stare inueniet, regnante illo qui ex eo prognatus. Vbiq; stat hoc. Quid opus domiciliis & vrbe, quum non sint obedientes? Quale damnum ex destructione ciuitatis, quum omnes etiam animas suas impendere velint? Et ita non solum stat, sed etiam clarissimũ omnium factum est. Vbiq; enim nũc hæc canuntur, illud euenisse: igitur etiam hoc euenire oportet. Postquam autem dixit: Et reædificabo, addit causam, dicens, Vt requirant qui reliqui sunt homines dominum. Si igitur propter hoc erecta est ciuitas, propter illũ qui ex ipsis: manifestum q; ædificatę ciuitatis fuit causa gentium vocatio. Qui sunt reliqui? qui tunc relinquebantur. Sed vide illum etiam ordinem custodire, et secundos inducere. Dicit dominus, qui facit omnia hæc. Non dicit solum, sed etiam facit. Igitur dei opus est gentium vocatio. Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius Petrus dicebat: Non oportet illos circuncidi. Quid igitur hæc concionaris? Sanè quia non hoc dicebant, quòd non assumendi sint credentes, sed quòd post legem, etiam hoc Petrus bene concionatus est. Sed quoniam turbabat hoc omnium maximè auditores, etiam hoc iterum curat. Et vide; Id quod oportebat lege caueri, non seruandam legem, Petrus adducit. Quod autem nostrum est, id & olim susceptum, hoc hîc dicit, & versatur in eo de quo nihil scriptum erat, vt curata illorum mente, concedendo tempestiuè inducat etiam illud: Ideo ego iudico non obturbandum esse illis, qui ex gentibus conuertuntur ad dominum: hoc est, non auocandos esse. Si enim deus vocauit, illæ autem traditiones subuertunt, pugnamus cum deo.
Et bene dixit: His qui ex gentibus conuertuntur, manife-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nifestans supernam dei erga illos curam, & obedientiam ac credulitatem illorum in vocatione. Quid est iudico ego: id est, cum potestate dico esse scribendum illis. Vt abstineant, inquit, ab immolatis idolorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Hæc enim licet corporalia, sed obseruatu necessaria, quoniã magna procurant mala. Et ne quis obiiciat: Quare non & Iudęis eadem scribimus, addit: Moses ab ætatibus antiquis per singulas ciuitates habet eos qui ipsum prædicant. Hoc est, Moses illis continuò loquitur. Hoc est enim quod per omne sabbatum legitur. Vide quantum se attemperat. Vbi nihil nocuit, instituit illis doctorem, & concessit beneficium nihil obstans, admonitis Iudæis vt audiant illum per omnia, & abductis his qui ex gentibus. Et per quæ voluit illum honorare & commendare eis, per ea ab illo gentes abduxit. Quare igitur non ab illo discunt: propter suam incredulitatem. Hinc ostendit, quòd et hos nihil amplius oportet seruare. Quòd autem non scribimus, non ꝙ illi non debeant aliquid amplius præter hęc seruare, sed ꝙ habent docentem. Et non dixit: Ne offendamus illos, nêue subuertamus, id quod dicit Paulus Galatis: Sed, non obturbandum: id quod nullum ostendit esse opus, sed solam obturbationem, quæ totum negotium perderet. Et videtur quidem etiam legem seruare, eo ꝙ hæc ex illa sumpta sint: soluit autem illam, hæc sola accipiẽdo: quamuis iam sæpe eis de illis disseruerat. Et vt videatur etiam legem honorare, idꝙ non quasi à Mose dicens, sed quasi ab apostolis, vtꝙ multa faciat mandata, vnũ discerpsit. Hoc maximè illos quietos fecit. Mira autem dispensatione facta est contradictio, vt post contradictionẽ firmius sit dogma. Tunc visum est apostolis, inquit, viros primarios inter fratres mitti. Non fortuito assumptos, sed primarios electos mittunt. His qui Antiochię erant, & in Syria ac in Cilicia. Ibi morbus natus erat. Vide vt nihil molestum contra illos dicunt, sed ad vnum solum spectantes, vt extirpetur quod natum

Gal.1.5

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum. Hoc enim & eos qui illic seditiosi erant, confite-
ri faciebat. Non dixerunt: Impostores illi & pestilen-
tes, & alia id genus conuitia, quamuis alioqui licuis-
set, et Paulus quoties opus est sic faciat, sicut quando
dicit: O plene omni dolo. Hic autem errore correcto,
non erat opus. Et vide: Non ponunt quòd quidam ex
vobis iusserunt vos legem seruare, sed turbauerunt
vos sermonibus labefactantes. Nulla magis propria
dictio erat, nullus ita dixit. Animas quæ iam firmatę
erant, inquit, labefactantes, sicut in ædificatione qui
mutant ab aliis facta. Quibus, inquit, non præcepi-
mus. Visum igitur nobis, cõgregatis vnanimiter cũ
dilectis. Si dilecti non contemnant illos: si enim tradi
derunt animas suas, & ipsi sunt fide digni. Misimus
igitur, inquit, Iudam et Silam, & illos sermone annun
ciantes eadem. Oportebat enim non epistolam adesse
solum, ne dicant, ꝙ dolo extorserint, quòd alia pro
aliis dixerint. Laus illa Pauli erat, obstruebat illorũ
ora. Propter hoc enim, neque Paulus venit solus, ne-
que Barnabas, sed etiam alii ab ecclesia, ne suspectus
sit, quoniam ipse susceperat dogma, neꝙ soli hi qui à
Hierosolymis. Ostendit quomodo fide digni sint, nõ
exæquant seipsos, inquit, non ita insaniunt. Eapro-
pter etiam apposuit: Hominibus qui tradiderunt ani
mas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Et
quare addidit: Visum est spiritui sancto & nobis,
quum sufficisset dicere, spiritui sancto: ne putent hu-
manum aliquid esse. Quod autem addit: Nobis, vt do
ceant etiam sibi hoc placere, tametsi in circuncisione
sint. Nihil oneris amplius imponendum vobis. Hæc
dicunt, quoniam ad infirmos homines sermo erat, &
qui timuerant. Idcirco et hoc adiectum est. Cæterum
ostendit non esse sermonem ad gratificandum compo
situm, neque ad parcendũ illis quasi infirmis, sed con-
trarium. Magnus enim & doctorum pudor fuisset, su
perfluumꝙ fuisset onus. Vide breuem epistolam ni-
hil abundans habere, neque epicheremata, neque syl-
logismos, sed imperiũ. Erat enim legislatio spiritus.

Iterum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iterum atque iterum vocant onus. Et rursum: Congregata multitudine reddiderunt epistolam. Post epistolam etiam ipsi sermonibus exhortantur. Nam & hac re opus erat, vt et ita omni suspicione liberentur. Et ipsi, inquit, quū essent prophetæ, sermonibus multis exhortabantur fratres. Ostendit hic fidelitatem illorum. Potuisset enim & Paulus, sed hos decebat. Commorati autem ad aliquantum tempus, dimissi sunt cum pace. Non iam seditio, nec auersio. Hîc mihi videtur, q̄ ipsi dexteras acceperint, sicut ipse in-
Gal. 2. quit: Dexteras dederunt mihi & Barnabæ communionis. Postea dicit, quòd nihil mihi contulerunt. Sententiam enim illius confirmarunt, laudarūt illam, & admirati sunt. Ostendit q̄ etiam humanis rationibus liceat hoc conspicere, et non solum à spiritu, quia peccarant peccatum correctu difficile. Huiusmodi enim non egent spiritu. Ostendit quòd alia non necessaria, sed superflua, siquidē hæc necessaria. Ab his si cōseruaueritis vosipsos, bene facietis, inquit. Ostendit q̄ nihil illis desit, sed hoc sufficiat. Potuissent certe & absq; literis, sed epistolam mittunt, ita vt sit lex scripta. Iubent eos parere legi, & illi hoc faciunt, ac cum pace.

MORALE.

Porrò ne offendamur propter hæreticos: vide enim in principio prædicationis quanta offendicula, non dico ea quæ ab his quæ foris: hæc enim nihil erant: sed quæ intus. vtpote primum Ananias, deinde murmur, postea Simon magus, mox illi qui accusabant Petrum propter Cornelium. Accessit illis fames. Super hæc omnia istuc ipsum vt caput malorū. Impossibile enim est bonum aliquid fieri, quin simul etiam pullulet malum. Itaque ne turbemur, si quidā offenduntur, sed & pro his gratias agamus deo, quia clariores nos efficit. Etenim non solæ afflictiones, sed etiam tentationes clariores nos reddunt. Si enim nullus esset deceptor veritatem inuadens, non foret vehemens & feruidus veritatis amator. At illi quum

multi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multi abstrahãt, valde clarescit. Quid igitur? propter hoc fiunt offendicula? non dico, ꝙ deo hoc faciente. Absit, sed ꝙ ille etiam per illorum malitiam benefaciat nobis, alioqui nunquam fieri voluisset. Da illis, inquit, vt vnum sint. Postquam autem fiunt scandala, nihil nocet illis, sed etiam prodest. Sicut etiam hi qui ad martyrium trahunt, vel nolentes martyribus prosunt. Non certe a deo ad hoc impelluntur: sic vtique & hoc loco. Ne moueamur, quòd offendantur plerique. Hoc enim indicium est, dogma esse eximium, si multi simulent ac imitentur: non enim nisi bonum esset, simularent: & hoc iam faciam vobis manifestum. Vnguenta quæ fragrantia sunt, habent multos qui ea adulterent: ita nullus simulatione exprimere conabitur eum qui improbe agit, sed eum qui singulari vita clarus est. Quid ergo respondebimus gentibus? Venit enim gentilis ac dicit: Vellem fieri Christianus, sed nescio cui adhæreã, multæ inter vos sunt pugnæ, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligam, quod præferam: singuli dicunt, Ego verum dico. Cui credam nescio, quum ego scripturarum sim ignarus, & illi vtrinque idem prætexunt. Sanè hoc multum pro nobis: nam siquidem diceremus nos rationibus credere, merito turbareris: sed quum scripturas accipimus, & illæ simplices sunt ac veræ, facile tibi fuerit iudicare. Si quis illis consentit, Christianus est: si quis contra illas pugnat, procul est ab hoc canone. Quid igitur si veniens ille dicat, Hoc habere scripturã: tu autem aliud dicas, aliter scilicet enarrando scripturas mentem illarum pro te trahẽs? Tu igitur dic mihi, mentem ne habes & iudicium? Et quomodo possem, inquit, nescies iudicare vestra? Discipulus fieri vellem: tu autem me doctorem facis. Si hæc dicat, quid respondendum, inquit, quomodo illi persuadendum? Interrogabimus, an hoc illi cauillum sit? item num condemnet gentiles? Certe dicet. Non enim suis non condemnatis, ad nos diuertet. Rogabimus quam ob causam sua condemnet. non

Ioan. 17

enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim temere condemnat. manifeſtum quòd dicet, eo quòd creaturæ ſunt, et nõ inconditus deus. Igitur hoc quidem inuenies apud alias hæreſes: contrarium autem apud nos. Quã ob cauſam? Omnes fatemur Chriſtum deum, ſed videamus vtri hoc oppugnent. Nos dicentes deum, digna deo etiam loquimur, quòd poteſtatem habeat, ꝙ non ſit ſeruus, quòd liber ſit, & à ſe omnia facit. Illi autem contrarium. Iterum rogo: Si medicinam diſcere velles, num obiter, & vt euenit quæ dicuntur, ſuſcepturus eſſes, tametſi multa apud illos ſint dogmata? Certè non eſt viri accipere ſimpliciter omnia quæ audiat: at ſi iudiciũ habueris ac mentem, omnino quod bonum eſt, ſcies. Filium dicimus nos, & verè dicimus. Illi autem dicunt quidẽ, ſed non fatentur. Vt autẽ manifeſtius dicam: Illi habent quoſdam à quibus appellãtur, prout enim hæreſiarchæ nomen ita & ſecta vocatur. Nobis autem nullus vir nomen dedit, ſed fides ipſa. Porrò cauillum eſt ac prætextus. Quare enim dic oro ſi quidẽ empturus veſtem, quamuis artis textoriæ imperitus ſis, hæc verba non dicis: Neſcio emere, illudũt mihi, ſed facis omnia ita vt diſcas. Etiam ſi quid aliud emere vis, omnia facis, & curioſe inquiris: hîc autem hæc dicis, ſic fiet vt hac ratione nihil ſuſcepturus ſis. Sit autem quis, nulli omnino dogmati addictus, ſi etiam ille dicat, id quod tu de Chriſtianis dicis: Tanta multitudo hominum eſt, & varia habent dogmata: nam ille quidem Ethnicus eſt, alius autem Iudæus, & iterum alius Chriſtianus, nullum dogma amplecti oportebit, quia inter ſe pugnant. Ego diſcipulus ſum & iudex eſſe nolo, nullumq; dogma condemnare potero. Non iam ille prætextus locum habet: nam quemadmodum adulterinũ refutare, ita poteris etiam huc veniens, quodnam vtile ſit probare: nam ille quidem nullo dogmate condemnato facile hoc dicet, qui autem condemnarit, etiamſi non valde eximius ſit, ſi pergat, poterit videre, quanam re opus ſit. Itaque ne cauillemur, ne prætextus quæramus. Hæc enim facilia ſunt. Vis tibi oſten-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oſtendam, quòd hæc prætextus ſint? Scis quæ faciendа, & quæ non faciendа? quare igitur faciendа non faciendа, ſed ea quæ nō faciendа? Fac illa & recta ratione quære à deo, & ille tibi omnino reuelabit. Non eſt perſonarum acceptor, inquit, deus, ſed in omni gente, qui timet illum, & operatur iuſtitiã, acceptus illi eſt. Non eſt poſſibile, ꝙ is qui abſq; acceptione perſonarum audit, non perſuadeatur. Nam ſicut ſi regula eſſet, ſecundum quam omnes dirigi oportebat, nō multo opus prætextu, ſed male metientẽ facile deprehenderemus, ita & nunc. Quomodo igitur non vident? Multa facit etiam imaginatio humanæq; cauſæ. Hoc etiam de nobis, inquit, illi dicunt. Quomodo? Nunquid ſcindimur ab eccleſia? num hæreſiarchas habemus? num ab hominibus cognomen habemus? nunquid nobis dux quidam eſt, ſicut illi Marcion, & illi Manichæus: huic Arius, alteri vero alius hereſeos dux? Quòd ſi & nos agnominationem cuiuſdam ſortimur, ſed non vt ab hæreſium principibus, ſed vt ab his qui præſunt nobis, & gubernant eccleſiam. Nō habemus doctores ſuper terram, abſit, vnũ habemus in cœlis: Et illi, inquit, eadem prætexunt. Sed aſſiſtit nomen accuſans illos, & obturãs ora. Varii fuerunt gentiles, & nullus hæc rogauit. Et apud philoſophos erant hæc: & nullus prohibitus eſt eorũ qui hæreſim rectã habent. Quare non dixerunt, quando hæc mouebãt, quia & hi & illi Iudæi: cui oportet nos credere? ſed crediderunt ſicut oportebat. Igitur & nos credamus diuinis legibus, et omnia faciamus, prout illi placet, vt cum virtute præſente vita tranſacta, bona quę diligentibus illũ promiſſa aſſequi valeamus. Gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul ac ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA XXXIIII.

Paulus autem & Barnabas versabantur Antiochiæ, docentes & euangelizãtes cum aliis multis sermonem domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Age conuertamur, & visitemus fratres per singulas ciuitates in quibus annunciauimus sermonem domini, quomodo habeant.

VIde iterum, quanta humilitate cum aliis sermonem communicant. Et iam quidem reliquorum apostolorum consuetudinem descripsit Lucas, ostendens ꝙ vnus quidem tenerior, & ad condonandum propensior: alter autem exactior & austerior. Varia enim sunt dona. Quòd autẽ & hoc donum sit, liquet: sed illud quidem aliis hominum moribus congruit, hoc autem aliis: & si commutentur, inutilia futura sunt. Et videtur quidem esse exasperatio: omnia autem singulari dispensatione cõtingunt, ita vt vnusquisque congruum locum sortiatur, quod & factum est. Et alioqui etiam oportebat non omnes in æquali honore esse, sed alium quidem præesse, alium vero subditũ esse, & hoc suam dispensationem habet. Nam Cyprii nequaquam se tales exhibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alii magis opus habebant teneritudine, alii vero seueritate.

Barnabas autem volebat simul assumere & Ioannem qui vocabatur Marcus: Paulus verò volebat, vt is qui ab illis defecerat à Pamphylia, & non ierat simul ad opus, ne simul assumeretur. Facta est igitur exacerbatio, ita vt separarentur alter ab altero. Et tunc Barnabas assumpto Marco nauigaret in Cyprũ, Paulus verò allecto Sila egressus est, & traditus gratiæ dei à fratribus.] Sic & in Prophetis inuenimus varias sententias, et varios mores. Erat Helias austerus, Moses vero mitis. Et hîc quoque asperior est Paulus: sed vide etiam hoc loco illius mansuetudinem. Volebat, inquit, vt is qui defecerat ab illis à Pamphylia, ne simul assumeretur. Sic dux quidem belli non vellet baiulum semper esse sordidum, & inter lixas: ita neque apostolus. Hoc etiam

alios

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alios docuit,& illum emendauit. Dicet igitur quis: Male igitur fecit Barnabas? Minime. Quoniam & valde absurdum putare hoc esset. Et quomodo non absurdum,ob rem paruam dicere illum malum? Sed vide,quia primum quidē malum nullum fuit, si contenti saluis gentibus, auulsi sunt alter ab altero, sed etiam magnum bonum, quoniam nisi hoc fuisset, haud facile relicturus fuisset alter alterum. Tu autem admirare hunc, quòd neque hoc celarit. Sed dicis, quamuis illos separari oportuerit, id tamen sine exacerbatione fieri debebat. Itaque maxime hic ostenduntur humana: nam quum in Christo hoc oportebat fieri,multo magis hic. Et aliter:Exacerbatio non fuerit mala,quando pro talibus vnusquisque contendit, idque iusta cum ratione. Itaque si quis illorum exacerbatus, quod suum, & quod in suam gloriam quæsiuisset,bene:si autem vterque volebat docere et instituere,et hic quidem hanc,ille autem aliam viam ingressus est: quale hoc fuerit crimen? Multa etiam humana ratione faciebant. Non enim fuerunt lapides vel ligna. Et vide Paulum etiam accusantem,& causam dicentem. Reuerebatur enim Barnabam præ magna modestia,vtpote quia in talibus sibi communicarat,& cum ipso fuerat,sed non sic reuerebatur,vt propterea quod oportebat curare, negligeret. Vter igitur melius consuluerit, non est nostrum pronunciare, sed quòd magna fuerit dei ordinatio, quandoquidem hi quidem secundam visitationem assequuti sunt,illi autem nullam. Non simpliciter commorati sunt in Antiochia, sed docebant. Quem docebant, cui nam euangelizabant? partim quidem fidelibus, partim vero nondum credentibus: nam plurima oriebantur offendicula, propter quæ opus erat ipsorum præsentia. Hic consyderandum, non quòd diuersi fuerint in sententiis,sed quòd alter alteri morem gessit: vnde ex discessione maius bonum fuit, & res hinc occasionem sumpsit. Quid igitur? Inimici ne inter se discesserunt? absit. Vides enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd Barnabas postea multum à Paulo in epistolis
Gal.2. celebratur. Exacerbatio, inquit, facta est, non inimicitiæ, neque contentio. Tanta autem fuit exacerbatio, vt separarentur. Et merito: quod enim singulis videbatur esse ê re discipulorum, hoc neuter propter societatem alterius omisit. Mihi videtur etiam diserte separatio illa facta, & quòd inter se dixerint: Quoniam ego non volo, nec tu vis, ne pugnemus, distribuamus prouincias: & ita sibiinuicem multum cedentes hoc fecerunt. Volebat enim Barnabas non deiici quod à Paulo erectum: idcirco & secessit: volebat similiter & Paulus non infirmare quod illi visum: eapropter & ipse idem facit ac secedit. Vtinam & nos tales secessiones faceremus, & sic ad prædicādum abiremus.

Paulus verò electo Sila egressus est, traditus gratiæ dei à fratribus.] Admirabilis est hic vir, & valde magnus, plurimumq; profuit Marco hæc contētio. Seueritas enim Pauli cōuertit illum, benignitas vero Barnabæ fecit, ne porrò relinqueretur. Et ita certant quidem, ad vnum autē finem tendebat vtilitas. Etenim vidēs Paulum velle diuelli, valde territus est, & condemnauit seipsum. Et iterum videns Barnabam sic sibi opitulantem, valde illum dilexit, corrigebaturq; discipulus præceptorum contentione: tantum abfuit vt offenderetur. Etenim si hoc propter honorem sui ipsorum fecissent, merito offensus fuisset: quum autē propter alterius salutem, & propter vnum contendunt, ita vt declararetur eum, qui illum honorarit, bene cōsuluisse: quid absurdum? Vide sapientiam Pauli, non prius transit ad alias ciuitates, quàm eas quæ
CAP. XVI. acceperant verbum, visitasset. *Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam confirmans ecclesias Peruenit autem & Derben ac Lystram.*] Etenim insipientiæ est temere currere. Hoc & nos faciamus: Primos primùm instruamus, ne illi sint impedimento posterioribus. Visitemus, inquit, fratres, quomodo habeant. Et hoc ignorabat merito, vt veniēs fratres inuisat. Vide illū semper alacrem & solicitum esse, non desidem sedere,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re, tametsi plurima ferret pericula. Vides non formidinis fuisse, quòd Antiochiam venerit? Etenim vt medicus ad ægrotantes vadit. Etiam necessitatem visitationis manifestauit, dicens. In quibus annunciauimus verbum. Receſſit Barnabas, & non vltra simul profectus est. Assumpto, inquit, Sila, & traditus gratiæ dei. Quid hoc est? Orauerunt, inquit, rogauerunt deum. Vide vbique orationem fratrum magna posse, & nunc pedes ambulabat, & in itinere videre volentibus proderat. Merito: nam quando festinabant, nauigabant: nunc autem non item. *Et ecce discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patris autem Græci, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris & Iconio: hunc iussit Paulus secum egredi, & assumptum circuncidit illum propter Iudæos qui erant in locis illis. Sciebant enim omnes quòd pater eius Græcus erat.*] Dignum est vt obstupescamus Pauli sapientiam, qui tantopere pugnauit propter circunciſionem, qui omnia mouerat, & non prius destitit, quàm correxisset confirmatum dogma. Circuncidit discipulum, non solum alios non prohibet, sed etiam ipse hoc facit, & ita omnino ad vtilitatem spectabat, & nihil cum animi præcipitatione agebat.

Hunc voluit, inquit, *secum egredi.*] Mirabile hoc quòd & illum assumit, propter Iudæos, inquit, qui erant in locis illis. Hæc est causa circuncidendi: Non enim ferebãt audire verbum ab incircunciſo. Et cur? Vide opus: Circuncidit vt circunciſionem tollat. Dogmata enim prædicabat apostolorum. Vides pugnam, & per pugnam, ædificationem: non per alia impugnant, sed etiam ipsi contraria faciunt: ita ecclesiam ædificabant, dogma afferebant non circuncidendi, & circuncidit. *Et crescebant numero quotidie.*] Vidisti vtilitatem circunciſionis? Deinde non diutius moratur in illis locis. Visitandi enim gratia aderat. Sed quid? Vltra procedit. *Cum autem transirent per ciuitates, tradebant eis seruanda decreta, quæ erant constituta ab apostolis & presbyteris, qui erant in*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hierusalem. Itaque ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie Quum pertrãsissent autem Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti sunt à spiritu sancto, ne loquerentur sermonem in Asia.] Relicta Phrygia & Galatia in mediterraneam festinant. *Vt autem venerunt per Mysiam, tentarunt in Bithyniam proficisci, & non permisit illos spiritus.*] Quare igitur prohibiti fuerũt? Non dicit: quòd autem prohibiti fuerint dicit, docens nos quærere solum, & non inquirere causas, & ostendens quòd multa etiam humano more faciebant. *Vt autem transierunt in Mysiam, descenderunt in Troadem, & visio per noctem apparuit Paulo. Vir quidam erat Macedo, stans, & obsecrans illum ac dicens, Transiens in Macedoniam, iuua nos.*] Quare visio, et non spiritus sanctus qui prohibuerat? Voluit illos etiam sic attrahere, quandoquidem & sanctis non est rarum videre visiones. Et ab initio ipse visionem viderat, Virum ingressum & imponentem sibi manus. præterea propter hoc quoque illum trahit illuc, vt diffundat prædicationem. Etiam propter hoc prohibetur morari in aliis ciuitatibus, Christo ipsum vrgente. Nam hi quidem fruituri erant Ioanne multis temporibus, & forsan non multum habebãt opus. Illum autem abire oportebat, & in diuersum postea transiens proficiscitur. *Vt autem visionẽ vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quòd aduocarit nos dominus ad euangelizandum illis. Vt autem soluimus à Troade, recto cursu venimus in Samothracen, & sequẽti die Neapolim, & inde Philippos, quæ scilicet est prima Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus autem in illa ciuitate conuersantes diebus aliquot.*] Hic illi etiam Christus apparet, dicens, oportet te assisti Cæsari. Deinde dicit etiam locos, vtpote historiam narrans, & ostendens vbi moram traxerit, indicatq; quòd diutius in maioribus ciuitatibus, alias autem præterierit citius. Dignitas ciuitatis est esse coloniam. Sed iterum videamus quæ dicta sunt: Necessitatem Barnabæ iniungit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

git, dicens, Visitemus ciuitates in quibus annunciauimus sermonem, quum nō oportuerit rogare illum, quem postea accusaturus erat. Hoc autem & de deo ac de Mose legimus: hic quidem rogat, ille autem irascitur, vt quando dicit, Num pater eius spuit in faciem eius? Et iterum, Dimitte me, & iratus delebo populum hunc. Et Samuel quando luget Saulem. Per vtrunque enim magna bona fiunt. Ita sanè & hic ille quidem irascitur, sed nō iste. Hoc etiam apud nos fit. *Et exacerbatio*] Merito vt ille instruatur, et ne videatur fabula esse quod agitur. Non enim qui vbique cedit, hic non cessisset, & qui sic Paulum dilexit, vt etiam antea quæsierit illum in Tarso, & adduxerit illum ad apostolos, & communem fecerit eleemosynam, & quod ad dogma attinet, communiter susceperit. Itaque non propter hanc rem iratus fuisset, sed separantur alter ab altero, vt sic erudiāt, & perfectiores reddant per suam separationem eos qui doctrina ipsorum habebant opus. Quemadmodum & alibi facit dicens, Vos autem ne defatigemini bonum facientes. Et increpat quidem alios, iubet autem benefacere erga omnes. Hoc etiam consuetudo habet. Hic mihi videntur etiam alii simul indignati esse Paulo. Et postea seorsim etiam illis acceptis omnia facit, & admonens, & exhortans. Multum potest concordia, multum charitas, etiamsi pro re magna roges, etiamsi indignus sis, propter propositum audieris ne time. Perambulabat itaque ciuitates, & ecce erat discipulus, nomine Timotheus, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris ac Iconio. Magna fides Timothei, quia ab omnibus testimonium habet. Quando discedit Barnabas, alium illi conferendum inuenit. De hoc inquit, Memor lachrymarum tuarum, & fidei tuæ nequaquam simulatæ, quæ sanè fuit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Et assumptum illum, inquit, circuncidit. Quare autem, ipse addidit dicens, Propter Iudæos qui erant

Num. 12
Exo. 32.
1. *Reg.* 15

Heb. 13.

2. *Tim.* 1

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in locis illis, propterea illum circuncidit, vel etiam propter patrem. Gentilis igitur quum esset, mansit. Igitur non ex circunciſione. Vide iam legem ſolui. Quibuſdam autem videtur poſt prædicationem illum natum esse. Sed forſan hoc non est. Ab infantia enim, inquit, ſacras literas noſti. Igitur illud est dicendum, vel ſi non hoc, quia futurus epiſcopus, & non decebat incircunciſum esse. Iam gentibus nihil tale ſeruandum. Neque hoc paruum erat, vbi ſcilicet poſt tantum tempus hoc illos offendebat. Initium deſtructionis erat, quòd gentes hæc non ſeruabant, & nihil incommodabantur, neque minuebantur in fide: voluntariè enim poſthac deſiſtebant. Igitur prædicaturus, ne dupliciter verberet Iudæos, circuncidit illum, quamuis ex dimidio eſſet: natus enim est ex patre gentili, matreque fideli. Attamen quia magnum erat opus hoc quod inter gentes, non curabat illud. Sermonem enim oportebat diſpergi, propter hoc & ipſe illum circuncidit. Vide etiam hoc loco magnum quiddam fieri, dum ſibi contraria videtur facere, & quod factum bonum. Et creſcebant numero, inquit. Vide quòd non ſolum nihil nocuit circunciſio, ſed etiam plurimum profuit. Vt autem viſionem vidit, ſtatim, inquit, quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti, quòd aduocarit nos deus. Vide quòd iam non per angelum monetur, ſicut Philippus & Cornelius: Sed quomodo? Per viſionem apparet illi aliquanto humanius, & non iam diuinius. Nam ibi quidem facilius creditur, & humanius apparet, illic autem violentius ac diuinius. Nam vbi quidem ſolum vt prædicaret feſtinauit, ad hoc ſomnium apparet ei: vbi vero non permittitur prædicare, ibi ſpiritus reuelat. Sic & illic Petro, Surge, deſcende. Non enim facilia operatur ſpiritus, ſed ſufficit illi ſomnium. Quin & Ioſepho facile credēti ſomnium apparet, aliis verò viſio. Ita & Cornelio, & illi ipſi. Et ecce, inquit, vir Macedo ſtans, obſecrans, ac dicens. Non dixit imperans, ſed obſecrans: hoc eſt,

pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro illis qui indigebant hac cura. Quid est συμβιβάζοντες. hoc est, coniectantes. Nam quia Paulus & nullus alius vidit, & quòd prohibitus est à spiritu, & quòd apud terminos erāt, ex his omnibus collegerūt quid faciendum. Et aliàs etiam nauigatio hoc declarat. nō enim erat multum temporis, vnde in ipsam radicem Macedoniæ veniūt. Et ita exacerbatio illa inter eos vtiliter facta esse comprobatur. Alioqui spiritus sanctus non sic operatus fuisset, nec Macedonia sermonem suscepisset. tantus autem profectus signum est quòd non humanum quiddam factum: quanuis etiā non dixit, quòd Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic non exacerbatus est, nec ille.

MORALE.

Hæc scientes oro, ne simpliciter hæc eloquamur, sed discamus & doceamus non enim temere scripta sunt. Magnū malum est ignorare scripturas, si à quibus vtilitatem capere oportebat, ab his incommodamur. Ita & remedia sępe naturam habentia curatiuā, nescientibus his qui vtuntur bene vti illis, corrumpunt ac pessundant. Et ab armis quibus se quis posset tutari, si nullus sit qui recte circumponat, damnū accipi potest. Causa autē est, quia omnia magis quærimus quàm animæ vtilitatem, & aliena magis consideramus quām nostram vtilitatem. Et domus quidē vt consistat sæpe quærimus, & non ferremus videre illam vetustate vel tempestate subuersam vel collapsam. De anima autem nulla est cura, sed licet fundamenta eius videamus putrefieri, & structurā ipsam, & ædificium: nullam tamen eius rei habemus rationem. Itidem armenta habentes, quid illis prosit, quærimus, & equis suos pastores ac medicos, & omnia bene prospicimus, & domus eorū curatoribus: quos officij subinde admonemus, ne temere abigant, aut onus imponant, néue intempesta nocte educant, néue alimenta vendant: & apud nos sunt multæ leges de brutis curandis, animæ autem nulla habetur ratio. & quid dico de bestiis quæ nobis vtiles? Sunt multi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui passeres nullam vtilitatem habentes pascant, sed solum delicias, & multæ etiam de illis leges, nihilq; omittitur vel negligitur. Et omnia magis curamus quàm nosipsos. Sic omnibus sumus ignobiliores. Et si quis per contumeliam nos dicat canes, dolemus: nos autem quando nosipsos contumelia afficimus, non verbo, sed opere, haud tantam adhibemus diligẽtiam animæ, quantam canibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quantis cuncta tenebris plena sunt? Quot sunt qui curãt canes, ne plus quàm par est impleantur, & ita vt efferi præ fame & esurie veneantur, seipsos autem non curant: & ita docent non deliciari, vt & bestiæ philosophiam discant: seipsos autem permittunt in ferinam sæuitiem degenerare. Ænigma dixisse videor. Nam vbi sunt animalia philosopha? An non videtur tibi esse magnæ philosophiæ, quando canis mordet præ fame, postquam in venatione arripit & venatur, à præsenti esca abstinet, & mensam videns propositam, etiam fame vrgente expectat dominum? Pudeat vos vestri, docete ventres vestros vt sint philosophi. Nulla vobis defensio est. qui potest indere naturæ brutæ, quæ neque loquitur, neq; rationem habet, tantam philosophiam, multo magis potest sibiipsi. hoc enim diligentiæ humanæ est, & non naturæ, alioqui oporteret omnes canes hoc habere. Fiatis saltem sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat enim à cœlestibus. Quoniam autem si dixero tale quid, dicitis quòd illa magna sunt, propterea nihil dico cœleste. Si dixero Paulum, dicetis quòd ille apostolus fuerit: si dixero hominem, dicetis quòd ille potuit: Propter hoc neque hominem dico, sed bestiam. Et bestiã quæ hoc non habet à natura, ne dicatis quòd natura, & non electione hoc fecit. Et hoc profectò mirabile, quòd non sua electione, sed tua diligentia: nõ quòd fatigata, non quod cursu dilacerata, non quòd suis laboribus apprehendit, considerat, sed omnibus illis omissis, domini præceptum seruat, & ventre fit

supe-

ſuperior. Etiam, inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui menſa. Dic igitur & tibiipſi, quòd canis ſpe futuræ voluptatis præſentem contemnit, tu autem non vis ſpe futurorum bonorum præſentia deſpicere. Sed ille quidem ſcit: quòd ſi intempeſtiue & ſecus quàm domino placet alimentum deguſtat, etiam illo priuatur, & neq; conſtitutos cibos accipit, ſed plagas pro alimento. Tu autem neque hoc potes videre, & id quod à conſuetudine didicit ille, hoc tu per rationem tuam nõ corrigis. Imitemur canes. Hoc dicuntur facere & aquilæ & accipitres. Et ſicut ſe gerunt canes in feras & capreas: ita illæ in volucres, & idipſum ab humana inſtitutione. Hæc nos condemnare poſſunt, hæc nos trahere. Dicam & aliud, Equos agreſtes & indomitos apprehenſos, licet calcitrent ac mordeant, in tam breui tempore eius rei periti erudiunt, vt eques ex compoſito inceſſu inſidens oblectetur. Animam autem cum abſque ordine graditur, nullus curat, ſed & ſaltat & calcitrat & humi trahit ſicut puellum, & multa fœde agit, & nullus illi adhibet pſalides & retinacula pedũ, & frenos, neq; inſidet peritus eques, Chriſtum dico. Propter hoc omnia cõfuſa ſunt. Nam quia etiam canes doces imperare ventri, & furorem in leone domas, & ferociã in equo, doces etiam loqui aues: quomodo non abſurdum brutis naturis rationalia indere opera: in rationalem autem brutorum ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis eſt venia. Omnes qui bene agũt, nos accuſant, tam fideles q̃ infideles. Nam & infideles bene agunt, & beſtiæ, & canes, & non ſoli homines. ſed & noſipſos accuſabimus, quãdoquidem quoties volumus, bene agimus: quoties autem ignauiæ nos dedimus, ſupplantamur. Etenim etiã qui excellenter mali ſunt, multi ſæpe quia voluerunt, mutati ſunt. Cauſa autẽ hæc quam dixi, quia obambulamus quærentes quæ aliis, non quæ nobis profutura ſint. Si domum extruxeris magnificam, domus vtilitatem, non tuam reſpexiſti: ſi equum bonũ curaueris, ſimiliter:

nullus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nullus ſollicitus eſt, vt ſit anima bona, quamuis vbi hæc bona fuerit,non eſt illis opus:ſi autem non,neq; ex illis vtilitas eſt.Sicut & deſponſa dicitur,licet thalami ſint ex velaminibus aureis,etſi aſſint chori mulierum pulcherrimarum,etſi roſæ ac corollæ,etſi ſpõſus pulcher ſit , etſi miniſtræ , etſi amicæ,etſi omnes decentes ſint,illa autem deformitate plena,nulla vtilitas:ſicut neq; damnum,ſi illa pulchra ſit, ex illis. Quin & contrarium eſt : nam ſi deformis eſt,ab illis deformior apparet,ab iſtis autem pulchrior fieret.Ita certè etiam anima habet,quando pulchra eſt,non ſolum non opus habet illis,ſed etiam obumbratur pulchritudo illius.Philoſophum enim non ſic videmus in diuitiis vt in paupertate fulgentem. nam illic quidem multi opibus adſcribunt virtutem,& quia non indiget pecuniis. quando autem in paupertate agit, & per omnia clareſcit,& nihil turpe admittit,iã nulla corona afferri poteſt eiuſcemodi.Hanc igitur ornemus,ſiquidem voluerimus ditari. Quę vtilitas,quando mulæ quidem albæ ſunt,& pingues ac obeſæ : tu autẽ inſidens,macer,ſcabioſus es ac deformis? Quæ etiam vtilitas , ſi lecti quidem molles & varie ornati:anima autem pannoſa,nuda ac deformis? Quod lucrum,quando equus quidem compoſite ambulat, & ſaltanti quàm gradienti ſimilior eſt,& cum ſaltatione ornatus mundo nuptiali:inſidens autẽ magis claudicat claudis, & ebriis, & inſanientibus, diſtortisq; eſt pedibus ac manibus? Dic ſanè mihi,ſi quis daret tibi æquum bonum,& corpus vulneraret, quæ vtilitas? Nunc animam diſtortam habes, & non eſt tibi curæ. Curemus noſipſos aliquando obſecro,oro, néue cuiuis rei plus honoris quàm nobiſipſis impendamus,& quidem ſi quis verbis conuicia in nos iactet, mordemur ac dolemus:re autem ipſa noſipſos contumelia afficimus,& non conuertimur. Reſipiſcamus vel tandem,vt poſſimus etiam animæ magnam curã facientes, & virtutẽ amplexantes, æterna bona aſſequi,Gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sti, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

HOMILIA XXXV.

Die autem sabbatorum, egressi sumus ciuitatem ad flumē vbi putabatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et mulier quædam nomine Lydia, purpurarum venditrix, ex ciuitate Thyatiris, cuius cor dominus aperuit, vt attenderet his quæ dicebantur à Paulo.

VIde iterum Paulum Iudaizātem, temporisq; ac loci rationem habentem. Vbi solebat, inquit, oratio fieri. Non enim solum vbi synagoga erat, sed etiam foris precabantur, ita vt locum segregarent, quoniam crassiores erant Iudæi. Die autem sabbatorū, quando verisimile erat & turbam concursuram. *Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et mulier quædam nomine Lydia, purpurarum venditrix, ex ciuitate Thyatiris colens deū audiit, cuius dominus aperuit cor vt attēderet his quæ dicebantur à Paulo.*] Vide iterum vt est alienus à fastu. Mulier & humilis ista. Et manifestum ab arte, sed vide quantæ sapientiæ fuerit. Principio quidem datur ei hoc testimoniū, quòd coluerit deum. Deinde quòd ipsa vocarit apostolos. *Vt autem baptizata est illa & domus illius, obsecrauit, dicens: Domini mei, si iudicatis me fidelem deo esse, ingressi in domum meā manete, & coëgit nos.*] Vt autem baptizata est, inquit, illa, et domus illius. Considera quomodo omnibus persuasit. Deinde vide sapientiam quomodo blande loquatur apostolis, quanta humilitate plena sint verba. Si iudicatis me fidelem domino. Nihil contemptibile in his. Quem nō mollirent hæc verba? non rogauit simpliciter, non permisit eis arbitrium, sed & coëgit valde. Hoc enim est coëgit nos, id est, his verbis. Vide quomodo statim fructum facit, & magnum lucrum putat, vocationem. Quòd autem fidelem iudicaueritis, manifestum ex eo quòd concredidistis mihi talia sacra-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacramenta,quæ nequaquã tradidiſſetis,ſi me iudicaſſetis indignam. Et non auſa fuit antea vocare, quàm baptizata fuit, manifeſtum faciens quòd non aliter perſuaſiſſet. Quare autem Paulus & ſui primum non aſſenſerunt,ita vt etiam cogerentur? vel quòd illam prouocabant ad maiorem alacritatem, vel quoniam dixit CHRISTVS, In quamcunq; ciuitatem ingreſſi fueritis,quis ſit dignus interrogate, & illic manete. Atque ita omnia ſingulari diſpenſatione fiunt.

Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem,vt puella quædam habens ſpiritum pythonis,occurreret nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis diuinando. Hæc ſubſecuta Paulum ac nos,clamabat dicens,Iſti homines ſerui dei altiſſimi ſunt,qui annunciant nobis viã ſalutis.] Quid ita & dæmon ita loquebatur,& Paulus prohibuit? Et ille malignè agebat,& hic prudẽter. Voluit enim hunc non eſſe dignum fide. Si enim admiſiſſet illius teſtimonium Paulus, multos etiam fideles decepiſſet,vtpote ab illo approbatus. Propter ea contra ſe loquitur,vt confirmet quæ pro ſe faciũt, & ipſe condeſcendens ob perditionem hominum. Igitur primum quidem admiſit Paulus cõtemptim, & nolens temere ſigna facere. Vbi autem perſeuerauit hoc dicere diebus multis, & opus Apoſtoli prodebat: Hi homines,inquiens,ſerui dei altiſſimi ſunt, quia ſanè annunciant nobis viam ſalutis:tunc præcepit illi vt exiret. *Sed moleſte ferens Paulus & conuerſus,ſpiritui dixit,Præcipio tibi per nomen Ieſu Chriſti vt exeas ab ea,& exiit in illa hora. Videntes autem domini eius quòd actum eſſet de ſpe quæſtus ſui, apprehenſum Paulum ac Silam traxerunt in forum ad principes,& offerentes eos magiſtratibus,dixerunt: Hi homines turbarunt ciuitatem noſtram,quum ſint Iudæi,& annunciarũt mores quos non licet nobis ſuſcipere, neque ſeruare quum ſimus Romani.*] Vbiq; malorum cauſa pecuniæ. O Paganorum inhumanitatem, vt augeant pecuniam,puellam à dæmoniis vexari volunt. Arrepto Paulo & Sila dixerunt,inquit:Hi homines turbarunt ciuitatẽ noſtram

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

noſtram. Quidnam fecerunt? Quare igitur antehac non attraxiſtis? Iudæi, inquit, cum ſint. Ita nomen cauillabantur. Et annunciant nobis mores quos non licet nobis ſuſcipere, neq; facere cum Romani ſimus. Maieſtatis læſæ crimen dicunt. Et ſimul inſurrexit turba contra illos. O inconſiderantiam, non exquiſierunt, neq; communicarunt ſermone, quamuis tanto miraculo facto adorare oportebat, vt ſeruatores ac benefactores habere: nam ſi pecunias volebatis, quare his diuitiis inuentis non accurriſtis? Poſſe dæmones abigere clariores reddit, quam ipſis credere. Ecce & hic ſigna, ſed pecuniarū cupiditas plus valuit.

Et magiſtratus ſciſſis veſtibus eorum, iuſſerunt eos virgis cædi, cumque multas plagas eis impoſuiſſent, coniecerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi carceris vt diligenter cuſtodiret eos.] Itaq; Paulus quidem totū fecit, & miracula & doctrinam, periculorum autem & Silas particeps fuit. Quid eſt, moleſtè ferens Paulus? Malitia, inquit, dæmonis viſa: ſicut ipſe alibi dicit, Non enim illius verſutias ignoramus. Quare non dixerunt, quòd dæmonē eiecerunt, quod in deum impiè egerunt, ſed maieſtatis læſæ crimen faciunt? Victos ſe declarāt. Ita & de Chriſto dicebant: Nō habemus regem, niſi Cęſarem. Omnis qui ſeipſum regem facit, contradicit Cęſari. Et coniecerunt illos, inquit, in carcerem. Magnus furor. *Qui cum tale præceptū accepiſſet, coniecit illos in interiorem carcerem, & pedes illorum ſtrinxit ligno.*] Vide, & ille interum in interiorem carcerem illos coniecit. Et hoc ſingulari diſpenſatione contigit. Quoniam enim magnum miraculum erat futurum, idoneus locus ad auditorium ille qui extra ciuitatem iudicatur, liber à tentationibus ac periculis. Vide vt hiſtoriæ ſcriptor illorum ſtudia enumerare non erubeſcit: vtpote quum eſſet ocium, magis auſcultabāt his quæ dicebantur, & neque ciuitas iſta Philipporum magna erat. Hæc ſanè ſcientes & nos, ob neminem erubeſcamus. Apud coriarium manet Petrus, apud purpurariam Paulus.

2. Cor. 2.

Ioan. 19.

Vbi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vbi fastus? Igitur Deum oremus vt aperiat cor. Deus auuem aperit corda quæ volunt, est enim & excæcata corda videre. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *Mulier*, inquit, *purpurarum vẽditrix, cuius dominus aperuit cor, vt attẽderet his quæ dicebantur à Paulo.*] Itaque aperire dei est, attendere autem illius, & ita erat diuinum ac humanum. Vt autem baptizata est, inquit, obsecrauit dicens: Si iudicastis me. Vide, & baptizatur, & accipit apostolos cum tanta supplicatione, multo maiore quàm Abraham. Et non dixit vllam aliam coniecturam, sed illud per quod seruata fuit. Non dixit, si magnam mulierem, si piam iudicastis me. Sed quid? fidelem domino. Si domino, multo magis vobis, nisi dubitetis. Et nõ dixit apud me, sed in domo mea manete, ita vt ostẽdat hoc cum magna faciendum alacritate. Revera fidelis mulier. Dic oro mihi, quis hic est dæmon? Deus inquit Python. A loco sic dicitur. Vides quòd & Apollo dæmon est? Et quoniam volebat in tentationes illos inijcere, iritandi causa fecit eam hæc dicere. O scelestè & scelestissime. Si igitur scis quòd viam salutis annunciant, quur non egrederis cedens? sed id quod Simon volebat, dicẽs: Date mihi vt cui imposuero manus, accipiat spiritum sanctum: hoc & ille faciebat. Quoniam vidit eos clarescere, etiã hoc loco simulat. Hac ratione expectabat se relinqui in corpore, ꝙ hæc prædicaret. Si autem de homine dictum, quòd non est pulchra laus in ore peccatorum, multo magis de dæmone. Si ab hominibus testimonium non accepit Christus, neꝙ à Ioanne, multo minus ab dæmone. Hoc enim prædicare non hominum, sed spiritus sancti est. Quoniam igitur arrogantius faciebant clamantes, clamore obstupefieri eos putarunt, dicentes: Hi homines turbant nostram ciuitatem. Quid dicis? credis dæmoni? quare non & hic? ille dicit, Filij dei excelsi: tu dicis quòd turbant nostram ciuitatem. ille dicit, quòd annunciant vobis viam salutis: tu dicis, tradunt nobis mores quos non licet suscipere. Vide illos neque

dæmoni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dæmoni auſcultãtes, ſed vnam auaritiam ſpectantes. Traxeruntq; illos, inquit, in forum ad principes, & ſi mul inſurrexit turba contra illos. Vide illos non reſpondere, neq; defenſionem dare vt maiore digni miraculo fiant. Quando enim, inquit, infirmor, tunc potens ſum. Sufficit tibi gratia mea, potentia mea in infirmitate perficitur. Ita etiam ob manſuetudinem admirabiles erant. Quanto diligentior cuſtodia fuit, tãto miraculum clarius: Forſan ſeditionem illi voluerunt ſedare, quoniam videbant turbam aſſiſtentem: & flagris quidem furorem interim ſiſtere volebant: quia autem in carcerem coniiciunt, & præcipiunt diligenter ſeruandũ, volebant cauſam audire. Et aſtrinxit in ligno, quaſi dicat quis, in neruo. 2. Cor. 12.

MORALE.

Quantis lachrymis proſequi oportet præſentis ſeculi ſtatum? Illi quidem paſſi ſunt, quæcunq; ſcilicet paſſi ſunt, nos autem in deliciis, nos in ſpectaculis. Vnde & perimus, & ſubmergimur, remiſsionem & oblectamenta vbique ſectantes, & neq; patimur, vel probro, vel ſermone aliquo propter Chriſtum contriſtari. Horum exemplorum oro continuam habeamus memoriam, quanta paſsi ſint, quanta ſuſtinuerint, quomodo non turbati ſint, quomodo non offenſi ſint. Dei opus faciebant, & hæc patiebantur. Non dicebant, Quur hoc prædicamus, & non affert nobis præſidium Deus? Verum & per hoc illis proderat, & abſq; præſidio conſtãtiores ac fortiores reddebat. Tribulatio, inquit, ſuſtinentiam operatur. Obſecro igitur ne fluxam & remiſſam quęramus vitam: nam quemadmodum hic duplex bonum, quod & fortes fiunt, & magna ſunt præmia: Ita illic duplex malum, & quòd molliores efficiuntur, & quòd in nullo bono, ſed in malo verſantur. Nihil enim inutilius fuerit homine, qui omne tempus in deliciis & remiſſione conſumit. Vir enim, inquit, non probatus, etiam reprobus. Reprobus non ſolum in his certaminibus, ſed in aliis oĩbus. Deſidia res inutilis eſt, & in ipſis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deliciis nihil ita fructu carens, vt delicate agere. Habet enim suam sarietatẽ, neq; tanta alimentorũ, neq; rem ipsicnis voluptas est, sed omnia friuola fiunt ac diffluunt. Age, ne inquiramus hanc. Si enim considerare voluerimus vter suauius agat, qui laborat, & in ærumnis viuit, an qui in deliciis versatur, illum magis inueniemus: nam primò, corpus quidem eius qui talis est, enerue & ineptum est: deinde & sensus corporis non sunt tam synceri ac sani, sed molles ac languidi: vbi autem illi non sunt, neque sanitatis voluptas apparet. Vter equus vtilis est, is qui in deliciis, an qui exercetur? Vtra nauis, eá ne quæ nauigat, an quæ in littore manet? Vtra aqua, eá ne quæ fluit, an quæ stat? Vtrum ferrum, quod mouetur, an quo nemo vtitur? nónne illud quidem splendet, ac argento simile est: hoc autem rubigine consumitur, & vbiq; inutile est, ac etiam aliquid suæ materiæ amittens. Tale quiddam fit etiã in ociosa anima. Rubigo enim quædam apprehẽdit illam, & consumit splendorem ac alia omnia. Itaq; qua nam re detergetur rubigo illa? Cote tribulationum. Illæ vtilem facient animam, & ad omnia accommodam. Quomodo enim poterit affectiones scindere acie hebetata, & quasi plumbea esset, flexili? Quomodo diabolum sauciabit? Cui autem non est onerosus homo, aqualiculum pinguissimum parans, & quasi belua marina trahendus? Non loquor de his qui natura sunt tales, sed de his qui ex delicata vita corpora sua effecerunt talia. Oritur sol, & claros vbiq; diffundit radios, excitat singulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, faber ferrarius suos folles apprehendit, & singuli opifices quod sibi congruit, & inuenies vnumquenque sua instrumenta in manus sumere. Mulier fusum vel telam. Ille autem quasi porci statim à matutinis horis ad pascẽdum ventrẽ egreditur, quærens vt mensam sumptuosam instruat, tametsi hoc solum sit brutorum, primo mane pasci, quoniam ad nihil vtilia sunt quàm ad mactandum. Illa autem quæ dorso gestant, & operi-

bus

bus apta,etiam ipsa noctu ad opus egrediuntur. Hic autem à lecto surgit, sole iam totum implente foru, & omnibus labore satiatis.Surgit autem sese distendens,sicut porcus qui saginatur, optima diei parte in tenebris consumpta. Deinde sedet longo tempore in lecto,præ hesterna crapula inuenire vestes & alia nõ valens,& consumpta magna parte in illis,tũ seipsum comit ac ornat,& procedit turpitudinis spectaculũ, nihil habens hominis , sed omnia quæ sunt bestiæ in humana forma apparent , oculi lippiunt, vinum olet,misera anima quasi in lectum coniecta , ob varietatem ciborum sine modo infusorum,pondus carnium circunferens sicut elephas: tandem veniens sedet in locis,dicit,facitq; talia,vt melius esset illũ adhuc dormire quàm vigilem esse . Si tristia nuncientur,quauis puella trepidior fit:sin læta,puello quouis laxior ac mollior. Vultus eius oscitationibus plenus est,omnibus adhæret qui volunt male agere,& si nõ ipsis hominibus,certè illorum affectionibus. Et iram talem facile excitat,& concupiscentia, & inuidia, & omnia.Omnes adulantur,omnes ministrant,mollio-rem q̃ est facientes animam, & quotidie prodit cum insigni quadam noui morbi accessione. Vbi in rerũ inciderit difficultatem , cinis & puluis fit, & nihil ei fericæ vestes prosunt.Hæc à nobis non sine causa dicta sunt,ne quis dissolutæ & inutiliter viuat. Otium enim & voluptas ad operationes inutiles, ad gloriã solum,& ad delicias respiciunt.Quomodo nõ omnes talem condemnabunt,& domestici, & amici, & cognati? Quis autem non iustè dicet, Onus hic est terræ , frustra aduenit in mundum talis , imò non frustra,sed in malum sui capitis,in damnum propriũ,in detrimentũ aliorũ. Quid igitur videtur dulcius? hoc enim nũc quæritur,otiũmne & feriatio? Et quid iniucundius hoĩe qui non habet quod operetur,quid erũnosius, quid miserius? nónne hoc plurimis vinculis deterius? toto die in foro quotidie oscitare & spectare homines prætereuntes.Animæ enim natura est,vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

semper moueatur & quiescere nequeat. Deus hoc animal condidit operationibus deditum, & ex natura eius est operari, & præter naturam eius esse otiosum, non ab ægrotantibus causam probemus, sed à re ipsa experimentum capiamus. Nihil vacatione molestius, nihil otio. Ideo necessitatem operandi indidit nobis Deus. Omnia enim ab otio damnum accipiũt. Etenim & oculus & os & venter, & vnumquodq; membrorum nisi quod suum est operetur, in extremum incidit morbum. Hoc autem maxime in anima est: nam sicut otium malares est, ita & operatio quæ non congruit. Sicut enim si quis non comedit, dentibus nocet: ita qui comedit quæ non accommoda, stupere illos facit: Ita sanè & hoc loco, si vel non operatur, vel operatur quæ non cõuenit. Igitur vtrũque fugere studeamus, & otium, & opus otio deterius. Et quod est illud? auaritia, ira, inuidia, & reliquæ affectiones: ab his vacemus, vt æterna nobis bona promissa cõsequamur, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium, honor, nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXVI.

Media autem nocte Paulus ac Silas orantes laudabant deum, & audiebant illos vincti. Repente autem terræmotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamẽta carceris. Apertæ sunt autem statim ianuæ, & omnium vincula soluta sunt.

QVid illis animabus conferẽdum? Multis plagis acceptis flagellati sunt, contumeliis affecti sunt, extreme periclitati sunt, in neruum coniecti sunt, inq; carcerem interiorẽ, & neq; sic dormire poterant, sed tota nocte vigilant. Videris quantum bonum sit afflictio? nos autem in mollibus lectis secure totas noctes dormimus. fortasis propter sacrũ peruigilium cui tum operabantur, non somni tyrannis illos cepit, non dolor inflexit, non metus con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tus consternatos reddidit, imò hæc illos excitabant alacresq; faciebant, & magna voluptate implebant. Media autem nocte, inquit, orantes laudabãt Deum, audiebant autem illos vincti. Nouum enim videbatur esse ac admirabile. *Repente autem terræmotus factus est magnus, ita vt commouerentur fundamẽta carceris, apertæ autem sunt statim omnes ianuæ, & omnium vincula soluta sunt.*] Terræmotus factus est, ita vt custos è somno excitaretur, & ianuæ apertæ sunt, vt factum fieret mirabile. Hæc vincti non videbant, alioquin fugissent omnes. *Experrectus autem custos carceris, videns apertas ianuas carceris, arrepto gladio seipsum interempturus erat, putãs effugisse vinctos: clamauit autem voce magna Paulus, dicens, Nihil mali tibiipsi feceris, omnes enim hic sumus.*] Admiratus magis est humanitatem Pauli, obstupuit fortitudinem, quia & fugere cum posset, non fugit, & se à cæde prohibuit.

Petito autem lumine, irrupit ac tremefactus procidit ante Paulum & Silam, & dixit, Domini, quid me oportet facere, vt saluus fiam?] Vidisti quanta illum cepit admiratio? *Illi autem dixerunt, Crede in dominũ Iesum Christum, & seruaberis tu ac omnis domus tua. & locuti sunt illi sermonem domini, & omnibus qui in domo eius erant.*] Quia statim loquuti sunt ei, declararunt misericordiam erga illum. *Et assumptis illis in eadem hora noctis, lauit à plagis, & baptizatus est ipse & omnes qui illius erant continuo. Et quum perduxisset illos in domum, apposuit mensam, & exultauit cum tota domo, credens Deo.*] Abluit eos redditurus illis gratiã, & honorans eos propter ea quæ fecerant. *Die autem facto, miserunt militum principes lictores, dicentes, Dimitte homines illos.*] Cognouerant fortasse factũ, & non audebant per seipsos dimittere. *Annunciauit autem custos carceris sermones Paulo, dicens, Miserunt militum principes vt dimittamini, nunc igitur egressi, ite in pace. Paulus vero dixit ad illos, Cæsos nos publice, indicta causa, homines Romanos coniecerũt in carcerem, & nunc clãnos eiiciunt? Non profecto, sed veniant ipsi, & educant*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nos. *Annunciauerunt autem militum principibus lictores verba hæc, & timuerunt, cùm audissent Romanos esse. Et egressi orauerunt illos, & eductos rogabant vt egrederẽtur è ciuitate. Egressi autem è carcere, intrauerunt ad Lydiam, visísque fratribus, exhortati sunt eos, & profecti sunt.*] Etiam principibus denunciãtibus Paulus nõ exit, forsan propter Lydiam & alios fratres: vel etiã terret illos, ne putentur digni esse qui perirent: & vt etiã alios confidentiores facerent. Triplex delicti crimen erat, q̃ Romanos, & non audita causa, & publice coniecerant in carcerem. Vides q̃ etiam multa humano more agebant. Examinemus ad illam noctem collatas noctes nostras. Ibi conuiuia & ebrietates, & libidines. Ibi somnus nihil â morte differens, ibi vigiliæ somno molestiores: nam alĩ quidem dormiũt ita vt nihil sentiant: alĩ autem vigilant miserabiliter ac miserè, seruos percutiendo, pro pecuniis curas gerendo, cogitando vt vlciscantur eos qui se læserãt, inimicitias meditando, verba cõtumeliosa per diem obiecta enumerando. ita ignẽ iræ succendunt, intolerabilemq̃ faciunt. Cõsidera quomodo Paulus dormiuit, mirè & singulari dispensatione hoc factum fuit. Angelus enim aderat, & nullum oportebat videre quod factum erat. Iam autem & hoc bene factum, q̃ prohibetur custos carceris seipsum occidere. Et quare non aliud miraculum factum? quia hoc sufficiebat ad illiciendum illum: quod nisi euenisset, etiam ipse in periculum veniisset. Non enim ita trahunt miracula vlla, vt ea quæ ad salutem nostram attinent. Et ne videatur terræmotus naturæ sponte factus, sequutum est hoc testimonium quod illud confirmet. Et in nocte apparet. Nihil enim ad ostentationem, sed omnia ad salutem aliorum faciebant. Non erat malus carceris custos. Coniecerat illos in interiorem carcerem, mandato sic accepto, & non à seipso. Et quare non antea clamauit Paulus? Tumultu ac turbatiõe plenus erat homo, & non suscepisset verba. Idcirco vbi vidit illum sibiipsi mortem velle consciscere, præoccupat ac

clamat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

clamat, dicens, Omnes sumus hic. Eapropter & peti-
to lumine irrupit, & procidit ante Paulum ac Silam.
Ad pedes vincti cadit custos, & emittit illos foras,
ac dicit: Quid mihi faciendum est vt seruer? Quid nã
dixerunt? Vide illum non ob hoc diligere, quia serua
tus erat, sed quia virtutẽ obstupescebat. Vidisti quid
illic factum, & quid hic? Illic puella liberata est à spi
ritu, & in carcerẽ coniecerunt illos, quòd liberauerũt
illam à dæmonio. Hic solum monstrarunt portas car
ceris apertas, & aperuit portas cordis illi⁹: soluit vin
cula duplicia: accendit illic lumen. nam & in corde il-
lius lux fulsit. Et irrupit ac procidit. Nec interroga-
uit, Quomodo hoc factum est? Sed statim dicit, Quid
mihi faciendum est, vt seruer? Quid igitur Paulus?
Crede in dominum nostrum Iesum Christum, & ser
uaberis, inquit, tu & domus tua. Maxime hoc homi-
nes conciliat, quòd etiam sua domus liberanda sit.
Et loquuti sunt ei sermonem, & omnibus qui in do-
mo illius. Lauit illos, & ablutus est. Illos quidem à
plagis abluit, ipse autem à peccatis lotus est. Aluit
& pastus est. Exultauit, inquit, quãuis nihil erat, sed
verba solum & bona spes. Hoc signum erat, quòd ip-
se credidit se ab omnibus liberatum. Quid carceris
custode peius? quid crudelius? quid ferocius? attamẽ
cum multo illos honore suscepit, & lætatus est, non
quia saluatus est, sed quia credidit deo. Crede, inquit
in dominum. Idcirco dixit, Qui credidit deo. Et ne vi-
deatur quasi reus ac peccator dimitti, propterea di-
cunt: Cæsos nos publice, & indicta causa coniecerũt
in carcerem: vt non solum gratiæ, sed etiam ipsorum
sit opus. Vide varia dispensantem gratiam: quomo-
do ille egressus est, quomodo hic: tametsi vterq; apo-
stolus. Timuerunt, inquit, q̃ Romani essent, non q̃
iniusti coniecissent in carcerem. Et rogauerunt illos
vt exirent ex ciuitate. Hanc gratiam petiuerunt.
Illi autem vt venerunt ad Lydiam, & confirmauerũt
illam, sic tandem profecti sunt. Non enim hospitẽ il-
lam dimittere oportebat in anxietate & solicitudine.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Egressi autem sunt non illis obtẽperantes, sed ad prę-dicationem festinantes, vtilitate per hoc miraculum sufficiente ciuitati data. Non enim vltra oportebat ibi manere. Etenim miraculum magis claresçit, vbi abierint illi qui ipsum operati sunt. Et fides custodis carceris pro voce erat. Quid huic par? ligatur & soluit. Ligatus soluit duplici vinculo, eum qui ligauit, soluit per hoc quod ligatus est. Revera hæc gratiæ opera sunt: Nũc igitur, inquit, egressi ite in pace, hoc est, cum securitate, nihil timentes. Et alioquin & hũc extra periculum volunt fieri, ne post hæc accusetur. Et non dicunt, Cæsos nos coniecerunt in carcerem, quia miracula operati sumus. Neq; enim illa attendissent, sed quod maxime illorum mentes concutere potuit: Indicta causa, inquit, & quum Romani simus.

MORALE.

Semper memores simus huius custodis carceris, & non miraculi. Quid dicent gẽtiles, quomodo cùm esset vinctus, persuasit vincienti? Et quẽ, inquit, persuadendum habebat, nõnne scelestum hominẽ & miserum, & non habentem mentẽ, innumeris malis plenum, & facile adducibilem? Addunt & hæc, Quis ille vel coriarius, vel purpurarum vẽditrix, eunuchus, custos carceris? Serui & mulieres crediderunt. Quid igitur dicere poterunt, quando & eos qui in dignitatibus constituti sunt, adducemus, centurionẽ, proconsulem, eos qui ex illo vsq; in hunc diem, ipsosq; imperatores ac reges? Ego autem aliud dico, quod hoc maius est: ipsos cõtemptiores videamus. Et vbi, inquit, hoc miraculum? Profectò miraculum est. Nam siquidem crederet quis de rebus vulgaribus, non esset miraculum: quãdo autem de resurrectione, de regno cœlorum, de vita philosophica, plebeis loquitur quis & persuadet, mirabilior erit quàm si sapientibus persuaderet. Quando enim non est periculum & persuadet quis, bene insipientiam exprobrant. Quando autem dixerit quis seruo sicut tu vis, Si credideris mihi, periclitabere, omnes hostes tui erunt, oportebit te

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bit te mori, & innumera mala ferre, & deinde ceperit animã illius, neutiquam hoc erit insipientiæ: nam si hæc dogmata voluptatẽ habuissent, merito quis hoc dixisset. Si autem id quod non didicerunt philosophi, seruus discit, vtique magnum est miraculum. Et si placet coriarium illum in medium afferamus, & videamus quid illi narrarit Petrus: vel si vis, ipsum hũc carceris custodem. Quid igitur illi dixit Paulus? Christus resurrexit, inquit. Est resurrectio mortuorum, est regnum, & persuasit facile credulo. Quid igitur, de vita nihil dixit? dixit vtique quòd temperate viuendum, q̃ pecuniis imperandum, quòd cauenda crudelitas, quòd propria danda aliis: nunquid & de his persuaderi erat paruæ sapientiæ, & nõ magnæ animæ? Esto autem q̃ illi dogmata per insipientiam receperint, vitam ita philosophicam agere nunquid insipientiæ fuerit? Atque ita quanto insipientior est cui persuadentur ea quæ neque philosophi philosophis persuadere potuerunt, tanto maius fit miraculum, maxime autem quando & mulieres ac serui persuadentur, & operibus declarant ea quæ Platones & omnes illi persuadere nequiuerunt. Et quid dico, quòd nemini persuaserint, quũ neque sibiipsis? Quod enim Plato non persuasum habuit contemnendas pecunias, hinc habes, q̃ tantas facultates, aureosq; annulos ac phialas possedit. Item vanam gloriam non esse expetendam, Socrates qui omnia faciebat ad gloriam spectans, neutiquam ostendit. Et siquidem illius sermones noti essent vobis, longum super ea re mouerẽ sermonem, & ostenderem multam apud illum esse ironiam, siquidem credendum est his quæ discipulus eius de eo dicit, & quomodo à vana gloria omnes eius literæ argumentum habent. At illis relictis, nobisipsis loquamur. Nam cum his quæ dicta sunt, etiam hoc est dicendũ, quia & cum periculis hæc persuadebantur. Ne igitur impudens sis, sed cogita illum noctem, neruos, hymnos. Et hoc studeamus etiam nos facere, & aperiemus nobis non carcerem, sed cœlum. Si ora-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uerimus, & cœlum aperire poterimus: Elias etiam clausit ac aperuit cœlum oratione. Est etiam in cœlo carcer. Quæcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo. Oremus per noctem, & soluemus hæc vincula. Nam q̃ preces peccata soluant, persuadeat nobis vidua, persuadeat nobis ille amicus qui intempesta nocte perseuerat ac pulsat: persuadeat nobis Cornelius, Orationes tuæ, inquit, & elecmosynæ tuæ ascenderunt coram deo. Persuadeat nobis Paulus, dicẽs, Quę
1. Tim. 5 autem vera vidua est & solitaria, sperauit in deum, et adhæret precibus die ac nocte. Si de vidua ille hæc dicit, de infirma muliere, multo magis de viris. Et iam dixi, & nunc dico, Excitemur nocte, etiamsi non multas preces facias, vnam fac cum sobrietate et sufficit, nihil amplius pete, etiãsi non sit media nox, saltẽ sub ipsum diluculũ. Ostende q̃ nõ corporis solũ est nox, sed etiam animæ. Ne sinas illam otiose transire, sed da domino hoc donum, imò & ipsum ad te redeat. Dic enim oro, quoties in graues incidimus difficultates, quẽm non rogamus? & petitionis compotes facti, respiramus. Quis tibi daret, vt paratus sit is qui rogatur ad habendum tibi gratiã, quòd rogas? Quis tibi daret, ne obambules & quæras quemnam roges: sed inuenias paratum, nec aliis opus habeas per quos roges, vt per illos preceris. Quid hoc maius? Hic
Nota. enim tunc maxime facit, quando non alios rogamus, sicut amicus germanus: & nos tunc maxime obiurgat quasi non fidamus illius amicitia, quando alios oramus qui pro nobis ad illum intercedant. Ita etiam nos facimus, quando aliqui nos rogant, tunc potissimum illis largimur, quando per seipsos & non per alios nos accesserint. Quid igitur, inquis, si offenderim? Cessa offendere, & lachrymas funde, & ita accede, & statim in primis inuenies illum propitium. Dic solum, offendi, dic ex animo & pura mente, & soluta sunt omnia. Non adeo cupis dimitti peccata tua, sicut ille cupit peccata tua dimitti. Quod enim non concupiscis tu, cogita, quia neque vigilias suscipis,

neque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neque pecunias effundis: ipse autem vt dimittat peccata nostra, vnigenito suo nõ pepercit, germano eiusdemq; solii ac potestatis filio. Vides quòd ipse magis cõcupiscit dimittere peccata tua? ne segnes simus, ne moras nectamus. Misericors est ac bonus, solum occasionẽ illi demus, idq;, ne nos inutiles fiamus ac otiosi, quamuis & absq; illa absolueret, sed sicut nos multa in ministris nostris formamus & componimus, ita & ipse multa in nostram facit salutem. Præoccupemus faciem eius in cõfessione, quoniam bonus est ac suauis & misericors. Si autem non inuocaueris ex veritate, neque volueris ex corde loqui, Dimitte, sed ex ore, quid ille faciet? Quid est in veritate inuocare? Cum electione voluntatis, cum alacritate, cum mente syncera; sicut de vnguentis dicunt, verum esse, si nihil habet adulterinum, ita & illic revera illum inuocat: & qui revera illum inuocat, tam diu assidet, nec desistit, donec assequatur. Qui autem obiter defungitur, & sic legem implet, non inuocat in veritate. Quisquis ergo fueris, ne dic, Peccator sum solum, sed etiã da operam, vt ab hac existimatione te liberes: nec dic solum, sed & dole: si doles, operam adhibes: si non doles, operam non adhibes: si nõ doles, subsannas. Quis dicens, ægrotus sum, non facit etiam omnia vt liberetur à morbo? Magna arma sunt preces. Si vos, inquit, scitis bona dona dare, multo magis pater vester. Quare non vis accedere, amat te; plus omnibus potest. Et vult & potest. Quid prohibet? nihil. Igitur accedamus cum fide, accedamus dona afferentes quæ vult, vltionis obliuionem, benignitatem, mansuetudinem. Et si peccator fueris, cum fiducia ab illo petes peccatorum remissionem, qui potest ostendere tibiipsi, quòd hoc tibi concessum sit. Sin iustus fueris, & non habes vt ab vltione desistas, nihil profuerit. Non est possibile vt homo qui dimiserit proximo non plenam remissionem assequatur. Incomparabiliter magis misericors est deus quàm nos, hoc omnibus manifestum est. Quid dicis? Si dixeris, iniuria *Luc. 11.*

affe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

affectus fui, iram domui, furoris vim pertuli propter tuum præceptum, non dimittet etiam ille? omnino vtique dimittet. Et ita si purificauerimus animã ab vltionis cupiditate, sufficiet nobis ad hoc vt audiamur, & cũ sobrietate & multa sedulitate oremus, vt obtenta ab eo copiosa misericordia, bona promissa consequamur, gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, &c.

HOMILIA XXXVII.

CAP. XVII. *Transierunt autem per Amphipolim & Apolloniam, & venerunt in Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum. Pro more autem suo Paulus intrauit ad illos, & per sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiens & allegans quod Christum oportebat pati, & resurgere ex mortuis, & quod hic est Iesus, quem ego annuncio vobis.*

ITerum paruas ciuitates transeunt, & ad maiores festinant, vnde quasi ex fontibus quibusdam, in vicinas diuulgandus sermo. Pro more autem suo intrauit Paulus in synagogam Iudæorum, quamuis dixerat, Conuertimur ad gentes: non relinquebat illos, magno enim amore prosequebatur eos. Audi enim illum dicẽtem, Fratres, expectatio quidem cordis mei, & oratio ad deum pro Israel est, vt seruetur, & oraui anathema esse a Christo pro fratribus meis. Faciebat autem hoc propter promissionẽ dei ac gloriam. Et ne offendiculum esset gentibus. *Et sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiens & allegans, quod Christum oportebat pati, & resurgere ex mortuis. Et quòd hic est Iesus ille Christus, quem ego annuncio vobis.*] Vides quod ante omnia passionem prædicat. Sic de illa non confundebantur, sed prædicabant vt salutarem. *Et quidam ex illis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo ac Silæ. Et religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresq; primariæ non paucæ.*] Summam dixit sermonum, alienus ab omni superfluitate, nõ vbique conciones totas dicendo. *Zelo autem commoti*

Rom. 9

Iudæi

Iudæi increduli, & assumptis quibusdam forensibus viris malis, & turba coacta concitauerunt ciuitatem. Et vrgentes domum Iasonis, quærebant illos vt ducerẽt ad plebem. Non inuentis autem illis, traxerunt Iasonem & fratres quosdam ad principes ciuitatis, clamantes: Hi qui orbem terrarum concitarunt, huc quoque venerunt, quos hospitio excepit dam Iason. Et hi omnes cõtra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum.] O accusationem. Iterum accusant violatæ maiestatis, & reipublicæ. Dicentes, inquit, regem alium esse Iesum. *Concitauerunt autem turbam & principes ciuitatis audientes hæc, & accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserunt illos.*] Admirabilis erat vir ille, dimisit illos, & periculo se exposuit. *Fratres autẽ statim per noctem emiserunt simul Paulum & Silam in Berrhœam. Qui quũ aduenissent, intrauerunt in synagogam Iudeorum. Hi autem qui erant generosissimi Thessalonicensium, qui receperant verbum cum omni alacritate quotidie diiudicãtes scripturas, num hæc ita se habeant.*] Generosissimi, inquit, erant, hoc est, humanissimi. Et vide non simpliciter, sed cum diligentia scrutabantur scripturas. Hoc enim est diiudicantes: volebant enim & à seipsis certissimam persuasionem habere de passione. Iam enim crediderant. Itaque multi ex illis crediderunt, etiam Græcæ mulieres honestæ, & nõ pauci viri. *Vbi autem cognouerunt Thessalonicenses Iudæi, quòd & in Berrhœa à Paulo annunciatum esset verbum dei, venerunt et illic concitauerunt turbas: statim autẽ tunc Paulum emiserunt fratres, vt iret velut ad mare: manserunt Silas & Timotheus illic.*] Vide illum & cedentem & vrgentem, & multa humana consilio faciẽtem. *Porrò qui prosequebantur Paulum duxerunt illum vsque ad Athenas, & accepto mãdato ad Silam & Timotheum vt quàm celerrime ad illum veniãt profecti sunt*] Videamus autem iterum quæ dicta sunt: Per sabbata tria, inquit, loquebatur illis, aperiens ex scripturis. Bene, quando vacabant, hoc & Christus faciebat, multum de scripturis disserens, & non semper signa faciens. Quo-

niam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

niam enim illi aduersabantur, et eum vt impostorem & incantatorem calumniabantur, ideo & ipse de scripturis disserit. Qui enim solis signis attentat persuadere, merito suspectus est. Qui autẽ ex scripturis persuadet, nõ venit in eam suspicionem. Et vbique inuenimus illum doctrinis persuadere. Sed & quũ in Antiochia doceret, congregata est ad ipsum ciuitas. Ita magnum quoddam etiam hoc est, & non paruum signum, sed vere valde magnum. Et ne putent quòd ipsi possent totum, permittit illos deus expelli. Duo enim inde proueniebant, nempe ꝙ quasi depositi nõ superbiebant, & iterum quod neque vt rei terrebantur, ita etiam singulari ordinatione vocabantur. Religiosorum Græcorum, inquit, magna multitudo, & Græcarum mulierum crediderunt, etiam viri nõ pauci. Illi autem contra faciebant. Quomodo autem dicens, Vt nos ad Gentes, ipsi autem ad circuncisionem, loquitur Iudæis? Hoc ex superabundantia faciebat. Quoniam si Iudæis loqui non opor-
Gal.2. tebat, quomodo dicebat iterum, Qui enim cooperabatur illi in circũcisione, cooperatus est & in me Gentibus. Quemadmodum enim & illi gentibus loquuti sunt, quamuis ad circuncisionem segregati: ita & hic. Et quamuis amplius hos curabat, non tamen illos negligebat, ne videantur diuisi esse. Et quomodo, dicet quis, prius ad synagogas ingreditur? Græcis persuadebat per Iudæos dum Iudæis loquitur. Sciebat enim quòd hoc ad gentes conciliandas multum valebat. Idcirco dicebat, Quoniam ego Gentiũ
1.Tim.2 sum apostolus. Et epistolæ illius omnes contra Iudæos pugnant. Quòd Christum, inquit, oportebat pati. Si pati oportebat, omnino & resurgere, multo magis mirabile hoc quàm illud. Si enim illum qui nihil iniuste egit morti exposuit, multo magis suscitauit illum. Iudæi autem increduli, assumptis forensibus quibusdam, turbarunt ciuitatem, inquit. Ita quum plures essent Græci, assumebant quosdam. Quoniam non putabãt Iudæi, se sufficere ad seditionem mouendam,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam,nec iustam causam habebāt,tumultu semper talia perficiunt,idque assumptis viris malis. Nō inuentis autem illis,inquit,traxerunt Iasonem. O tyrannidem ab ædibus sine causa illos extrahunt. Hi omnes contraria decreto Cæsaris faciunt, regem, inquit, dicentes esse Iesum. Quoniam nihil contrarium dicebant decretis,neque commouebāt ciuitatem,in aliud crimen illos ducunt, & læsæ maiestatis ac reipub. accusant. Et quid timetis,siquidem mortuus est. Vide persequutiones semper prædicationem promouere? Itaque hi erant, inquit, generosissimi Thessalonicensium, hoc est,nihil mali facientes Alii quidem crediderunt, hi autem contrarium faciunt turbantes illos. Igitur multi quidem crediderunt ex illis, etiam Græcæ mulieres. Iterum hic credunt Græci. Tu autem vide qua dispensatione fugerunt metuentes. Nónne si cessassent prædicare,etiam amplius exacerbassent? Nunc autem duo fiebant: & illorum furor extinguebatur,& prædicatio crescebat. Meritò autē et illorum malos mores ponit. Venerunt & illuc concitantes turbas: irrefrenabilem insaniam illorum insinuat. Statim autem emiserunt Paulum fratres, vt iret, inquit, quasi ad mare. Hic iam Paulum solum mittunt. Metuebant ne quid ipsi mali accideret,qui caput illorum omnium erat. Sic non vbique gratia operabatur, sed sinit illos etiam humano cōsilio agere,exuscitans illos,& in solicitudinem immittens. Vide vt Philippis seruarit solum,hic nō item. Et acceptо mandato, inquit, ad Silam & Timotheum,vt q̄ celerrime veniant ad ipsum, profecti sunt. Et hoc meritò. Nam licet Paulus erat,attamen illis opus habebat. Igitur bene in Macedoniam à deo impellebantur. Clara enim tum erat Græcia,alioqui & alia præter necessitatem faciebat: Christus præcipiebat ex euangelio viuere,hic autem hoc non faciebat. Christus nō misit illum baptizare,hic autem baptizabat. Vide quomodo conferēdus omnibus erat: Petrus in circuncisionem,hic ad gentes,& in maiorem partem.

Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et accepta satisfactione à Iasone dimiserunt illos.
Vide quomodo satisfaciens Iason emisit Paulum, &
1.Thes.1 ita animam suam pro Paulo exposuit. Hi, inquit, erãt generosissimi Thessalonicenses, hoc est, virtutibus & fide erga deum præditi. Qui scilicet susceperunt sermonem cum omni alacritate, inquit, quotidie diiudicantes scripturas, si hæc sic habeant. Non simpliciter impetu, neque zelo. Et quia maior ciuitas erat, forenses homines erant in illa. Mirabile autem non est, si in maiore ciuitate deteriores sint. Imò maxime verisimile est, in maiore esse peiores, vbi multæ tumultuum occasiones. nam sicut in corpore, quando difficilior morbus fuerit, plus habet materiæ & alimenti, Ita certe hoc loco, id quod & in Iconio factum est: & egreditur Paulus, vt & perditionis aliorum pœnam dent. Idcirco & Paulus dicit prohibentibus nos loqui gentibus. Et quare non manserunt, inquit, ibi? quare non signa fecerunt? Si enim illic vbi lapidatus est, mansit multo tempore, multo magis ibi. Quare? Deus non semper voluit illos facere signa. Non enim minus signum est, Vincere absque signo eos qui persequuntur, quàm signa facere: atque ita sicut nunc absq; signis præualet, ita & tunc vbique volebat potens esse. Itaque nec apostoli vbique ad signa confugiunt. Quemadmodum igitur & ipse dicit: nos autem prædicamus Christum crucifixum signa quærentibus & sapientiam, hæc damus quæ neque signis persuaderi possunt, & tamen persuademus. adeò magnum hoc signum erat. Igitur vide vbi extenta prædicatio, quomodo statim ad signa accurrunt. oportebat enim postea propter eos qui crediderant maiora esse signa, quàm quæ aliis fiebant, ideo & fiunt, sed recedendo & accedendo ea faciebant. Emiserunt illum quasi ad mare: Quare? vt non possit facile deprehendi. Ita enim illum eripere voluerunt, quasi per hoc magni quippiam perfecissent.

MORA-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

MORALE.

Vide quanto ſtudio, & reliqui diſcipuli erga præcipuos apoſtolos vſi ſunt, & nō quemadmodū nunc ſeparati ſumus. Separamur enim inter nos parui & magni. Alii quidem extollimur, alii autē inuidemus: propter hoc & illi inuident, quia nos inflamur et non patimur cum illis æqualiter ſalutari. Idcirco in corpore eſt moderatio qualitatum & harmonia, quia non eſt inflatio: non eſt autem inflatio, quia membra ita cōſtituta ſunt, vt ſeipſis inuicem vtantur neceſſario, & caput pedibus eget, & pedes capite. Et nobis hoc fecit deus, & neque ſic ſuſtinemus: quamuis etiam ſi hoc non eſſet, oportebat charitatem ac pacem habere. An nō auditis illos qui foris calumniantur nos, quando dicunt, Vtilitas amicitia. Laici nobis opus habēt, & nos iterum propter illos ſumus. Ita & doctor & princeps non eſſet, niſi etiam diſcipuli eſſent ac ſubditi, neq; facerent quæ ſua ſunt: ſicut terra opus habet agricolis, & agricolæ terra: ita & hic. Quam enim habet mercedem doctor, nō habens quos oſtendat à ſe edoctos? quam etiam hi qui docentur, ſi non optima fruantur doctrina? Et ita iterum ſimiliter alter altero opus habet, & principes his qui reguntur, & duces ſubditis. Principes enim multorum gratia ſunt. Nullus enim ſufficit per ſeipſum aliquid operari, ſiue ſuffragia dare oportet, ſiue conſilia & ſententias, honeſtiores fiunt à congregatione & multitudine. Exempli gratia, pauperes dantibus egent, dantes accipientibus. Iterum conſyderantes, inquit, mutuum, ad incitationem dilectionis ac bonorum operum. Propterea maiora poteſt cōmunitas eccleſiæ. Quæ per ſeipſum nullus poteſt, cum aliis poteſt. Propterea maxime neceſſariæ fiunt preces hoc loco pro vniuerſo orbe, pro eccleſia quæ in finibus, pro pace, pro his qui in calamitatibus. Et hoc Paulus manifeſtat, dicēs: Vt quod in nos beneficium, in multa perſona, per multos gratię dicantur pro nobis: hoc eſt, vt multis concedatur. Et ſæpe preces illorum petit. Vide etiam de Niniui- 2. Cor. 19.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ionæ vlt. tis quid dicit deus; Ego autem non parcerem ciuitati, in qua habitant plures quàm duodecim myriades? *Mat.18* Vbi duo vel tres sunt congregati, inquit, in meo nomine, illic sum in medio illorum. Si autem duo magna possunt, multo magis plures: quamuis vnus sis, multum valeas, sed non similiter. Quare autem & vnus es, & non facis multos? quare non es autor charitatis? quare non concilias amicitiam? Maximum virtutis encomium scis. Sicut enim deum magis exacerbat, per conspirationẽ esse malos, ita magis illum lætificat in concordia esse bonos. Non eris, inquit, cũ *Psal.13.* multis in malum. Omnes declinauerunt, inutiles facti sunt, & facti sunt quasi fœtentes in malitiis suis. Fac tibi amicos præ domesticis, præq; omnibus aliis. Si quis pacificus est, idem filius est dei, vtique multo magis & is qui amicos parat. Si is qui reconciliat, filius dei dicitur, quo nomine appellandus est qui eos qui reconciliantur amicos facit? Hanc negotiationem exerceamus. Amicos faciamus inter se qui inimici erant: & eos qui non inimici, nec tamẽ sunt amici, conciliemus & hos, & ante omnes nos ipsos. Sicut enim qui in domo inimicitias habet, & cum vxore sua dissidet, nõ est verisimile quòd alios conciliet, sed audiet, Medice cura teipsum. Ita profecto & hic dicetur. Quæ igitur sunt nostræ inimicitiæ? anima dissidet cum corpore, malitia pugnat contra virtutem. Has soluamus, hoc bellum componamus, & tunc cum pace etiam aliis loquemur, cumq; multa fiducia, non reprehendente nos conscientia nostra. Pugnat ira cum mansuetudine, pugnat auaritia cum contemptu diuitiarum, pugnat inuidia cum benignitate. Dissoluamus hoc bellum, hos inimicos deiiciamus, hos statuamus triumphos. In ciuitate nostra præparemus pacem. Ciuitas enim nobis est, & administratio, & ciues, & peregrini multi, sed peregrinorum electionem faciamus, ita vt neque domesticos corrumpamus, neque alienum & adulterinum dogma introducatur, neque carnalis sensus. Non videmus quòd si

quis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quis hostium in ciuitate aliqua capitur, quasi explorator iudicatur. Igitur peregrinorum eiectionem faciamus, imò non solum peregrinorum, sed etiam hostium, si quem viderimus, tradamus principi, menti inquam cogitationẽ illam, quæ barbara quidem est, sed ciuili veste induta. Multæ apud vos cogitationes tales sunt, natura quidem inimicæ, amictæ autẽ ouillo vellere. Sicut Persæ tiara sublata, & bracis peculiaribus quas anaxyrides vocant, & calciamentis barbaricis dimissis, alieno in habitu regionem nostram ingrediuntur, & rasi ad cutem & familiari lingua loquentes habitu bellum occultant. Si autem tormenta statim adhibueris, eum qui latet deprehendes. Ita & hic, examina sæpius talem cogitationem, & statim videbis barbaricum sensum. Vt autem in exemplo tales exploratores ostendam, quos præmittit diabolus, vt videant quomodo res nostræ habeant: age vnum despoliemus, & pro tribunali diligenter examinemus. Et si placet quosdam ex his quos Paulus deprehenderat, adducamus. Qualia sunt, inquit, quæ rationem quidem habent sapientiæ per superstitionẽ & humilitatem animi, & abstinentiam corporis, non per honorem aliquem ad satietatem carnis. Exempli gratia: Iudaismum inducere vult diabolus, itaque si inde adduceret, nihil persuaderet. Vide igitur quomodo illum efficiat? Oportet inquit, abstinentiam habere corpus, hoc ad philosophiam & bonam vitam pertinet, ne admittas cibum, sed vt caueas. Humilis ille sensus est. Rursum hæreticorum aliquis volens vos ad creaturam abducere, vide quomodo præparauit dolum. Si dixisset, Creaturam adora, captus esset. cur ita? responderetur enim, Deus conditor est. Porrò exerceamus iuxta sententiam diiudicantium scripturarum apostolicarum mentem, illuc eum ducamus, ipsi agnoscent & prædicationem, & loquacitatem. Multi lucra magna lucrifaciunt, vt habeant quod dent pauperibus. Iniusta lucra, & hæc cogitatio molesta, sed exoneremus eam, & exploremus, re- Col. 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

darguamus,ne capiamur, ſed effugientes omnes verſutias diaboli, cum diligentia ſana dogmata retinere valeamus,ſecureq; preſentem vitam tranſigere,æternaq; bona aſſequi, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui cum patre ac ſancto ſpiritu ſimul ſit gloria,imperium,honor,nunc & ſemper,et in ſecula ſeculorum,Amen.

HOMILIA XXXVIII.

Paulo autem expectante illos Athenis exacerbabatur ſpiritus illius in ipſo, quum videret idololatriæ deditam eſſe ciuitatem. Diſputabat igitur in ſynagoga cum Iudæis & religioſis,et in foro quotidie cum his qui ipſum forte adiſſent.

VIde quòd maiores tentationes habet apud Iudæos quàm apud Gentes. Athenis enim nihil tale patitur,nihil enim prẽter riſum paſſus eſt. Apud Iudæos autem multæ difficultates, adeò erant irritati. Ideo & dicit: *Paulo autem expectante illos Athenis,exacerbabatur ſpiritus illius in ipſo, quum ſpectaret ciuitatem idolis obnoxiam.*] Meritò. Vix enim alibi tot videbantur idola. *Diſputabat igitur in ſynagoga, & in foro quotidie cũ his qui forte ipſum adiſſent.*] Vide iterum differit apud Iudæos,vndique obſtruens ora eorum, qui dicebant q̃ Iudæos reliquiſſet,propterea q̃ ad Gentes ſe conuertiſſet. Mirum eſt, q̃ philoſophi ſic illo loquente nõ ſtatim deriſerunt eum,cum contumeliis,neque à prædicatione reſilierunt,dicentes: Procul à philoſophia abeſt,quia nihil faſtus habebat. Et aliter: quia neque cogitabãt, neque intelligebant ea quæ dicebantur. Quî enim poterant, quum alii ex eis corpus dicerent deum,alii vero voluptatem felicitatem? *Quidam autem Epicurei ac Stoici philoſophi conflictabantur cum eo,& quidam dicebant: Quid vult verbiſator ille dicere? Alii verò: Nouorum dæmoniorum annunciator eſſe videtur, quia Ieſum, & reſurrectionem euangelizabat.*] Etenim Anaſtaſin deam quandam eſſe putabant, quia & fœminas deas cole-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

colebant. *Apprehensum autem illum ad Ariopagum duxerunt, dicentes: Possumus ne scire, quænam noua ista, quæ à te docetur doctrina? noua enim quædam ingeris auribus nostris. Volumus igitur scire quidnam velint hæc esse.*] Duxerunt illum ad Ariopagum, non vt discerẽt, sed vt punirent. Ibi erant iudicia sanguinis. Vide igitur quomodo, etiam sub spe discendi, vbique nouam doctrinam obiiciunt. Loquacium ciuitas, ciuitas illa erat. *Athenienses autẽ omnes, & hospites qui illic versabantur, ad nihil aliud vacabant, quàm vt dicant & audiant aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Ariopagi, dicebat: Viri Athenienses per omnia ferè superstitiosiores vos video. Transiens enim & contemplãs culturas vestras, inueni & aram in qua scriptum erat, Ignoto deo.*] Quid est hoc? Athenienses, quia per multa tempora acceperant deos etiam extraneos, vt delubrum Mineruæ, & Panem, & alios aliunde, timentes ne forsan & alius quispiam esset, quem ignorarent, ipsis quidẽ nondũ cognitus, qui tamen alibi colatur, propter maiorem igitur securitatem etiam illi altare erexerunt: et quoniam non erat manifestus deus, inscriptum est, Ignoto deo. Hunc igitur Christum Iesum esse Paulus dicit: *Quem igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annuncio vobis.*] Vide quomodo ostendit, quod ipsum præoccuparint. Nihil extraneum inquit, nihil nouum affero. Multum illi obiiciebãt: Quæ est ista quæ dicitur â te doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Statim igitur suspicionem illorum aufert, ac dicit: *Deus qui fecit cœlum & omnia quæ in illo, hic cœli ac terræ dominus existens.*] Deinde ne putent vnum ex multis esse, corrigens deinceps subdit: *Non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, aliquo indigens.*] Vides quomodo paulatim philosophiam inducit, quomodo deridet errorem gentilium? *Dans vitam & spiritum, & omnia, fecitq; ex vno sanguine omne genus hominum, quod habitat super omnem faciem terræ.*] Hoc dei proprium. Vide igitur num hæc & de filio dici possint. *Præ-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

finiitq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum, vt quærerent deum, si fortassis palpent ac inueniant eum, tametsi non longe absit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus, sicut & quidam ex Poëtis vestris dixerunt. Nam huius & progenies sumus.] Hoc Aratus Poëta dixerat. Vide probationes adhibet etiam ab his quæ apud illos fiebant ac dicebantur. *Progenies igitur quum simus dei, non debemus putare auro vel argento, vel lapide arte sculpto, & inuento humano deum esse similem.*] Et certe propter hoc, inquit aliquis, debemus. Minime. Quando quidē neque nos illis similes, neque animæ nostræ. Cur autem nō rectā iuxta philosophiam ingreditur, dicens: Deus natura incorporeus est, inuisibilis, & infigurabilis? Quia superfluum videbatur iam hæc dicere ad homines quidem nondum edoctos vnum esse deum. Propter hoc illa dicere omisit, sed in quæstione consistit, ac dicit: *Et tempora quidem huius ignorantiæ quum dissimularit deus, nunc annunciat hominibus omnibus vbique vt resipiscant, eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbē in iustitia, in viro cui decreuit, fide præstita omnibus, resuscitando illum ex mortuis.*] Vide, concussa mente illorum dicendo, Statuit diem, & territa, tunc opportune adiicit hoc, Resuscitando illum ex mortuis. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabatur, inquit, spiritus illius in ipso. Nō ira hoc loco, neque indignatio est exacerbatio vel incandescentia, sed excitationem ac zelum significat. Sicut etiam alibi: Facta est, inquit, exacerbatio inter illos. Et vide, singulari ordinatione euenit, ꝙ illic expectās illos inuitus manserit. Quid igitur est exacerbabatur: pro eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim est ab ira & indignatione donum spiritus. Non ferebat, sed mordebatur. Itaque disputabat quidem in synagoga cum Iudæis, inquit, ac religiosis. Vides, vt ille iterum cum Iudeis disputat? Religiosos autem, proselytos dicit.

Aratus poēta.

Dispe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dispersi enim sunt Iudæi vbique ab aduentu Christi: nam simul & lex ab illo tempore soluebatur, & docebant homines pietatem, etiamsi ipsi nullam acciperent vtilitatem, quàm quòd habebant suarum calamitatum testimonia. Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi conflictabantur cum illo. Nõ iam legibus suis vtebantur Athenienses, vtpote Romanis iam subiecti. Et vnde voluerunt hi conflictari? quoniam videbant & alios conferentes, et hominem existimationis cuiusdam. Et vide statim cum contumelia aggrediuntur. Animalis enim homo non capit ea quæ sunt spiritus. Nouorum dæmoniorum videtur, inquit, annunciator esse. Dæmonia deos suos appellabant. Erant enim ciuitates illæ idolis plenæ. Apprehensum enim illum ad Arium pagum duxerunt, dicentes. Quare in Arium pagum illum traxerunt? vt perterreretur. Ibi enim capitales causas iudicabant, & homicidia. Possumus ne scire, quæ noua illa quæ à te dicitur doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Athenienses autem omnes, & peregrini qui illic versabantur ad nihil aliud vacabant, quàm vt dicerent vel audirent quippiam noui. Hic illud assignatur, quòd quamuis semper occuparentur in eo ꝙ audirent vel dicerent aliquid noui: attamen illa noua putabant, vtpote quæ nunquam audierant. *Stans autem Paulus in medio Arii pagi, dixit: Viri Athenienses per omnia ferè superstitiosiores vos video. Transiens enim et consyderãs culturas vestras.*] Non dixit dæmones simpliciter, sed viam parat sermoni, propter hoc dixit: Superstitiosiores vos video, propter altare. Deus, inquit, qui fecit mundum, & omnia quæ in illo: Locutus est vocem vnam, per quam omnia quæ philosophi tradebant, subuertit. Epicurei enim prouidentiam dei negantes, omnia per se ferri dicebant, & ex atomis constituta esse, Stoici autem corpus & feruorem. Ille vero dicit, opus dei esse mundum, & omnia quæ in illo. Vides quàm succinctus sit, & quàm dilucidæ breuitatis.

1. Cor. 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatis. Et vide quæ erant quæ auribus illorum ingerebat, nempe quòd deus mundum fecerit. Quæ etiam plebei nunc sciunt, hæc ignorabant Athenienses, & Athenienſium sapiẽtes. Si enim fecit, manifestum ꝙ & dominus. Vide quæ dicit deitatis esse indicia, nempe esse conditorem, id quod & filius habet. Etenim prophetæ vbique hoc dicunt, dei esse creare mundũ. Non sicut illi alium quidem esse factorem, sed non dominum, ponentes materiam ingenitam. Ibi nunc latenter dogma suum asserit, & illorum dogmata refutat. Nõ in manufactis, inquit, templis habitat: nam habitat quidem in templis, sed non in talibus, sed in anima humana. Vide, corporalem sustulit cultum. Quid igitur? non habitabat in templo, quod in Hierosolymis? Minime, sed operabatur. Quomodo igitur colebatur manibus humanis apud Iudæos? non manibus, sed mentibus. Quia illa non quærebat, qua-
Psal. 49 si opus illis habeat. Nunquid enim, inquit, comedam adipes taurorum, vel sanguinem hircorum potabo? Deinde postquam dixit, neque manibus hominum colitur: cum neque hoc suffeciſſet quòd nullo indigeat, id quod affirmabat: nam diuinum quidem & hoc, sed oportebat etiam aliud accedere; adiicit, Ipse dans omnibus vitam & spiritum, & omnia. Duas coniecturas deitatis ostendit. Et quòd ipse nullo egeat, & quòd omnia cunctis suppeditet. Confer cum his quicquid de deo Plato philosophatus est, quicquid Epicurus, & nugæ apparebũt. Dans, inquit, vitam & spiritum. Ecce etiam animæ opificem illum facit, non genitorem. Vide iterum quomodo destruit sermonem de materia. Fecitq; ex vno sanguine omne genus hominum, vt habitet super omnem faciem terræ. Hæc meliora sunt quàm quæ illi tradunt, & confundunt atomos ac hylen. Hic etiam ostendit, ꝙ non est portio, neque anima hominis deus, quod etiam illi dicunt. Non esset enim hoc esse conditorem. Dicens autem, non humanis manibus coli deum, insinuat quòd mente ac corde ei seruitur. Hic, inquit, cœli

ac

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac terræ dominus. Igitur non sunt dæmones Merici ac prouinciales, quorum partes ac prouinciæ quædã propriæ in quibus domini sunt. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in illo. Ostenso quomodo cęlum factum, ostendit quòd nõ in manufactis habitat: quasi diceret, Si Deus, omnia scilicet fecit: si autem non fecit, neq; Deus est. Dij qui cœlum & terram non fecerunt, pereant. Multo maiora quàm illi dogmata inducit, tametsi nondum adhuc magna dixisset. Nondũ enim tempus, sed tanquam pueris loquitur de conditione mundi, & dominatione dei cui nulla re opus est. Vbi autem dixit, quòd omne genus hominum ex vno sanguine fecit: manifestauit omnium bonorum autorem. Quid huic sublimitati par? Nam mirabile est, quòd ex vno fecit tot: quòd autem omnibus ille simul imperat, adhuc mirabilius. Dans, inquit, omnibus spiritum ac vitam. Quid est, quum præfinierit tempora præstituta, præfixeritq; terminos habitationis illorum, vt quærant deum, si forsan palpent illum ac inueniant? Quia nõ coactus est quis, inquit, obambulare & quærere deum. Vel si non hoc, quia decreuit vt quæratur Deus. Sed non semper hoc finiuit, sed præstitutis temporibus. Hoc autẽ dixit ostendens, quòd neq; nunc qui quæsiuerũt inuenerint, quãuis ita manifeste inueniri queat, quemadmodum si quid in medio positum palpemus. Neq; ibi quidem cœlum est, alibi non, & in hoc tempore fuit, in alio non. Et ita omni tempore, & in omnibus præfixis terminis habitationis nostræ possibile est quòd inuenia mus illum. Ita enim pulchra dispensatione inquisitionem ordinauit, vt neq; loco, neq; tempore prohibeamur. Certe & istuc ipsum maxime illis conducibile fuisset, siquidem voluissent, quòd vbiq; sit cœlum, & stet in omni tempore. Idcirco & sic dixit: Quamuis non longe sit ab vnoquoq; nostrum, sed prope sit omnibus. Quod autem dicit, hoc est: Nõ solum dedit vitam ac spiritum & omnia, sed etiã quod est summa omnium, duxit ad sui notitiam, dando hæc per quæ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

possemus illum inuenire ac comprehendere: se noluimus quærere, quãuis ante pedes esset. Non longe, inquit, ab vnoquoq; nostrum quum sit. Papè, omnibus propè esse dicit, qui in toto orbe sunt. Quid hoc maius? Vide quomodo Mericos dæmones refutat. Quid dico procul? Tam prope est, vt absque illo nõ viuamus. In illo enim viuimus, mouemur, ac sumus. Hoc dicit quasi corporali exemplo. Sicut impossibile est ignorare aërem vbique diffusum, & non longe ab vnoquoq; nostrum existentem, imò etiam in nobis existentem, ita profecto & omnium opificem. Vide quomodo omnia illius dicit esse, prouidentiam illius esse dicit ac conseruationem esse ab illo, operandi vim, actum habere & non perire. Et non dixit per illum, sed quod propius fuerit, in illo. Nihil tale dixerat Poëta ille, dicens: Huius enim & genus sumus. Sed ille quidem de Ioue dixerat, hic vero de omnium opifice assumit, & non illum hoc dicto intelligens (absit) sed quæ propriè de vero deo dicta ei adscribens. Quoniam & altare huius dixerat, non illius quem colebant. Dicta enim sunt quædam, & fiunt huic, & nesciunt Græci quòd fiant ei, sed ea ipsi de alio intellexerunt. Dic enim, de quo dicitur propriè: ignoto deo? De conditore omnium, an de dæmone? dubio procul de conditore, quamuis illum ignorarint, hunc vero scierint. Similiter etiam quòd omnia fecit, congruerit de deo dictum esse, non de Ioue scelesto quodam homine & abominabili ac mago. Ita etiam Paulus non similiter sicut ille dixit: Huius enim & genus sumus. Absit, sed alia mente. Genus enim dei nos esse dixit, hoc est, familiares, proximos, & quasi quis dicat, Proxime habitantes ac vicinos. Vt enim non iterum dicant, noua eum auribus ipsorum ingerere: nihil enim hominibus æque contrarium: ducit Poëtam in medium. Et non dixit, Non debetis putare auro vel argento deum esse similem, ô scelesti, ac impij: Sed humilius, Hoc non debemus putare, inquit. Sed super hoc. Quidnam est, Super hoc?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc? Deus, sed neq; hoc. Est enim efficaciæ nomen: verum iam hoc, nisi quòd non dicimus huic deum esse similem. Quis enim diceret? Vide quomodo incorporeum introducit. Mens enim quando suspicatur corpus, etiam distantiam imaginatur. Genus igitur existentes dei, non debemus, inquit, auro vel argento, vel lapidi sculpto arte & figmento hominis, deum esse similem putare. Iam dixerit quis: Non hoc putamus, quare igitur hæc dicit? Sed ad multos loquebatur ille, vnde & benedixit. Nam si nos sumus illis similes iuxta animam, multo magis deus. Tunc abducit illos à suspicione. Non solum autem sculpturæ artis Deus non est similis, sed neque alteri cuipiam humanæ cogitationi subiicitur. Nam vel ars, vel mens inuenit. Idcirco sic dixit: Itaque si id quod ars humana vel mens inuenit, hoc Deus, & in lapide substantia dei, quomodo in illo viuimus, & non inuenimus illum? Duplex obiectio. Et quòd illum non inuenerunt, & quòd tales inuenerunt. Minime per seipsam fide digna sententia. At vbi concussa illorum anima ostendit eos esse inexcusabiles, vide quid subdit: Tempora quidem ignorantiæ dissimulans, nunc annũciat hominibus omnibus vbique vt pœnitentiam agant. Quid igitur? Nullus horum punitur? Nullus qui pœnitentiam vult agere. de his dicit, nõ de his qui defuncti sunt, sed quibus annũciat. Non exigit à vobis rationem, inquit. Non dixit, ille despexit; non dixit, permisit: sed vos ignorastis. Dissimulauit: hoc est, non exigit pœnam, quasi digni sitis pœna. Ignorastis, & non dixit, sponte male egistis, sed hoc per superiora monstrauit, vt vbiq; pœnitentiam agant, dicens: Hic totum orbem insinuat. Vide quomodo illos abducit à Mericis, hoc est, prouincialibus diis. Quapropter statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in iustitia. Vide iterum orbem dixit, sic homines vocãs. In viro cui decreuit suscitando illum ex mortuis. Vide quomodo iterum passionẽ manifestauit, mentione facta resurrectionis. *Merici.*

Quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quòd autem verum sit iudicium, manifestum ex resurrectione. Simul enim præparata sunt. Et quòd omnia vera sint, inquit, manifestum ex eo quòd resurrexit. Et resurrexisse illum ex mortuis omnibus hanc fidem adhibet, idcq; iam manifestum.

MORALE.

Hæc quidem dicta sunt ad Athenienses, tempestiuum autem etiam vobis dici, omnibus vbiq; agendam esse pœnitẽtiam, quia præfiniuit diẽ in quo iudicaturus est orbem. Vide quomodo & iudicem illum inducit, & cum prouidentia gubernãtem mundum, & misericordem, & condonantem veniam, & potentem ac sapientem, & omnia simpliciter quæ sunt conditoris habentem. Confirmationem dictorum ponit, quoniam ille resurrexit ex mortuis. Pœnitẽtiam igitur agamus. Omnino enim iudicari oportet: si non surrexit CHRISTVS, non iudicamur: si autem surrexit, omnino iudicamur. In hoc enim & mortuus est, vt & mortuorum ac viuorum dominus sit, inquit. Rom. 14. Et iterum: Omnes enim assistemus tribunali Christi, vt vnusquisq; portet secundum ea quæ operatus est. Ne autem putes hæc esse solum verba, ecce & de resurrectione omnium introduxit sermonem. Neque enim aliter iudicatur orbis. Etiam hoc quòd suscitauit illum â mortuis, de corpore est dictum: hoc enim & mortuum erat, hoc & cecidit. Apud gentes, sicut creatio, ita & iudicium reprobatur. Hæc autem puerorum commenta sunt, & ebriorum hominum. At nos qui de his melius instructi sumus, faciamus vtile aliquid, & studeamus familiarissimi esse Christo. Hactenus inimici eius fuimus, hactenus minus suauiter erga illum affecti fuimus. Absit dicet quispiam, cur hæc dicis? Non vellem hæc dicere, nisi ea fecisletis vos. Nunc autem quæ vtilitas, si sermones taceantur, & res cum omni claritate sic clament? Itaq; quomodo illum diligemus? Dixi quidem sexcẽties, dicam tamen & nunc: modum vnum inuenisse mihi videor maximum & mirabilem, nempe vt cum eo

quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd recogitamus innumerabilia & maxima benefi-
cia, quę cõmuniter cum aliis à deo accepimus, & pro
quibus gratias habemus: recogitemus etiam singuli,
quid sibi peculiariter datum sit, recogitemus autem
id quotidie. Igitur quòd magnam hæc habeant vim,
vnusquisque nostrum apud seipsum recogitet, & di-
ligenter scrutetur, num aliquando in periculum pro-
lapsus, hostium manus effugerit, & beneficia dei quę
conscribi præ multitudine nequeunt, tanquam in li-
bro habeat: vtpote si forte ante lucem egressus in vi-
am, periculum euasit: si forte incidens in malos ho-
mines, eos vicit: si forte morbo correptus, desperanti
bus omnibus iterum cõualuit. Multum enim & hoc
valet ad conciliandum nos deo. Sanè si Mardochæus
ille ita habuit subsidiaria bona opera quæ ab ipso fa-
cta, quum venissent in memoriam regis, vt ad illam
gloriæ claritudinem perueniret, multo magis nos si
memores fuerimus. Et duorum istorum operum dili
gens faciamus examen, quid nos quidem peccaueri-
mus in deum, & quid boni ille nobis fecerit. Ita &
grati erimus, & omnia effundemus. At nullus hæc
recogitat, sed quẽadmodum de peccatis loquimur, et
se nos peccatores, peccata non in specie memorantes
& exquirentes: ita & de beneficiis dei, quòd benefe-
cerit nobis Deus dicentes, non speciatim illa exa-
minamus, non dicimus vbi, & quanta, & in quo tẽ-
pore: sed in posterum magnam faciamus diligẽtiam.
Nam si quis etiam vetera repetere potest, omnia dili
genter consideret, grandem inuenturus est thesaurũ.
Hoc etiam nobis vtile est, vt non desperemus. Nam
quando viderimus, quòd sæpe nobis præsidio fuerit,
non desperabimus, neque putabimus nos abiici: sed
ingens illius pignus accipiemus, suam erga nos pro-
uidentiam ac curam cogitantes, quòd peccantes non
punimur, sed etiam præsidio fruimur. Dicam autem
quiddam & ego, quod à quopiam audiui: Erat puer
quidam quem cum matre contigit, quum nondum
decimum & quintum ageret annũ, in agro, aëre per-

quàm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quàm corrupto, febribus laborare. Erat autem post autumnum. Et mater quidem festinauit ingredi in ciuitatem: puer vero illic iubentibus medicis & manssit, & quum flagraret febris, cœpit gargarizare, inde abstinentiam meditans, imò ignem extingui putans. Nisi autem mox quod optabat acciperet, vtputa puer existens ob intempestiuam contentionem, postea non accipiebat. Vbi autem venit in ciuitatẽ, proposita sunt ea quæ illius linguæ erãt ac sermonis, & valde diu fuit non loquens, & nihil articulatum pronuncians, sed discebat quidem lectiones, & præceptores multo tempore visitabat, omnino tamen indisertus erat, & abiecta fuit de eo spes omnis: eratq; mater dolore plena, & plurima adinuenerãt medici, multa etiam alij, sed nihil horum proderat: donec misericors Deus linguæ vinculum sanauit, & tunc conualuit, et pristinam loquẽdi facilitatem ac claritatem accepit. Narrauit autem illius mater, quòd etiam quum paruus esset puer in naribus habuerit morbum, quẽ polypum vocant, & iterum medici desperauerunt, orauitq; mater vt moreretur, & pater illi maledicebat. Adhuc enim viuebat, & iterũ omnia facta sunt difficilia. Et ille statim vnguibus fricans à foramine narium, malum illud impetu spiritus à naribus erasit, & omnes difficultates solutæ sunt. Hoc autem sedato, fluxus per oculos acutus & viscosus continenter fluebat, magnasq; & crassas lemas efficiebat, ita vt pupilla oculi obduceretur pellicula se interponente: & grauem cæcitatem afferebat, omnesq; dicebant actum esse, sed etiam ab hoc morbo statim per gratiam dei liberatus est. Et hæc quidem sunt quæ audiui, quę autem ipse scio, narrabo vobis. Mota est olim me adhuc adulescentulo, magna tyrannorum hostilitas, militibus etiam foris extra ciuitatem ad insidias positis, forte fortuito libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondum perfectum in flumen abiecerat, & captus, quum postularetur ab eo, reddere non poterat, sed ducebatur

per

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per totam ciuitatem vinctus. Et ita quum accusare-
tur dedit pœnam: tunc ego in martyris ædem profi-
ciſci volens, tranſibam per hortos iuxta flumen cum
alio quodam: ille autem viſo libro, qui in ſuperficie
fluitabat, primum quidem putabat linteum eſſe: pro-
pior autem factus, agnouit eſſe librum, & deſcendēs
recepit. Ego autem contēdebam vt de communi in-
uento, & ridens: videamus, inquit, quidnam hoc ſit.
reuoluit partem paginæ, & inuenit ſcripta magica.
Accidit autem eodem tempore militem tranſire, qui
hoc animaduertens abiit, & timere nos fecit. Quis
enim credidiſſet, quòd è flumine ſumptum ſuſtuliſſe-
mus? quum omnes tunc etiam qui non ſuſpecti dete-
nerentur: & abiicere non audebamus, ne videremur.
Idem etiam periculum erat, ſi dilaceraremus. Conce-
ſit igitur Deus, & abiecimus, & poſtea à periculis fu-
mus liberati. Et innumera dicere poſſem, ſi omnia
enumerare vellem. Et hęc propter vos dixi, vt etiam
ſi non talia, ſed alia quædam habetis, in perpetua me-
moria ſint: vt ſi lapis quidam illatus in te tortus ſu-
per te non venit. Hoc ſemper habe in memoria. Ma-
gnam hæc nobis cum deo amicitiam faciunt: ſi enim
memores beneficiorum ab hominibus acceptorum,
multum dolemus quòd nō poſſumus illis aliquid re-
pendere: multo magis hoc faciendum in his quæ à
deo accepimus. Si igitur volumus non contriſtari, *Iob. 2.*
dicamus oro: Si bona ſuſcepimus à domino, mala
non ſuſtinebimus? Et Paulus propter hoc dicebat,
vnde liberatus ſit. Vide & Iacob, quomodo hæc in
mente habebat. Ideo etiam dicebat: Angelus qui eri- *Gen. 48.*
puit me à natiuitate mea. Et non ſolū quòd eripuit,
ſed quomodo & etiam in quo cogitemus. Vide igi-
tur & illum memorē eſſe beneficiorū. In baculo meo,
inquit, tranſiui per Iordanem. Iudæi autem etiam eo-
rum quę patribus euenerant, memores ſemper erant,
repetentes ſubinde ea quæ in Ægypto facta ſunt.
Igitur multo magis nos propria, quæ nobis acci-
derunt, quoties in pericula & anguſtias incidimus,

& ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& si Deus manum nõ adhibuisset, olim periissemus. Hæc cogitantes omnes & quotidie recensentes nobiscum, gratias perpetuas habeamus Deo & omnes communiter gloriam ei demus, & glorificantes illũ ne deficiamus, vt offeramus ei cum gratitudine magnam retributionem, gratia & miserationibus vnigeniti filij eius, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XXXIX.

Audita autem resurrectione mortuorum, alij quidem irridebant: alij vero dicebant, Audiemus te iterum super hac re. Et sic Paulus exiuit de medio eorum.

CVr nã Paulus, quũ sic persuaserit, vt & Athenienses dixerint: Audiemus te iterũ super hac re, quumq; pericula non essent, festinat relinquere Athenienses? Fortassis sciebat se non magnum lucrum facturum. Et alioquin etiam à spiritu in Corinthum ducebatur. *Quidã vero viri adhærentes ei, crediderunt, in quibus erat Dionysius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum illis. Post*

CAP. XVIII *hæc autem separatus Paulus ab Athenis, venit in Corinthum, & inuento Iudæo quodam, cui nomen Aquila, qui & genere Ponticus erat, nuperque ab Italia venerat, & Priscilla vxore illius, eo quòd præcepisset Claudius separari omnes Iudæos à Roma: accessit illos, eo quòd eiusdem opificij essent: mansit apud illos, & operatus est. Erat artis illorum texere tabernacula.*] Merito Corinthum à spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim quamuis nouæ doctrinæ amatores essent, attamen non attendebant, neq; enim hoc curabant, sed vt semper haberent noui aliquid quod fabularentur, studebant. Nisi enim hic mos illorum fuisset, non dixissent: Nouorum dæmoniorum annunciator videtur hic esse. Sed hæc erant illis admodum obscura. Attamen persuasit Dionysio Ariopagitæ & aliis quibusdam. Nã illi forsan, vtpote vitæ moderatioris, citius

acceperunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

acceperunt sermonem, alij vero non item. Itaq; Paulus visus est sibi iam sufficienter iactasse pietatis semina. Iam enim potior pars vitæ illius processerat. Sub Nerone enim occisus est. A Claudio autem nūc bellum Iudæis inferri cœpit, procul adhuc, vt etiam sic castigentur. Etiam â Roma vt scelesti abigebantur. Et hoc dispensatione factum, vt vinctus illuc ducatur, & ne tanquam Iudæus expellatur, sed tāquam sub militibus agens illic asseruetur. *Et manſit*, inquit, *apud illos*.] Papê quam iustitiam inuenit vt cohabitaret? quoniam illic potissimum non oportebat accipere, vt in quo gloriantur, inueniantur sicut etiā nos. *Disputabat autē in synagoga per omne sabbatum, persuasit q; Iudæis & gentibus. Vt autē descendit à Macedonia Silas & Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis, quòd* IESVS *esset* CHRISTVS.] hoc est, vrgebant illum, & illi quidem molesti erant. Quid autem Paulus? Relinquit eos, multum q; terret. Non vltrâ, inquit, vobis erit necessarium dici sermonem: hoc tamen obscurius eis loquitur. *Contradicentibus autem illis & blasphema loquentibus, excussis vestimentis dixit ad illos: Sanguis vester super caput vestrum. Mundus ego ab hoc tempore, ad gentes vadam. Et digressus inde venit in domum cuiusdam nomine Iusti colentis deum, cuius domus erat contigua synagogæ. Crispus synagogæ princeps credidit domino cum tota domo sua. Et multi Corinthij audientes crediderunt, ac baptizati sunt.*] Vide quomodo iterum licet dicat ab hoc tẽpore ad gentes ibo, neque sic tamen illos negligit, adeoq; illud dixisse videtur, illos excitandi ergo. Et postea venit ad Iustum, cuius domus synagogæ contigua, vt etiam sic si vellent ex vicinia zelum haberent. Crispus autem, inquit, princeps synagogæ credidit domino cum tota domo sua. Et hoc plurimum faciebat ad illos adducendos. *Dixit autem dominus per visionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere, & ne sileas, eo quod ego sum tecum, & nullus adorietur te, vt affligat te, eo quòd est mihi populus magnus in hac ci-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uitate.] Vide quot rationibus illi persuadet, & quomodo id quod maxime placebat ei, vltimo loco ponit. Dices: Quomodo igitur simul aggressi sunt eum? Profecto non præualuerunt, sed ad proconsulem dum taxat adduxerunt. *Seditq; annum & menses sex, docens inter illos sermonẽ dei. Caterum quum Gallio ageret proconsulem Achaiæ insurrexerunt vnanimiter Iudæi contra Paulum, & duxerunt illum ad tribunal, dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere deũ.*] Vides quare illi semper publicas accusationes texebant, vide saltem hic. Quum illi dixissent, quòd contra legem persuadet hominibus colere deum, nihil horum curæ fuit proconsuli, sed magis defendit Paulum, & audi quomodo respondet: *Si qua esset iniuria, vel quod facinus malum contingens ciuitatem ó Iudæi, meritò sustinerem vos.*] Iustus ille homo mihi esse videtur, & manifestum est ex his quæ respondet. Quum autem Paulus aperturus esset os suum, dixit Gallio ad Iudæos: Siquidem esset iniuria, vel facinus malum ô Iudæi, merito sustinerẽ vos. Si autem quæstio est de sermone & nominibus, & lege vestrate, videritis ipsi. Iudex enim ego huius esse nolo. Et abegit illos à tribunali. *Omnes autem Græci apprehensum Sosthenem synagogæ principem verberabant ante tribanal, neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.*] Et hinc iterum iustitia viri monstratur: nam quum ille verberaretur, non censuit priuatam iniuriam esse. Adeo impudentes erant Iudæi. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: Audita autem resurrectione mortuorum, alij quidem subsannabant, alij vero dixerunt: Audiemus te iterum. Quàm magna & sublimia audierant? & nec sic attendebant, sed irridebant. Resurrectionem autem irridebant: animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Et ita, inquit, exiit Paulus é medio illorum. Ita. Quomodo? aliis quidem persuasis, aliis vero non credentibus. Digressus autem ab Athenis, inquit, venit Corinthum. Et inuento quodam Iudæo, cui nomen

Aquila

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aquila, qui genere Ponticus nuper venerat ab Italia, mansit apud illos & operabatur. Vide quomodo lex incipit iam solui. Iudæus enim quum esset rasus postea in Cenchreis, in Syriam proficiscitur cum Paulo, neque in Hierusalem, neque in vicina ire festinat, sed valde procul. Apud illum igitur manet, & non confunditur manere, sed manet: imò propter hoc ipsum manet, quia commodum diuersorium nactus erat, & quauis regia magis idoneum. Nec rideas dilecte. Sic enim palestra pugili magis vtilis quàm molles lecti, & militi ferreus gladius magis quàm aureus probatur. Et operabatur prædicans. Erubescamus nos, qui etiam absque prædicatione viuimus ociose. Disputabat autem in synagogis per omne sabbatum, persuasitq; Iudæis ac Græcis. Contradicentibus autem eis ac blasphema verba dicentibus, discessit. Hac ratione sperans illos magis attrahendos discessit. Quare enim elegit illa relicta migrare in domum synagogæ cõtiguam, nónne propter hoc? neque enim periculum videbat ibi. Testificans illis inquit, non iam docet, sed testificatur. *Contradicentibus autem illis*, inquit, *excussis vestibus dixit: Sanguis vester super caput vestrum.*] Hoc facit, vt non solo verbo, sed etiam opere terreat: & vehementius disserit, vtpote multis persuasis. *Mundus sum*, inquit, *ego. Ab hoc tempore ad gentes ibo.*] Igitur & nos rei sumus sanguinis eorum, qui nobis concrediti sunt, negligentes illos. Atque adeo quando dicit: In posterum negocium mihi nullus faceſſat: terrendi causa hoc dicit. Non enim sic illos terrebat pœna, vt hoc cruciabat. Et digressus illinc venit in domum Iusti. Transit volens illis persuadere quòd ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus credidit, inquit, cum omni domo sua. Vide fideles cum tota domo hoc facere. Hoc autem facto statim & alij multi credentes baptizati sunt. Hunc dicit synagogæ principem, de quo scribens, inquit: Nullum aliũ baptizaui, nisi Crispum & Caiũ. 1. Cor. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Opinor autem hunc etiam Sosthenem dici, qui intãtum fidelis fuerit, vt etiam percussus sit & Paulo semper affuerit. *Dixit autem dominus per visionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere.*] Ea propter multo tempore manet illic. Nam persuasit quidem illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior. Maius enim periculum fuit postea etiam pluribus credẽtibus & synagogæ principe. Ne timeas, inquit. Hoc ad excitandum sufficiebat, quia redargutus est timens: vel non redargutus, sed confortabatur quasi nihil passurus. Non enim semper illos affligi sinit, ne infirmiores fiant. Nihil enim ita contristabat Paulum atque increduli & contradicentes: Hoc etiam periculis ei grauius fuit. Et ne fileas, inquit, eo quòd mihi populus multus est in hac ciuitate. Fortasis etiam propter hoc illi apparet CHRISTVS. *Quum autem Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerũt vnanimiter Iudæi contra Paulum.*] Vide post annum & sex menses aggrediuntur, quando non iam poterant propriis legibus vti. Hoc maximè inflauit Corinthios, quòd maxime persuadebantur, quia neque princeps sese demittit ad talia. Non enim idem erat ex contentione contendere, & scire: quia neque curæ erant illi hæc negotia. Et considera quàm sapiens ille fuerit. Non enim statim dixit respondens: Non est mihi curæ. Sed quid? Igitur si qua iniustitia, vel quod facinus malum ô Iudæi, merito sustinerẽ vos. Si autem quæstio est de sermone & nominibus, de ꝑ lege vestrate, vos videritis. Iudex enim horum ego nolim esse. Semouit illos à tribunali. Clara facta est victoria. Apprehensum autem Sosthenem synagogę principem percutiebant coram tribunali. Et nihil horum Gallioni curæ erat. O confusionem qua confusi sunt. Et nihil horum, inquit, Gallioni curæ erat, quamuis hoc totum in ipsius cõtumeliam fuerit, sed quasi inde potestate accepta percutiunt ipsi facientes indiscreti furoris per confusionem opus. Et quare ille non repercussit, quum & ipse potestatem habuerit?

rit? sed docebantur modestè & patienter viuere, & non referire, vt & iudex discat quis sit mansuetior. Non parum hoc profuit præsentibus. Docuit enim horum æquitas, & illorum temeritas, quòd talia iudiciariam sententiam postulant. At hi omnia citra ordinem faciunt. Et non dixit: Non oportet, ne percutiant illum, sed nolim. Iudex enim horum, inquit, ego esse nolim. Adeo æquus erat vir. Hoc & Pilatus dicebat de Christo: Accipite illum vos, & iuxta legem vestram iudicate. Ille quidem secundum legem volebat iudicare eos: ipsi autem quasi ebrij, & insanientes affecti erant. Propter hoc digressus est ab Athenis, quoniam populus multus erat illic. Verberabatur, & nihil dicebat. *Ioan.18.*

MORALE.

Hunc & nos imitemur. Referiamus percutientes mansuetudine, silentio, longanimitate. Difficiliora sunt hęc vulnera. Maior plaga & onerosior. Grauius enim est percutere animam quàm corpus. Multos percutimus, sed vt amici, & delectantur: sed quem percusseris cum contumelia, quoniam cor tetigisti, valde cõtristasti. Ita magis cor illorum percutimus. Quòd autem mititas magis verberet quàm temeritas, age demonstremus quantum possibile est sermone. Manifesta enim demonstratio per opera & experientiam est. Si autem videtur etiam sermone examẽ faciemus, quamuis sæpius etiam fecerimus. In contumeliis nihil ita nos contristat, vt eorum qui nos vident sententia. Non enim æquale est publicè contumelia aspergi & priuatim, sed illas quidem priuatas contumelias facile ferimus, quãdo in solitudine, quando nemo conscius, & sine teste hoc patimur: & siquidem quis honoret coram omnibus contumelia afficiat priuatim, etiam gratias habebimus. Itaque quod triste, non est natura contumeliæ, sed in sententia spectantium, vt ita non videatur contemptibilis esse. Quid igitur, si hæc pro nobis sit? nónne qui contumelia afficit, ignominiosus fit, quando pro no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis ſententias fert? Vtrum contemnunt præſentes, eum qui contumelia afficit, an eum qui contumelia afficitur, & ſilet? Furenti enim videtur eum qui cõtumeliis afficitur contemni. nunc igitur quando puri ab affectione ſumus, conſideremus, ne tunc corripiamur. Vtrum condemnamus omnes? manifeſtum quòd eum qui contumelia afficit: & ſi minor quidem ſit, inſanire illum dicemus: ſin par honore, deſipere: ſi autem maior, neque ſic approbabimus. Vter enim approbatione dignior, is ne qui tempeſtatibus agitur, in turbulentia verſatur, exaſperatus erga communem naturam ſic afficitur: an qui in tranquillitate & portu, ac bona animi conſtitutione ſibi imperat? Nonne hic quidem angelo, ille vero nec homini ſimilis eſt: & ille neque propria mala ferre poteſt, hic etiam aliena: hic ſeipſum ferre non potuit, ille & alium: ille naufragatur, hic ſecurus nauigat, naue eius ſecundis ventis fruente. Non enim in vela ſua irruere furoris ſpiritum permiſit, qui mentis nauem ſubuertat, ſed afflantur illa à tenui blandaq; aura, quæ eſt patientiæ ſpiratio, ipſum ad philoſophiæ curſum cum magno ſilentio ducens. Et ſicut nautæ in naufragio neſciunt quæ abiiciunt, ſi â ſuis & ab alienis depoſita receperint, ſed omnia quæ poſita in naue ſimiliter eiiciunt, tam precioſa, quàm non precioſa: vbi autem ceſſarit tempeſtas, tunc cogitantes quanta eiecerint, lachrymantur, & propter iacturæ damnum ſerenitate non gaudent: Ita & hic, quando ira ſpirat, excitaturq; animi tempeſtas, neſciunt quæ ſuo ordine eiicere debeant: vbi verò ira ceſſauerit, tunc cogitantes qualia effutiuerint, conſiderant damnum, & quietem non ſentiunt, memores verborum per quæ confuderunt ſeipſos damnumq; maximum paſſi ſunt, non in pecunia, ſed in exiſtimatione manſuetudinis ac humanitatis. Profecto ira tenebroſa eſt. Dixit enim inſipiens in corde
Pſal. 13. ſuo non eſt Deus. Forſan & de eo qui ira exaſperatur hoc dicere tempeſtiue poterit quis. Dixit iratus, non eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est Deus: nam ob nimiam iram suam illum non quæ-
rit. Pia enim cogitatio ingressa, omnes repellit & ab-
icit sinistras. An non tu magis doles, quàm is qui
contumelia afficitur? Contumelia proscinde alium,
& vide vel nemine accusante, an non conscientiæ tri
bunal priuatim te flagellabit acriter? Quando enim
audis, quòd is qui contumelia afficitur, nullum ma-
lum verbum loquutus est: nónne hac ratione tu ma-
gis doles? Dic oro, quomodo manfuetum, humi-
lem, & æquum innumeris abluere conuitiis ausus es?
Hæc subinde dicimus, sed non videmus eos qui id
opere præstent. Homo enim quum sis, hominem
contumelia afficis, seruus conseruum? Sed quid hoc
admiror, quandoquidem multi sunt, qui & deum
contumelia afficiunt. Hæc vobis qui contumelia
afficimini, cõsolatio est. Contumelia afficimini, cõtu
melia afficitur & Deus: exprobramini, exprobratur
& Deus: conspurimini, sane nobiscum communica-
uit etiam dominus noster. Numquam autem contu-
meliam vt iniuriam intulit. Et ita nos sumus qui
communicamus Christo, non vos. Ferre enim eum
qui contumelia afficit, dei est: contumelia autem affi-
cere immeritum, dæmonibus congruit. Videte duas
partes: dæmoniũ habes, dictũ est Christo. Alapa cæ- *Ioan.8.*
sus est à seruo principis sacerdotũ. Itaq; qui cõtume-
lia afficiunt, cum illis stant. Merito. Nam si Petrus
& satanas dictus est propter vnum verbum, multo *Mar.6.*
magis hi Iudei dicentur, si eadem quæ Iudæi faciunt:
sicut & illi diaboli filij, quoniam opera diaboli ope-
rabantur. Contumelia afficis. Quis existens, dic oro,
imò propter hoc contumelia afficis, quoniam nihil
es. Nullus enim qui homo est, contumelia afficit.
Atque ita quod in rixis dicitur: Tu quis es, è diuerso
oportebat dici: Contumelia affice, nihil enim es.
nunc vero dicentibus vobis, quis es qui contumelia
afficis, quasi melior te sit per omnia audit, quamuis
contrarium dicendum erat. At quoniam nos male
rogamus, propter hoc & illi male respondent, atque

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adeo nos autores sumus, quasi magnorum virorum sit contumelia afficere, sic dicentes, quis tu qui contumelia afficis? Idcirco & illi sic respondent. Contrarium dicere oportebat, contumelia afficis, contumelia affice; nullus enim es. Ad eos autem qui contumelia non afficiunt, Quis es tu, dicere oportebat, qui contumelia non afficis? Transgressus es humanã naturam. Hoc est nobilitas, hoc libertas, nihil illiberale loqui, etiam de eo qui meretur asperius tractari. Dic autẽ oro, quot sunt qui non indigni vt occidantur? At tamen per se iudex hoc non facit. Si autem iudex nõ dignatur per se loqui homini malo, sed per præconem quendam hoc agit: multo magis nos eos qui in pari honore sunt, contumelia afficere non oportet. Non enim contumelia afficiendo illis meliores reddimur, sed si doceamur quòd ipsos nos contumelia afficimus. Itaque malos propter hoc non oportet contumelia afficere: bonos autem etiam aliam ob causam, quia non merentur, & tertiam, quia non decet esse contumeliosum. Nunc autem vide quæ fiant. Homo contumelia afficitur & iritatur: est etiam homo qui iritat, & spectatores sunt homines. Quid igitur? expectandum est, vt bestiæ se interponant, & rixam hanc dirimant? hoc enim fit relinquum. Quando enim qui oblectantur iniustitia, sunt homines, ad bestias pacificandi officium attinet: sicut dominis pugnantibus in domo, seruorum fuerit illos conciliare. Hoc enim rei natura postulat, licet hac ratione non facile successerit. Ita hac quoque parte facis iniuriam: & meritò. Neque enim homo es. Ea propter magnum aliquid videtur esse contumelia, & videtur magnis congruere. Seruis autem magis congruit, sicut bene loqui decet liberos. Sicut enim male facere illorum est, ita & bene facere horum. Contumelia est ancilla fur, quæ clàm ea quæ sunt domini surripit: & vt ita dicam, sicut fur qui ob hoc vnum venit, vt vbique sublegat, circũspicit, vt vbiq; aliquid exportet. Forsan & alio quopiam exemplo eam depingemus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gemus. Quemadmodum si quis vasa immunda furetur è domo, & ea coram omnibus educat, non confundunt furtim sublata intantum, quantū ipse seipsum. Ita accidit & conuitiatori. Iectis enim coram omnibus, immundis verbis, non alios confundit, sed seipsum per verba, productis talibus, & coinquinata ipsius tum lingua tum mente. Idem enim fit, quando cū malis pugnamus, ac si quis stercore oblitū percutiat, qui dum illum ferire studet, suas ipse manus contaminat. Hæc sanè oro omnia cogitantes fugiamus damnum quod inde oritur, & modestam habeamus linguam, vt puri existentes ab omni contumelia, possimus præsentem vitam diligenter perficere, et bona diligentibus deum promissa assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XL.

Paulus autem expectans dies multos, vale dicto fratribus abnauigauit in Syriam, & cum Priscilla ac Aquila, posteaquam raserat caput in Cenchreis, habebat enim votum.

VIde quomodo lex soluta est, vide quómodo conscientia detinebantur. Iudaicum erat capita radi ex voto, veruntamen oportebat etiam sacrificium fieri, quod nō est factum. Post verberatum Sosthenem oportebat abire illum, ideo & festinat, & quum orarent vt apud ipsos maneret in Epheso, non annuit. Quare igitur iterum in Antiochiam venit? Digressus enim, inquit, & salutata ecclesia peruenit Antiochiam. Tenebatur humana quadā affectione erga ciuitatē illam. Ibi enim appellati sunt discipuli Christiani. Ibi traditus est gratię dei, ibi negotium dogmatis absoluit. Et ipse quidē in Syriam abnauigat, hos autem reliquit in Epheso. Merito, vt puta docturos: quia tanto tēpore secum versati erāt, multa didicerant. Attamen illos nondum à Iudaica

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

consuetudine abduxerat. Ecce & mulier idem quod viri, facit ac docet. Propterea prohibetur in Asiam venire, opinor quia ad ea quæ vrgebant impellebatur. Vide saltem hoc loco & rogatum illum vt maneat, & non morem gerentem: quoniã festinabat abire. Certe non simpliciter illos dimisit, sed cum promissione. Et quo pacto audi. *Deuenitq; Ephesum, et illos ibi reliquit. Ipse autem ingressus in synagogam disputauit cum Iudæis. Rogãtibus autem illis, vt ampliore tempore maneret apud illos, non annuit, sed valedixit eis, dicens: Oportet me omnino festum quod instat agere in Hierusalem. Iterum autem reuertar ad vos deo volente, & soluit ab Epheso. Et cum peruenisset Cæsaream, ascendissetq; & salutasset ecclesiam, descendit Antiochiam. Et facto ibi multo tempore, exiuit: transiuit deinceps per Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos.*] Vide iterum venit ad loca in quibus antea fuerat.

Iudæus autem quidam Apollo nomine Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis.] Ecce & eruditi emittuntur prædicare, & discipuli esse incipiunt. Vides incrementum prædicationis? Hic erat edoctus viam domini, & feruens spiritu loquebatur, & dicebat diligẽter de domino, sciens solum baptisma Ioannis. *Hic cœpit liberè annũciare in synagoga. Audientes autem illum Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligenter prædicauerũt viam dei.*] Si ad baptisma Ioannis solum crediderat hic, quomodo spiritu feruebat? nondum enim datus erat sic spiritus. Si autem qui post illum, opus habuerunt baptismate Christi, multo magis ille. Quid igitur dicendum? neque enim vtrunque simpliciter ponit scriptor. Mihi videtur ille esse vnus ex centum viginti, qui cum Apostolis baptizati. Vel si non est hoc, factum est idem cum hoc quod & cum Cornelio, sed non baptizatur antequam diligentius ei exposuerũt. Hoc autem esse mihi verum videtur, quia & baptizari illum oportebat, quoniam duodecim alii nihil

pere-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perfectum sciuerunt, neque ea quæ de Iesu. Merito autem & ille baptizabatur. Veruntamen si illi post baptisma Ioannis iterum baptizabantur, oportebat etiam discipulos hoc facere. *Volente autẽ illo transire in Achaiam, exhortati sunt fratres, & scripserunt discipulis vt reciperent illum: qui vt aduenit, contulit multum his qui crediderant per gratiam. Vehementer enim Iudeos reuincebat publice, monstrãs per scripturas Iesum esse Christum. Factum est autem quum Apollo esset in Corintho, vt Paulus peragratis superioribus partibus, veniret in Ephesum, & inuentis discipulis quibusdam, dixit ad illos: Num spiritum sanctum accepistis, posteaquam credidistis? Illi autem dixerunt ad illum: Sed neque an sit spiritus sanctus audiuimus. Dixitq; ad illos: Ad quid igitur baptizati estis? Illi autem dixerunt: In baptisma Ioannis. Dixitq; Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismo pœnitentiæ populo dicens, vt in eum qui post ipsum venturus esset, crederent: hoc est, in Christum Iesum. Vt autem audiuerunt, baptizati sunt in nomine domini Iesu Christi. Et postquam imposuit Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, loquebanturq; linguis, & prophetizabant. Erantq; omnes viri quasi duodecim.*] Multum hi ab illo differebant, neque spiritum sanctum esse scientes. Hi igitur qui & diligentius illi exposuerant viam domini, præmittunt etiam literasq; addunt. Igitur volebat & ille in Achaiam venire: antea autẽ quàm exhortati sunt fratres, & literas dant ei, non recedit. Qui vt venit, inquit, contulit multum his qui crediderunt. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens per scripturas esse Christũ Iesum. Hinc quàm potẽs erat in scripturis Apollo ostendit. Nam Iudæis quidem valde os obturauit. Hoc enim est quod inquit, reuincebat: vnde & fideles confidentiores magis fiebant, & stabiliores in fide. *Factum est autem vt Paulus transiuit per superiores partes, venit Ephesum*] Hæ autem sunt quæ iuxta Cæsaream & ciuitates reliquas. Et inuentis quibusdam discipu-

CAP. XIX.

lis,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis, dixit ad illos: Num ſpiritum ſanctum accepiſtis poſtquam credidiſtis? Quòd neque in Chriſtum crediderant hi, manifeſtum ex eo quod Ioannes dixerat, vt credant in illum qui poſt ipſum venturus. Et non dixit: Nihil eſt baptiſma Ioannis, ſed imperfectum: & neque hoc addidit ſimpliciter, ſed vt doceat ac perſuadeat illis in nomine Ieſu baptizari, quod & faciũt & ſpiritum accipiunt, impoſitione manuum Pauli. Impoſitis enim, inquit, illis Pauli manibus, venit ſpiritus ſanctus ſuper illos. Et ita hi quibus manus imponit, ſpiritum accipiebant. Veriſimile igitur illos ſpiritum habere, ſed non apparere, ſed efficacia, & linguarum loquutione nunc declarabant. Sed videamus iterum quæ lecta: Paulus abnauigauit in Syriam, inquit, & cum illo Priſcilla & Aquila, quos etiam vt peruenit Epheſum, reliquit ibi: vel q̃ non volebat circumducere illos, & propter hoc reliquit, vel magis vt doctores maneant Epheſiis. Ipſi autem poſtea habitarunt in Corintho, quibus etiam teſtimonium dat, Romanis ſcribens. Vnde mihi videtur poſtea illos Romam veniſſe, vtputa conuerſantes multum in illis locis, vnde eiecti ſub Nerone. *Et peruenit*, inquit, *Cæſaream, cumq; aſcendiſſet ſalutatis eccleſiis venit Antiochiam: factoq; ibi tempore quodam exiit, tranſiens Galaticam per ordinem regionem ac Phrygiam.*] Mihi videntur adhuc & fideles illis congregari. Neq; enim ſtatim relinquit. Vide autem quomodo ad illos feſtinat, & ad has regiones iterum tranſit, & ita aduentu ſuo diſcipulos firmat. *Iudæus autem quidam*, inquit, *Apollo nomine, peruenit Epheſum, qui potens erat in ſcripturis.*] Valde alacer erat, vnde & legationes obis in hoc negotio. Qui vt venit, inquit, in Achaiam, vehementer reuincebat Iudæos publice. De hoc ſcribens dicebat: De Apollo autem fratre. Nam publice quidem redarguere, libertatem eius in dicendo monſtrabat: vehementer vero, virtutem manifeſtabat: ex diuinis autem ſcripturis; exercitationẽ comprobabat. Neque enim dicendi libertas aliquid conducit, vbi non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non est facultas, neque facultas, vbi non est fiducia. Itaque nō sine causa reliquit Aquilam in Ephesо, sed propter Apollo forsan hoc spiritus dispensauit, vt & fortior ascenderet Corinthum. Et cur nam huic quidem nihil fecerunt, Paulo autem insidiantur? Sciebāt enim q̄ ille princeps esset, vel q̄ magnum nomē viri erat. Assumentes autē, inquit, illum Priscilla et Aquila diligentius ei exponebāt viam domini. Vide quomodo omnia fide fiebant, & nusquam odium, nusquā inuidia. Aquila docet, imò autem & hic docetur. Etenim simul aliquanto tempore conuersantes, sic edocti fuerunt, vt etiam ad alios docendos fierēt idonei. Quum igitur vellet transire in Achaiam, scripserunt discipulis, vt suscipiant illū. Cuius gratia literas mittunt, interpretatur. Vt illum, inquit, suscipiant. Et vnde manifestum, quòd illi quum in Ephesо essent baptisma Ioannis habuerint? quia rogati, in quo baptizati estis? In Ioannis dicunt baptismo. Forsan tunc pe regrè iuerant Hierosolyma, & abierunt, & baptizati sunt: sed etiam baptizati non crediderunt in Iesum. Et non dicit illis: Creditis in Iesum? Sed quid, Num spiritum sanctum accepistis? Sciebant enim q̄ nō habebant, & vult illos fateri, vt agnoscāt quid ipsis desit & petant. Et quum imposuisset, inquit, Paulus illis manus, venit spiritus sanctus super illos, & loquebantur linguis ac prophetabant. Ab ipso baptismo prophetant. Hoc autem Ioannis baptismus non habebat. Ideo & imperfectus erat. Vt autem talibus digni fierent, prius illos præparauit, atque hoc volebat Ioannes baptizans, vt crederent in eum qui post se venturus. Hinc ostenditur dogma magnum quod perfectè purgātur â peccatis qui baptizantur. Nisi enim purgarentur, non accepissent illi spiritum, non tam statim consequuti essent charismata. Et vide quòd duplex donum fuerit, & linguæ, & prophetiæ. Bene autem dixit: Baptisma pœnitentiæ, quod Ioannis est, & non remissionis, adducens illos & suadens, quod absque ea sit illud. Posterius enim dati baptis-

matis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

matis opus, est remissio. Et quomodo qui acceperant spiritum non docebant, sed Apollo nondum accepto spiritu? Quia nondum erant ita feruentes, neq; initiati: ille autem & edoctus erat, & valde feruens. Vt autem mihi videtur, quamuis multa esset libertas viri, diligenterq; loqueretur ea quæ de Iesu, attamen opus ei erat adhuc exactiore doctrina. Sic quamuis nesciret omnia, ob alacritatem spiritum sanctum cõsequutus est, sicut etiam Cornelius. Forsan multi desiderant, vtinã & nunc esset Ioannis baptisma: at sic multi neglexissent vitam virtutibus claram, vel etiã approbaretur propter donum hoc, & non propter regnum cœlorum. Et aliter, Multi facti essent pseudoprophetæ: & non vltra valde probi apparuissent, neque beati habiti essent, qui fidem simpliciter suscepis-
Ioan.20 sent. Igitur quemadmodũ ii qui nõ viderunt & crediderunt, beati: ita & qui absq; signis crediderunt. Dic oro mihi, nõne exprobrans Iudæis dicebat Christus: Nisi videritis signa, non credetis?

MORALE.

Igitur nihil damni erit nobis, si attendere voluerimus nobisipsis. Summam bonorum habemus per baptismum, remissionem peccatorum accepimus, sanctificationem, spiritus participium, adoptionem, vitam æternam. Quid vultis magis? signa? sed abolen-
1. Cor.13 tur. Fidem habes, spem, charitatem, hæc manent: hæc quære, hæc signis sunt maiora. Nihil æquale charitati: maxima omnium charitas, inquit. Nunc autem periclitatur: nomen enim illius reliquum est, opus minime, sed diuisi sumus inter nos. Quid igitur quis fecerit, vt charitate aliis connectatur? Nam reprehendere quidem facile est, sed id dimidium & imperfectum est. Oportebat igitur ostendi, quomodo amicitia efficiatur. Hoc enim est, quod nobis curæ, quomodo membra diuulsa congregemus. Non enim hoc est quod quæritur simpliciter, an vnam ecclesiam habeamus vel dogma: sed hoc graue est, quòd in aliis quidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem communicamus mutuum: in neceſſariis autem, non item. Et cum omnibus pacem habentes, inter nosipſos ſeditioſi ſumus. Non enim hoc ſpecta, quod non quotidie prælia committimus; ſed quod neque charitatem habemus ſynceram & immobilem. Nobis opus eſſet & vulnerum obligationibus & oleo. Conſyderemus ſignum eſſe, quo diſcipuli Chriſti internoſcuntur, charitatem, ſine hac nihil valere alia, rem hanc ſi voluerimus, minime moleſtam eſſe. At dicis: Scimus quidem hæc, ſed qua ratione huc perueniemus, vt illa corrigantur, & conſtet inter nos amicitia? Primum abiiciamus è medio ea quæ charitatem tollunt, & tunc etiam hanc firmabimus. Nullus ſit qui vltionem deſideret, & malum alteri meditetur, nullus ſit inuidus. Hæc enim dilectionem prohibent. Alia autem ſunt, quæ illam nobis exhibent. Nec ſufficit tollere quod obeſt, ſed adhibenda etiam ſunt quæ eam conſtituant. Itaque Si- *Eccl. 22*
rach dicit, ea quæ illam auferunt, & non ea quæ conciliant: Exprobrationem dicens, & arcanorum reuelationem, & doloſam plagam. Sed ab illis, vtpote carnalibus, merito proueniunt talia. Abſit autem vt apud nos hæc fiãt. Nõ ab his, ſed ab aliis vos inducemus. Nihil nobis eſt abſque dilectione ſuaue, licet ſint innumera bona, ſed quæ illorum vtilitas? Sint diuitiæ, ſint delitiæ abſque amicitia, & quod lucrum? Nulla poſſeſſio etiam in ſecularibus negotiis honeſtior, quàm hæc: quemadmodum ſcilicet nihil moleſtius his qui hoſtili in ſe ſunt animo. Chari- *1. Pet. 4*
tas multitudinem peccatorum tegit: inimicitiæ autẽ, etiam ea quæ non ſunt ſuſpicantur. Non enim ſufficit non eſſe inimicum, ſed oportet etiam amare. Conſydera quòd Chriſtus iuſſit, ac ſufficit hoc. Etiam afflictio facit amicitias & congregat. Quid igitur, inquit, nunc? Quia enim afflictio non eſt, quomodo erimus amici? Non habetis, dico vos, amicos alios? quomodo illorum eſtis amici? quomodo permanetis? Iam nullus nullum habeat inimicum. Non eſt hoc

par-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parium, nullus inuideat. Non potest qui non inuidet calumniari. Vnum habitamus orbem terrarum omnes, iisdem alimur fructibus. Sed hæc parua sunt, iisdem sacramentis eiusdem spiritualis cibi alimur. Hæc sanè amicitiæ symbola sunt, & dilectionem requirũt. Quomodo igitur, inquit, feruentius inter nos afficiemur? Quid facit amorem corporum? Corporis luculẽtia & formositas. itaq; & animas faciamus pulchras & luculentas, & erimus inter nos mutuũ amatores. Non enim solum oportet amare, sed etiam amari. Primum hoc curemus, vt amemur, eritq; secundũ factu facillimum. Simus pulchri ac boni, & hoc efficiemus, & ita semper habebimus amatores. Nullus curet pecunias possidere, seruos, domus: sed cura vna
Pro. 22. sit, vt diligatur, vtq; nomen bonum habeat. Melius est enim nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: quandoquidem illud quidem manet, hæ autem dispereũt: & has quidem parare possibile est, illud autem difficile. Nam qui semel infamia laborare cœpit, ægrè illam abluet. Pauper autem facile nomen diuitis habebit. Sit qui multas talentorum myriades possideat, abundantior illo erit, cui centum sunt amici. Ne igitur hoc obiter curemus, sed vt negotiationem quandam vtilissimam. Et quomodo possumus, inquit? Faux dulcis multiplicat amicos, & lingua gratitudinis studiosa. Possideamus mores puros, & os bene loquens: nec erit possibile, vt is qui sic afficitur, lateat. Vide quanta externi homines amoris conciliamenta excogitarunt, adoptionem, viciniam, cognationem, proles. Sed his omnibus, ea quæ apud nos, sunt maiora. Mensa ista magis reuerenda est. Multi autem ex his qui accedimus, neque nos mutuum nouimus. Multitudo, inquit, hoc facit. Minime, sed nostra ignauia. Tria millia erant, & quinque millia: & omnes habebant animam vnam. Nunc autem vnusquisq; fratrem ignorat, & non erubescit, multitudinem prætexens. Iam qui multos amicos habet, à nullo capi potest. hic quouis tyranno est fortior, non sic

regem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regem satellites custodiunt, vt hunc amici, & est hic illo longe clarior: nam ille quidē à seruis custoditur, hic autem ab his qui in pari honore sunt: & ille quidem ab inuoluntariis & metuētibus, hic autem à volentibus, & nihil metuentibus. Et est videre mirabilem rem, in multis vnum, & in vno multos. Et vt in cithara varias quidem voces habes, vnam autem harmoniam: & vnus musicus est, qui citharam in manum sumit: Sic hoc in loco, Cithara quidem est charitas ipsa: voces sonātes, verba quæ ad charitatem conciliandam pertinent, omnia vnam & eandem reddentia consonantiam. Musicus vero est charitatis vis: illa dulcem melodiam pulsando affert. Vellem te ducere in ciuitatem talem, siquidem possibile, vbi anima vna esset, & videres quomodo quauis cithara & tibia consonantius ac suauius omnia sonent, nihilq; absurdi sit. Hæc melodia & deum & angelos lætificat, hæc totum cœleste theatrum excitat, hæc & dæmonum furorem compescit, & affectionum denique impetus. Hæc melodia nō solum affectiones commulcet sed nec exurgere finit, magnumq; silentium facit: quemadmodum etiam in spectaculo musicorum chorus: omnes enim tum cum silentio audiunt, & nemo interturbat. Ita & inter amicos dum charitas citharam pulsat, omnes affectiones silent ac dormiscunt, quasi bestiæ blanditiis demulsæ ac mitigatæ: sicut in inimicitiis, contrà eueniunt omnia, sed de illis nunc nihil loquamur, de amicitia dicamus solum. Si dixeris aliquid temerarium, nullus est qui arripit, sed omnes ignoscunt: si feceris, nullus suspicatur, sed magna est condonatio: omnes cadenti manum alacriter porrigunt, omnes prompti sunt vt sistant. Vere amicitia murus est, qui non rumpitur, & nec à diabolo capitur, nedum ab hominibus. Non potest in pericula incidere, cui plurimi sunt amici. Non est possibile, vt sit occasio iræ, sed vbique materia suauitatis offertur. In risu semper est ac delitiis. Nullus etiam inuidiæ fomes est, vel vltionis inferendæ cupiditati lo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cus. Vide, vt tali & ſpiritualia & carnalia ſuccedunt feliciter. Quid igitur huic conferendum? Quaſi ciuitas quædam mœnibus vndique cincta, talis eſt: alius autem eſt, quaſi ſine muris ciuitas. Magnæ ſapientiæ eſt poſſe eſſe amicitiæ conditorem. Tolle amicitiam, & omnia ſuſtuleris, omnia confuderis. Si autem imago amicitiæ tantam vim habet, ipſa veritas quid nõ valebit? Oro igitur, vt multos amicos nobis paremus, & hanc vnuſquiſque habeat artem. Sed ecce, inquit, ego quidem valde hoc curo, ſed nõ idem etiam aliis placet. Itaque maior tibi merces erit. At dicis: Verum eſt: ſed difficultas etiam amplior. Quomodo, dic oro? Ecce teſtificor, ac dico: Si decem ſoli ſic firmiter coniungeremini, & vt apoſtoli opus prædicationis, vt Prophetæ doctrinæ opus habent, ita etiam vos opus faciendi amicos in manus acciperetis, merces futura eſſet magna. Regias nobis imagines faciamus. Hoc enim ſymbolum eſt, quo noſcuntur diſcipuli, & quodam modo non minus operamur, quàm ſi virtutem illis excitandi mortuos daremus. Diadema & paludamentum oſtendit regem: & ſi hæc non ſint, licet aureas veſtes habeat, nondum rex eſt manifeſtus. Ita etiam nunc, fac hoc ſymbolum, & facies tibi & aliis amicos. Diſcamus quomodo contemperentur colores, per quos illa imago conſtituitur. Exhibeamus nos ad colloquium faciles, ne expectemus proximos: ne dicas ſi videro aliquem expectantem, deterior eo efficior: ſed magis quãdo videris aſſume, & extingue eius affectionem. Vides ægrotantem, & auges morbum? Hoc maxime ante omnia faciamus, vt præueniamus mutuum honore. Itaque ſi præueneris honore, teipſum honore magno ornaſti, accelerans vt magis honoreris. vbique primatus aliis cõcedamus, nihil eorum quæ erga nos facta ſunt malorum cogitemus, ſed ſi quid bonũ. Nihil ſic facit amicum, vt lingua gratitudinis ſtudioſa, os bene loqui ſolens, anima ſine faſtu, contemptus vanæ glorię, contemptus honoris. Si hæc fecerimus, poterimus fieri in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

incomprehensibiles à diaboli laqueis, & bene hac vita transacta, bona diligentibus deum promissa assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XLI.

Ingressus autem in synagogam libere loquutus est ad mensestres, disserens & suadens ea quæ de regno dei.

VIde vbique, vt seipsum in synagogas intrudit, & sic egreditur. Semper enim ab illis volebat occasionem sumere, vt dixi. Nam et gentes extimulabat iam, & alacriter suscipiebant eum. Iudæi autem suscipiẽtibus fidem Gentibus, pœnitudine ducebantur. Volebat discipulos illinc abstrahere, & inde facere initium, magis quàm congregentur illic. Et non temere hoc faciebat. Propter hoc differebat illis continuo, quia persuadebat. Ne igitur quoniam libertatem dicendi audisti, asperitatem putes. De vtilibus rebus disputabat, de regno. Quis non audisset? *Quia autem quidam indurabantur, & non persuadebantur male loquentes de via domini coram multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie disserens in schola tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per annos duos: ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum domini Iesu, tam Iudæi, quàm Græci.*] Viam domini, prædicationem merito vocabant: vere enim via est, quæ ducit in regnum cœlorum. *In schola*, inquit, *tyranni cuiusdam disputabat. Et hoc factum est per duos annos: ita vt omnes audirent sermonem, tam Iudæi, quàm Græci.*] Vides quantum profuit continuo vrgere? Et Iudæi & Græci audierunt. *Virtutesq; non vulgares faciebat deus per manus Pauli. Et ita, vt etiam super infirmos auferrẽt*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

à corpore eius ſudaria, & ſemicincta, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis, egrederenturq; ab eis ſpiritus immundi.] Non ferentes tangebant ſolum, ſed & accipientes apponebant. Idcirco Chriſtus nō permittit illum abire in Aſiam, obſeruans, vt equidem opinor, tempus hoc. *Attentauerunt autem quidam ex Iudæis exorciſtis, qui obambulabant, nominare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen domini Ieſu, dicentes: Exorcizamus uos per Ieſum quem Paulus prædicat.*] Ita omnia faciebant negotiationis ac lucri gratia. Noluerūt quidem credere, ſed per nomen voluerunt eiicere dæmones. Papè, quantum erat nomen Pauli? *Erant filii Sceuæ Iudæi principis ſacerdotum, ſeptem, qui hoc faciebant. Reſpondens autem ſpiritus malus, dixit eis: Ieſum cognoſco, & Paulum ſcio: Vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos homo in quo erat ſpiritus malus, inualuit cōtra eos, ita vt nudi ac ſaucii effugerent de domo illius. Hoc autem notum factum eſt Iudæis, Græcisq; omnibus, qui habitabant in Epheſo.*] Igitur clam faciebant. Poſtea diuulgata eſt eorum infirmitas. *Et irruit timor ſuper omnes illos, & magnificatum eſt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Et multi eorum qui crediderant, venerunt, confitentes ac annunciātes opera ſua.*] Quoniam autem tantam poteſtatem habebant, vt etiam per dæmonia talia facerent, merito hæc fiunt. *Multi autem erant ex his, qui curioſas artes exercuerāt, qui comportatos libros exuſſerunt coram omnibus, & computauerunt precium illorum, & repererunt quinquaginta millia numorum.*] Ita valide ſermo domini creuit, & inualuit. Videntes autem, quòd nihil illis poſtea vtilitatis eſſet, exuſſerunt libros. Quando & ipſi dæmones hæc faciunt. Non igitur nomen aliquid facit, ſi non cum fide dicatur. Bene igitur dicebat: Qui credit in me, maiora hic faciet, has vmbras inſinuans. Vide quomodo armis contra ſeipſos vſi ſunt. *Et diſputabat, inquit, in ſchola tyranni cuiuſdam, ad annos duos.*] Vbi fideles fuerunt, valdeq; fideles. Ita autem nihil magnum putabant eſſe Ieſum, vt & Paulum adderent, quia & ipſum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sum hac ratione magnum quiddam esse putabant. Dignum est hic admiratione, quomodo dæmon ille non cooperatus est errori illorum, sed refutauit eos, & omnem dolum eorum manifestauit. Mihi videtur valde succensuisse, quemadmodum si quis extreme periclitetur, & à miserabili & ærumnoso quopiam refutetur, omnemq; in illum effundere velit furorem. Vt enim ne videatur contemnere, nomen Iesu prius confessus est: & tunc accepit potestatem. Quòd enim non nominis fuerit infirmitas, sed omnino à deceptione illorum, quare hoc ipsum non etiam Paulo accidit? *Et insiliens*, inquit, *homo in illos*.] Fortasis disrupit illorum vestes, & allisit illorum capita. Hoc enim manifestauit, dicẽdo, Insiliens: atque adeò satis erat hoc facere. Quid est: Digressus ab illis, segregauit discipulos? Impediuit illorum maledicentiam. Hoc autem facit digrediens: quia noluit illorum inuidiam accendere, neque in maiorem incitare rixam. Quod autem dicit, Liberè locutus est: manifestat & ad pericula promptum fuisse, & non adumbratis dogmatis apertè disseruisse. Hinc discimus, quòd nos immiscere non debemus maledicentibus, sed abeundum ab eis. Quum malediceretur, non maledixit etiam ipse, sed potius quotidie disputabat: & hanc ob causam potissimum sibi familiares faciebat, quod quamuis male audiret, non tamen recederet, neque resiliret. Et obserua, postquam tentatio ab extraneis cessauit, à dæmoniis incipit. Vides cæcitatem Iudaicam. Vestes illius videbant efficaces, & non attendebant. Quid hac re maius fieret? Alii, gentes inquam, omnino secus agebant. Si quis Græcorum non crederet, videns vmbram hæc operari, credebat. Sic dum illi ab his separantur, alii quidem maledicendo & calumniando dogma, vincuntur. Hoc enim vocauit viam. Ipse autem digressus est, ne discipuli secederent, & ne illi in furorem concitarentur: ostendens semper, quòd salutem repellant. Et iam hic neque defendit illos, vtpote vbique gentibus credentibus:

1. Cor. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tibus: ac differit, non fimpliciter inquifito loco, fed vbi fchola erat, vt commodius illic congregentur. Papè, quanta eorum qui crediderant virtus, quæ & aliis eadem facere concedit? Quanta autem cæcitas illorum, etiam poft demonftrationem virtutis adhuc manentium in infidelitate? Igitur quemadmodum Simon propter lucrum quærebat gratiam fpiritus, ita & hi propter idipfum hoc faciebant. Quanta cæcitas? Et quidnam ad hæc Paulus? Non increpat, ne putarent eum facere hoc per inuidiã, propterea fingulari difpenfatione hac vtitur. Hoc & Chriftus egit. Sed tunc quidem nõ prohibebatur. Principium enim rerum erat, quoniam & Iudas fur non prohibebatur. Ananias autem et Sapphira etiam occifi funt. Et multi quidem Iudæi etiam infurgentes, nihil patiebantur. Elymas autem magus excæcatus eft. Non enim veni, inquit, vt iudicem mundum, fed vt feruetur mundus. Vide impietatem pollutiffimam. Iudæi quum adhuc manerent in impietate, per ipfum nomen negotiari voluerunt: atque fic omnia faciebant ad vanam gloriam & lucrum. Vide vbique, quòd non fic homines conuertuntur per vtilia, ficut per terribilia. Vbi de Sapphira mentio fuit, irruit timor fuper eccleſiam, & non audebant adhærere illis. Hic fudaria & femicinctia accipiunt, & fanant. Et poft hæc venerunt confitentes peccata fua. Ex eo quòd infiliebat, oftenditur dæmonum magna quædam vis eſſe, quam contra infideles habent. Et quare non dixit fpiritus malus: Quid eft Ieſus? Sed dixit magis inutilia verba. Terrebatur, ne & ipſe pœnam det. Sciebat enim concedi ei, illos vlciſci quos huius nominis illuſores fecerat. Quare autem & miſeri non dixerunt illi: Credimus? Timuerunt Paulum, quamuis certe multò clariores fuiſſent, ſiquidem ſibi familiarem illum feciſſent. Et aliter: Etiam hoc quod in Philippis contigit, & illos caſtigauit. Tu autem vide, vt ſcriptor hic minime ſit moleſtus, & hiſtoriam ſolum ſcribit, & non accuſat. Hoc apoſtolos faciebat

Ioan. 12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat admirabiles. Sed cuius fuerint filii, nomen dicit & numerum, dans his qui tunc erant, indicium, quàm certa scribat. Quare autem obambulabant? Lucri, & non annunciandi verbi, gratia. Quomodo enim? Bene autem currebant, postea prædicantes, per ea quæ patiebantur. Vnde hoc manifestans dicit. *Et factum est*, inquit, *notum omnibus tam Iudæis, quàm Gentibus, qui habitabant in Epheso.*] Nónne hoc etiam eos qui obdurescebant conuertere debuit? dic oro. Sed non conuertit, & ne mireris. Malitiæ enim nihil est quod persuadeat. Age & isthuc ipsum, quanta videlicet sit exorcistarum malitia, videamus. Quare hoc non Christo ipsi accidit, alterius, & non præsentis temporis quæstio fuerit. Verum quòd bene hoc factum sit, & vtiliter. Mihi enim videntur illi per irrisionem feciſſe, vnde & puniuntur. Et ita etiam ne postea ausit quis nomen illud nominare tam temere terrentur alii, & magnum argumentum habent deum scire omnia: maximum argumentum erat, priusquam à dæmonibus redarguerentur, seipsos accusabant, terrentur, ne eadē patiantur. Quando enim adiutores illorū dæmones, accusare illos cœperunt, & nō iam adiuuabant, qualis iam spes vltrà, quàm per opera confessio?

MORALE.

Vide autem qualia paulò post mala fiunt, factis signis? Talis enim est hominum natura. Statim beneficiorum obliuiscitur. An non meministis, quòd in ipsis quæ nobiscum facta, idem accidit? Nónne superiori anno concussit deus ciuitatem totam? Quid igitur? Nônne omnes ad illuminationem currebant? Nónne scortatores & molles & effœminati, relictis lustris suis in quibus habitabant, conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autem tres dies transierunt, iterum redierunt ad suam malitiam. Vnde hoc factum? Ex magna ignauia. Et quid mirū, si vbi res transierint, quum scilicet & perpetuo manentibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

signis idem fit, vt est in Sodomis. Dic enim oro: *Gen.19.* Nónne perpetua sunt? Quid igitur? Nunquid vicini *Ibid.9.* propterea meliores facti sunt? Minime. Quid & Noë filius? Nónne idem permansit? Nónne in montibus videns tantam solitudinem malus erat? Ne igitur admiremur, quomodo non crediderunt, qui tales facti: vbi scilicet ipsa fides dum negare non possunt, sæpe *Ioan.7* in diuersum eos compulit, nempe in malitiam, vt quando dæmoniacum dicunt filium dei. An non videtis etiam nunc hæc fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos & ingratos, qui & ipsi sicut serpentes, quando beneficia acceperint, & ab aliquibus humaniter tracti fuerint, benefactoribus infesti fiunt. Hæc à nobis dicta sunt, ne quis miretur, quare non omnes conuersi fuerint. Vide oro, quæ & nostris acciderunt temporibus: & apud Babylæ martyris sepulchrum, & in reparatione templi Hierosolymitani per Iudæos, & quæ in destructione templorum, & non omnes conuersi sunt. Quid oportet referre vetera, superiore anno dixi vobis, quanta res acciderit, & nullus attendit, sed iterum paulatim defluxerunt, & collapsi sunt. Stat semper cœlum clamans, quòd dominum habeat, & â quo fit opifice. Dico autem totum mundum. Et dicunt quidam & non, iuxta Theodori illius opinionem. Quæ facta sunt superiore anno quẽ nõ concusserũt? attamen nihil amplius factum est, sed ad tempus facti religiosi, iterum redierunt vnde facti sunt religiosi. Hoc etiam Hebræis tunc contigit. Propterea Propheta quoque dicebat: Quando occidebat illos, tunc inquirebant illum, & conuersi sunt, & mane surrexerunt ad deum. Et quid refero generalia? quot incidunt in morbos, quot promittunt, si surrexerint pœnitentiam se acturos & conuersuros, & illi ipsi manent? Maxime ostendit nobis esse electionem & libertatem nostræ naturæ, repentina mutatio. Si enim naturalia essent mala, non hæc fieret. Ea enim quæ naturæ sunt ac necessaria, non possumus mutare.

Certe,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Certè,inquit,etiam mutamur.Nónne videmus quosdam natura videre,à timore autem excæcari? Quoniam & hoc naturæ est sic humiliari,& in angustiis fieri,quando natura alia accesserit:& ita natura nobis accidit,quando terremur,vt non videamus.Secundū naturam autem,etiam quando maior metus aduenit, prior ille cedit.Quid igitur,si &temperantia,inquit, secundum naturam quidem sit, metus autem inualescens illam eiiciat?Quid igitur, si ostēdero quosdam, neque tunc temperatiores fieri,sed etiam in ipsis malis esse impudentes. Nunquid hoc naturale est? Dicam vetera, an nouas? Quot manserūt in illis ipsis malis ridentes,subsannantes,& nihil tale senserunt?Dico:Pharao nonne statim mutatus est, & ad pristinā malitiam recurrit? Hoc autem loco, in his qui dæmonia habebant,quamuis ipsi non ignorarent,adiecerunt simpliciter, dicentes: *Per Iesum adiuramus vos,quem Paulus prædicat.*] Per ea enim quibus defenduntur, ostenditur quòd sciunt. Iesum vero dicunt illum simpliciter, cum debuissent dicere: Seruatorem orbis, qui resurrexit. Sed noluerunt dicere gloriam ipsius. Ideo & reprehendit illos dæmon, insultans in eos, & dicens: *Iesum cognosco, & Paulum scio.*] Quasi diceret: Vos non creditis,sed abutentes hoc nomine, talia dicitis. Igitur desertum tēplum, & facile expugnabilia arma estis: & ita non estis præcones,sed mei, inquit, estis. Magnus furor dæmonis.Potuissent hæc illis facere apostoli,sed non faciebant nunc.Nam qui imperabant illis,qui hæc faciebant,multo magis & ipsi facere potuissent.Vide quomodo illorum mansuetudo monstratur.Quia illi quidem exigebantur,qui talia faciebāt. Dæmones autem quibus seruiebant,planè contra. Iesum, inquit,cognosco. Confundamini igitur vos,qui ignoratis.Et Paulum scio.Bene & hoc.Sciebat enim & præconem esse. Mox insilit in illos,& disrumpit vestes, præ ea quæ faciebat ipsis tantum non dicens,ne putetis quòd contemnens illos hæc fa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cio. Magnus timor dæmonis. & quare absq; verbis istis non disrumpit illorum vestes? sic enim & furorem impleuisset, & errorem stabilisset. Timuit, id quod dixi, potestatem inaccessam: & non tantum potuisset, si non hoc dixisset. Vide vbiq; meliore mente præditos dæmones, quàm Iudæos, & non audentes contradicere, neq; accusare, vel apostolos, vel Chri-
Mat.8. stum. Illic dicunt: Scimus te quis sis, & quur venisti
Mar.5. huc ante tempus torquere nos? Et iterũ: Scio te quis sis, filius dei. Hîc autem: Hi homines, serui dei excelsi sunt. Et iterum, Iesum quidem cognosco, & Paulum scio. Omnino enim formidarunt, & timuerunt sanctos illos. Forsan quis nos audiens, cupit in hac esse potestate, ne possint dæmones contra ipsum obtinere. Et beatos dicit sanctos illos, propter hoc quòd tãtam habuerint potestatem. Sed audiat Christum di-
Luc.10. centem: Ne gaudete quòd dæmonia vobis subiiciuntur. Quoniam sciebat omnes homines maxime vana gloria gaudere. Si enim quod deo placet quæris, & quod communiter prodest, alia maior est via. Non est ita magnum à dæmone liberari, vt eripi à peccato. Dæmon non prohibet regnum cœlorum assequi, imò cooperatur, inuitus quidem, cooperatur tamen, faciens habentem se continentiorem: peccatum autem regno eiicit. Iam forsan dicet quis: Absit, vt sic assequar continentiam. Neq; ego vellem, neque alius est qui velit. Omnia ob amorem Christi facienda sunt. Si autem hoc, quod absit, contingat, & pro hoc orandum. Si igitur hic quidem non eiicit, illud autẽ eiicit: liberare à peccato maioris beneficij est. Igitur ab hoc curemus liberare proximum, & ante proximum nosipsos. Videamus, ne dæmonem habeamus. Scrutemur nosipsos exacte. Peccatum grauius est dæmone: Nam ille quidem humiles facit. An non videtis dæmoniacos, quando resipuerint à morbo, quàm sint submissi, quàm tristi vultu, quanta erubescentia vultus illorum pleni sunt, quomodo neq; obtueri audent? Vide absurditatem. Illi quidem propter ea quæ

patiun-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patiũtur, confunduntur: Nos autem neq; pro his quæ operamur, cõfundimur. Illi iniuria affecti erubescũt: Nos iniuria afficientes, non erubescimus: quamuis causa illorum non sit confusione digna, sed misericordia & humanitate, & venia, & magna admiratione, multisq; laudibus: quando & cum tali certant dæmone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autem nostræ profecto risu, cõfusione, accusatione, supplicio, pœna, extremisq; malis, & gehenna, nullaq; venia dignæ. Vides, quòd peccatum dæmone grauius sit. Et illi quidem ex his quæ grauiter ferunt, duplex lucrum reportant. Vnum quidem quòd humiliores & modestiores fiunt. Alterum, quòd pœnas hîc suorum peccatorum dantes, puri ad dominum migrant. Etenim de hoc sæpe disseruimus, & ostendimus, quòd eos qui hîc puniuntur, si æquo animo ferant, verisimile est multa peccata deponere.

A peccatis autem geminum malum capimus: vnum quidem quòd offendimus: alterum quòd deteriores efficimur. Attendite, oro, quod dicimus: Non in hoc solum lædimur à peccato quòd peccamus: sed & aliud grauat, quòd anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplum manifestius videre licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solum læditur, quòd ægrotat, sed etiam quòd post morbum infirmior fit, licet à morbo diutino ad bonam valetudinem redeat. Ita sane & de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamen egemus magna fortitudine. Vide enim oro, quendam qui contumelia affecit, & non supplicio affectum: non propter hoc solum debet lachrymari, quia non contumeliæ dat pœnam, sed etiam propter aliam causam, vt lugeat dignum. Et qualis hæc? Quia impudentior facta est anima. Nam vnum quodque peccatum, vbi patratum fuerit, & ad finem peruenerit, relinquit in anima venenum. Non audis quosdam dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: Non ausim aquam bibere? quamuis sanus sit, sed ita morbus læsit. Et illi quidem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem male affecti,gratias agunt. Nos autem bene habentes,blasphemamus deum,& offendimus. Plures enim inuenias in sanitate ac diuitiis hoc facientes, quàm in paupertate & mala valetudine. Stat enim dæmon quasi lictor,revera,vehementer minax:& sicut pædagogus quidam lorum intendens, & nusquã diuertere sinens. Si autem quidam ne sic quidem sobrij sunt,nec tamen pœnas dant,non paruum & hoc. Nam quemadmodum stulti,quemadmodum insanientes,quemadmodum pueri non dant pœnas,sic neq; hi. Ex his enim qui inscienter agunt, nullus tam crudelis vt supplicium exigat. Ergo nónne peccãtes deterius affecti sumus, quàm dæmonio vexati? sed q; non spumamus,neq; pupillas distorquemus,neq; manus vtinã in corpore hoc pateremur,& nõ in anima. Vis tibi monstremus animam spumabundam, immundam,& distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios à furore: qua saliua non immundiora verba eiiciunt? profecto fœtidum sputum eructant. Et sicut illi nullum ex præsentibus norũt:ita neq; hi. Obumbrata est enim eorũ mens,& distorti sunt oculi:non amicum,non inimicum,non reuerendum,non contemptibilem,sed omnes sine discrimine vident. Non vides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humum, sed anima illorum humi collapsa palpitat. Si enim recta staret, nequaquam pateretur illa quæ patitur. An non vidẽtur tibi hæc esse animæ abiectæ, & suam perdentis sobrietatem? Etiam ea dicunt & faciunt,quæ ebrij furore. Est quædam & alia insaniæ species hac grauior. Qualisnam illa? quando neq; remitti iram sustinent:sed apud seipsos alunt domestic̃um carnificem,se torquentẽ vlciscendi, inquã, cupiditatem. Ipsos enim vlciscendi auidos primum perdit vltionum meditatio,vt futura prætream. Nam quantum putas tormentum esse hominis afflictę animæ,quotidie cogitare vt vlciscatur inimicum? Primus seipsum punit, qui talis est, & punitur inflatus contra seipsum pugnans & incensus. Necessarium

enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim semper apud te flagrare ignem, & incẽdium in tantum extendens, non finis decrescere, cogitãs infere re alteri malum quiddam. Ipse autem teipsum mordes, semper flammam vigescentem ferens, & animã interquiescere non sinens, sed semper in exasperatione & in turbatione & in tempestate mentẽ habens. Quid hac insania molestius? semper inquam, contristari, & inflari, & ardere. Tales enim sunt animæ eorum, qui vltionem meditãtur. Nam vbi viderint eũ quem nolunt vlcisci, statim perculsi sunt: Si vocẽ audiant, conciderunt, tremunt: Si in lecto fuerint, innumeras pœnas apud se imaginantur, sublimem suspendentes & torquentes illum inimicum. Ad hæc si illũ clarescere viderint, papè quantum supplicium. Remitte illi peccatum, & libera teipsum à tormento. Cur teipsum perpetuo crucias, vt in illum semel animaduertas? Quid animi tui morbum vertis in vitiosam habitudinem? Quid furorem elabi volentem detines? Ira neque vsque ad vesperam maneat, inquit Paulus. Sicut enim putredo quædam ac tinea, ita mentis nostræ radicem arrodit. Quare bestiam in viscera tua includis? Melius esset viperam vel serpẽtem in corde positam esse, quàm iram vel inuidiam. Nam ille quidem statim nos liberarent: hæc autẽ manet semper, dentes fortiter infigens, immissoq; veneno, pessimarum cogitationũ exercitus in nos immittit. Sed hæc facio, ne derideat, ne contemnat. Miser homo & erumnose, nõ vis à conseruo derideri, sed odio haberi à domino tuo? Non vis contemni à conseruo tuo, & contemnis dominum? Non putas indignari deum, quem contemnis, & quem deridens non vis esse obediens? Quòd autẽ neq; te deridebit, manifestũ est vel hinc: quòd si sic pergas, magnus erit risus, magnusq; contemptus: pusillanimitatis enim opus est. Sin cessaris, magna erit admiratio: hoc enim magnanimitatis est. At ille, inquis, ignorat. Sciat Deus, vt maiorem habeas mercedem. Vsuram enim accipietis ab his, inquit, à quibus non sperabitis vos recepturos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pturos. Ita & benefaciamus his, qui non sentiunt q̃ eis benefit, ne nobis laudem, vel quidlibet retribuãt, mercedemq̃ imminuant. Nihil enim ab hominibus recipientes, à deo maiora recepturi sumus. Quid autẽ magis ridiculum, & quid frigidius, anima quæ semper irascitur, & vult vlcisci? Muliebris ac puerilis hæc voluntas est. Nam vt illi etiam contra inanimata irascuntur, etsi non percutiant pauimẽtum, non dimittunt iram: ita profecto & hi. Volunt vlcisci de his qui contristarunt. Igitur ipsi risu digni. Etenim iræ imperium ferre, puerilis animi est: imperare autem, fortitudinis fuerit. Igitur non nos ridemur, si sapienter agamus, sed illi. Ab affectione non vinci, nõ est contemptibilium hominum. Ita autem timere externum risum, vt propter hũc affectioni proprię subiacere, & deum offendere, ac teipsum discruciare velis, vtique contemptissimorum fuerit. Hæc reuera digna sunt risu. Igitur hæc fugiamus. Dicat, q̃ innumera mala nobis licet exhibuerit, nihil tamen passus sit. Dicat, quòd & iterum nos si conuiciis inceſſat, nihil patiatur. Non aliter nostram prædicasset virtutem, non alia exquisiuisset verba, si nos laudare voluisset, quàm hæc quæ dicit, dum putat nos affligere. Vtinã omnes de me hoc dicerent, Inutilis & miser homo est: omnes in illum contumelias iaciunt, ipse autem fert: Omnes insiliunt, ipse autem non vlciscitur. Vtinam apposuissent: neq̃ si vellet, posset: vt mea laus sit ex deo, & non ex hominibus, Dicat: Propter timiditatem & ignauiam non vlciscimur. Nihil hoc nobis nocet, quando Deus scit: sed thesaurus noster tanto fidelius seruatur. Si ad illa spectabimus, omnibus destituemur. Videamus non quid dicãt, sed quid nos deceat. Aliqui autem dicunt, isti ne sim ludibrio? & gloriantur quidam. ô insipientiam. Nullus me lęsum derisit, inquit, hoc est, vltus sum. Quin ob hoc deride mereris, quia vltus es. Vnde hæc verba introducta, quæ confusio, perditioq̃ vitæ nostræ sunt? An non hoc est deo contradicere? Non vlcisci enim

deo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eo facit æqualem. Risum ne hoc putas? Nónne propter hoc rideri meremur & à nostris & à gentibus, ita contradicentes deo? Narrare volo aliquid apud veteres gestum, non de ira, sed de pecunia. Erat cuidam prædium, occultum thesaurum continẽs nescio domino, quod ille vendidit. Qui autem emerat effodiendo, vt plantaret & coleret, occultum thesaurum inuenit: moxq; eum vẽditori obtulit. Prædium enim venditum dicebat, non thesaurum. Quem ille contrà repulit, dicens: Agrum cum thesauro venditum esse: & se hoc non curare. Post longam contentionem vẽtum est ad arbitrum. Ille vero non pronunciauit, dicens, contentionem eorum esse tollendam, quòd ipse horum sit dominus. Et accepto thesauro, quem illi sponte permiserunt, innumera postea mala sustinuit, & re ipsa didicit, merito illos ab hoc abstinuisse. Hoc & de ira fieri oportet, vt & nos contendamus non vlciscí: & qui contristarunt, contendant, vt dent pœnã. Sed forsan & hæc cuipiam ridicula erunt. Quando enim insania supra modum inualuerit, ridentur modeste agentes. Et inter multos qui insaniunt, insanire videtur qui non insanit. Ideo oro, vt resipiscamus, & similes fiamus illis qui sunt purificati à pernicioſa affectione hac, regnumq; cœlorum assequamur: gratia & misericordia vnigeniti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperiũ, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amẽ.

HOMILIA XLII.

Impletis autem his, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, proficisci in Hierusalem, dicens: Postquam illic fuero, oportet me & Romam videre. Missis autem in Macedoniam duobus qui sibi minîstrabant, Timotheo, & Erasto, & ipse mansit ad tempus in Asia: ortus est autem tempore illo tumultus nõ paruus de illa via.

Sat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN ACTA APOST. CAP. XIX.

SAt diu conuersatus in ciuitate, vult iterum alio transire: vnde etiam mittit Timotheum ac Erastum in Macedoniam: ipse vero manet in Epheso. Quomodo autem ab initio volens in Syriam abire, iterum reuertit in Macedoniam? ostendens q̃ omnia non sua virtute faciebat: iamq; prophetat, dicens: Oportet me etiam Romam videre. Hoc autem dicens, fortassis consolatur eos quòd non abfuturus, sed breui iterum rediturus, & prophetia discipulorũ excitat mentes. Hinc mihi videtur scribere Corinthiis ab Epheso, ac dicere: Nolim vos ignorare fratres de afflictione quæ accidit nobis in Asia. Quoniã enim promiserat se venturum Corinthum, rationem reddit, quòd moretur: & dicit quæ sibi contigerat tẽtationem, narrãs quæ cum Demetrio acta sint: quem subindicat, tumultum non paruum dicens de via hac factum esse. Iterum periculum, iterum tumultus. Vides claritudinem? Facta sunt signa duplicia, illi autẽ contradicebant. Ita vbiq; contexit opera. *Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius, qui faciebat delubra argentea Dianæ, præstabat artificibus non exiguum quæstum. Quibus conuocatis & iis qui similium rerum erant opifices dixit: Viri, scitis quod ex hoc opificio quæstus noster est: & videtis, & auditis, quòd non solum Ephesi, sed etiam per totam Asiam, Paulus hic persuasit, & auertit turbam multam, dicens: non esse deos manufactos. Non solum autẽ hæc pars nobis in periculum venit, ne reprobetur: verum etiam magnæ deæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, destruiturque maiestas eius, quã tota Asia & orbis colit.*] Faciebat, inquit, delubra argentea. Et quomodo possibile erat fieri delubra argẽtea? Fortassis parua Ciboria quæ vocant. Magnus enim erat honor illius in Epheso, vbi etiam templũ illorum succensum ita contristauit eos, vt eum qui succẽdisset, ne nominari quidem vellent. Vide vbiq; idololatriam à diuitiis fieri. Et illi propter pecunias, & hic propter pecunias, dolent, non quòd illis pietas periclitetur, sed quòd materiam lucri non habituri sint.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sint. Et considera malignitatem viri. Abundans ille erat, Et ipsi quidem non tãtum damnum inde immi-nebat, illis autem plurimum, vtpote pauperibus, qui & quotidiano opificio victitabant. Attamen hi quidem nihil dicunt. Ipse autem eos qui erant soci artis, socios assumit & tumultus. Deinde etiam periculũ exaggerat, addens, Periclitatur nobis portio hæc, ne reprobetur. Hæc enim fore manifestat, quòd periculum sit famem passuros huius artis opifices. Et quãuis hæc dicta sufficiebant illos ad pietatem adducere, tamen miseri quidam ac viles cum essent, insistũt magis: & non considerant, si homo hic valet tãtum, vt omnes conuertat, & periclitentur dij, quantus illius Deus est? Et quòd multo magis illa nobis dabit, propter quæ timemus. Iam præoccupauerat illorum animos, dicens nõ esse deos ab hominum manu factos. Vide pro quo indignantur gentes: quoniam dixerat, quòd ij qui ab hominibus facti, non sunt dij: semper in artem refert sermonem. Deinde quod maxime illos contristabat, subdit, dicens: Non solum autem hæc pars periclitatur nobis: hoc est, Aliorum nobis nulla sit ratio. Sed etiam magnæ deæ Dianæ maiestas in periculo est, ne destruatur. Deinde ne videatur lucri gratia dixisse, vide quid apponit, Quam orbis colit. Vides q̃ ostendit maiorem Pauli virtutẽ, omnes illos miseros & erumnosos esse declarans: siquidem homo qui fugabatur hincinde, & tabernaculorum factor tanta potest? Vide ab inimicis testimonia dari apostolis. Illic quidem dicebant: Ecce implestis Hierusalem doctrina vestra. Hic quòd destruenda est Dianæ maiestas. Tunc dicebantur commouisse orbem terrarum, quod hi & hic perhibent. Nunc quòd periclitatur nobis portio nostra ne reprobetur & abeat. Sic & Iudæi de Christo dicebant, Videtis quòd mundus post illum vadit. Et, Venient Romani, & tollent nostram ciuitatem. *Auditis autem his, impleti sunt furore.*] Vnde furor factus est? Quando de Diana audierunt; quando de lucri iactura. Tales

Ioan.12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim vulgarium mores sunt, facile corripi & accendi solent. Eapropter cum inquisitione facienda sunt hæc omnia. Vide autem quàm contemptibiles fuerint, qui ad omnia sic afficiebantur. *His auditis impleti sunt ira*, inquit, *& clamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas tota confusione, impetumque fecerunt vnanimiter in theatrum. Et correptis Gaio & Aristarcho Macedonibus Pauli comitibus traxerunt illos.*] Simpliciter iterum inuadunt, sicut Iasonem Iudæi, & semper similiter afficiũtur: ita nullum vel gloriæ, vel honesti respectum habebant.

Paulo autem volente intrare ad turbam, non permiserunt fratres. Quidam autem ex Asiæ primoribus, quum essent amici eius, miserunt ad eum. Et obsecrabant ne cõmitteret se theatro.] Obsecrant, quia populus incompositus irrationabili impetu omnia audet. Et Paulus obtemperat. Non enim erat vanæ gloriæ cupidus, neq; arrogans. Igitur alij aliud acclamabãt: erat enim congregatio confusa, & plerique nesciebant qua ex causa conuenissent. Talis enim turba simpliciter sequitur, sicut flamma in fomitem cadens. *Ex turba autem protraxerunt Alexãdrum propellentibus illum Iudæis.*] Propellebant illum Iudæi singulari dispensatione, vt nihil possent postea contradicere. Hic & protruditur & loquitur. Et quid? Audi: *Alexander autem manu silentio postulato, voluit rationem dare populo. Agnoscentibus autem quòd Iudæus esset, vox facta est vna omnium quasi ad duas horas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.*] Puerilis revera cogitatio, quasi timentes ne extinguerentur cultus illorum, cõtinuo clamabãt. Ad duos annos sederat illic, & vide quot adhuc Pagani. *Cùm autem sedasset scriba turbam, dixit, Viri Ephesi, quis est hominũ qui nesciat Ephesiorum ciuitatẽ ædituam esse magnæ deæ Dianæ, & Diopetis simulacri?*] Hoc primum furorem illorũ restinguit. Et Diopetis dicit, quasi non sit manifesta res. Vel aliud sic vocabatur idolum, vel ipsum Dianæ, quasi à Ioue testa illa delapsa, & nõ ab hoie facta sit.

Cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cum igitur his nemo contradicat, oportet vos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere. Adduxistis enim viros hos neque sacrilegos, neque contumeliosos in deam vestram.] Hoc igitur totum mẽdacium est. Ista autem ad populum sedandum dicebat: *Itaque si Demetrius & qui cum illo sunt artifices, habent aduersus aliquẽ causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. Si autem quid de aliis rebus queritis in legitima congregatione dirimetur. Nam periculum est ne seditionis hodiernæ fiamus rei: cum nulla sit causa vnde poterimus rationem reddere istius concursus. Et his dictis soluit concionem.*] Legitimam congregationem sic vocat, eo quòd tres conciones iuxta legem quolibet mense fierent. Illa autem erat præter legem. Ad hæc terruit illos, dicens: Periculum est ne seditionis accusemur. Sed videamus iterum lecta: *His autem impletis*, inquit, *proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia in Hierusalem proficisci.*] Non iam hoc humana ratione facit, sed spiritu quo etiam decreuit transire. Hoc est enim, proposuit: & hunc sensum habet sermo. Quare autẽ mittit Timotheum & Erastum, non dicit. Mihi videtur etiam de hoc dicere, In spiritu: vt non vltra lateant. Statueramus vt relinquerentur Athenis soli. Et vide, Duos qui sibi ministrabant, mittebat, vt aduentum suum significent, & alacriores reddãt. Maximè in Asia versatur. Meritò. Illic enim erant multæ tribus philosophorum: & vt venit, iterum loquitur de illis. Etenim magna erat illic superstitio. Demetrius enim quidam faber argentarius collectis iis qui eiusdem opificij erãt, dixit, Viri, scitis & videtis, & auditis. Ita manifestum erat q̃d fiebat. Hic, inquit, Paulus persuadens, conuertit magnam turbam. Et ita non violenter, sic persuasit. Ita persuadendæ sunt ciuitates. Deinde adducit id quod illis dolebat. Nõ esse deos qui manibus fiũt. Quid est hoc? Subuertit, inquit, artẽ nostram. Et ne cogitẽt ac dicant, q̃ solus homo talia possit, & si tantũ possit, ei sit credendũ: subdidit, Quã tota Asia & orbis colit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vocem illorum putabãt diuino ſpiritui obfuturam. Vere pueri Græci. Ex hoc, inquit, opificio victitamus, & lucrũ noſtrum eſt. Et ſi ex hoc opificio quæſtus noſter eſt, quomodo perſuaſit vilis homo? Quomodo tantæ conſuetudini præualuit? Quid faciendo, vel quid dicendo? Non eſt Pauli, non eſt hominis. Et hoc ſufficit dixiſſe, quòd non ſunt dij. Itaque ſi ſic tam facile deprehenditur impietas, olim condemnatam eſſe oportebat. Si autem fortis, non tam ſtatim tollenda. Non ſolum autem hæc pars noſtra periclitatur. Sic ſanè aliquid maius dicens, hoc ſubdidit. Auditis autem illis, impleti furore clamabant, Magna Diana Epheſiorum. Singulæ enim vrbes ſuos habebant deos. Et ita afficiebãtur, quaſi vocibus cultum eius reparaturi, & quæ facta erant retexturi. Vide incompoſitã multitudinem. Paulo autẽ, inquit, volente ingredi ad plebem, non permittebant eum diſcipuli. Itaq; Paulus volebat ingredi, vt concionetur. Nam perſecutiones ad doctrinam aſſumebat, ſed diſcipuli non ſinebant illum. Et conſidera quanta erga illum vſi ſunt prouidentia vbique, & ab initio illum eduxerũt, ne letalem acciperet plagam: quamuis ſanè audiuiſſent, quòd oportebat etiam Romam videre: attamen prohibent: cum ſingulari autem diſpenſatione prænunciat, ne poſt factum turbẽtur, ita neq; pati illum aliquid volebant. Et quidem principes Aſiæ obſecrabant illum, inquit, ne intraret in theatrum. Scientes eius promptitudinem obſecrabant, ſic omnes illum amabant fideles. Et quare, inquit, Alexander voluit rationem reddere? Nonne ipſe intruſus erat? Vt & data occaſione confutaret totum, & furorem populi extingueret. Vidiſtis furorem omni carẽtem ordine. Bene & cũ increpatione ſcriba. Quis eſt, inquit, qui neſcit Epheſiorũ ciuitatem? Sic dixit, id quod timebant. Quaſi diceret: Nonne colitis illam? Et non dixit, Quis eſt enim qui non noſcit Dianam: ſed, ciuitatem noſtram: curans illos. Cum igitur his contradici nequeat, oportebat vos modeſtius agere.

Hæc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hæc sanè obiurgat, quasi dicens: Quid igitur quæris quasi incerta sint? Manifestum & contumelia ad deum pertingit. Ex pietate auaritiæ prætextum quęrunt. Deinde clàm perstringit illos, ostendens quòd absq; ratione conuenerint. Et nihil, inquit, præcipitãter facere: ostendens & temere ac præcipitanter egerint, hoc dixit. Itaq; si Demetrius & qui cũ illo sunt, habent causam aduersus aliquem proconsules nõ desunt. Et hoc obiicit, ostendens quòd non oportebat priuatorum criminum causa congregationem generalem facere. Etenim periculum est, inquit, ne accusemur. Hoc dicto in magnas angustias eos cõiicit, quũ nulla causa subsit: vnde non poterimus rationem reddere concursus istius. Vide q̃. prudenter incredùli rationem reddunt, quamq; sapienter. Sic extinxit furorem: nam vt facile accenditur, ita etiam facile extinguitur. Et his dictis dimisit cõcionem. Vides deum permittere tentationem, discipulosq; excitare, & excutere eis somnium, & sic alacriores reddere?

MORALE.

Itaq; ne succumbamus tentationibus. Ipse enim exitum quoq; dabit, vt possimus sufferre. Nihil ita amicos facit ac coniungit, ac tribulatio. Nihil nobis doctoribus sic vtile, vti audiantur quæ à nobis dicũtur. Auditor enim quando in deliciis agit, oscitãs est ac ignauus, & loquẽte quopiam interturbàri sibi videtur. In afflictione autem & tribulatione, in magnũ audiendi desiderium incidit. Nam quum anima angustiatur, vndiq; consolationem afflictionis inuenire quærit. Non paruam autem consolationem affert sermo. Quid igitur, inquit, Iudę quũ affligerẽtur, prę pusillanimitate non audierunt? quia Iudæi erant, qui semper infirmi ac ærũnosi. Et aliter, Quia illic magna afflictio erat, nobis autem de moderata sermo est. Vide enim, Expectabant liberari à malis quæ illos detinebant, & in plura inciderunt mala. Hoc autem non vulgariter animos perplexos reddit. Afflictiones abstrahunt nos ab affectione erga præsentem mũdum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Itaque ſtatim mortem petimus,& nõ ſumus amatores corporis,quæ ſanè maxima philoſophiæ pars eſt, non deditum,neq; adſtrictum eſſe præſenti vitæ. Anima quæ affligitur,non vult in multis eſſe occupationibus,ſed ſolum refocillationem & quietem amat. Facile eſt ei à præſentibus liberari, etiã ſi nihil aliud ſit. Quemadmodum corpus quod laboribus fatigatũ & exhauſtum,non diligi vult,neq; ventri indulgere, ſed requieſcere,& ſilẽter iacere:ita & anima plurimis onerata,inquiete ac ſilentio eſſe feſtinat: quæ in refocillatione eſt ac deliciis reſpuit, turbata eſt,ſuperba eſt. Illa quæ nihil habet fluxum & effuſum, tota conſtringitur,& aliena eſt ab omni ſuperbia:& hæc quidem virilior eſt,hæc autem puerilior,& hæc quidem grauior,illa autem leuior. Et ſicut ſi quid lapſum fuerit in multas aquas,quod leuius eſt,turbatur : ita & anima vbi multis gaudiis impleta fuerit,& maxima quis peccata viderit à nimiis gaudiis proueniſſe. Et ſi volueritis,domus duas depingemus:vnam habentium nuptias,alteram in luctu agentium. Ingrediamur conſideratione vtramq;,videamus vtra melior: inuenietur enim lugentis domus plena philoſophiæ, domus autem nuptiarũ,referta fœditate. Vide enim turpia illic verba,riſum incompoſitum, ſeſſiones magis incompoſitas, veſtem & greſſum plenum turpitudine,& geſtus ſtultitiam & inſipientiam præ ſe ferentes,omnia illic riſum & ridicula:nõ ipſas nuptias dico,abſit,ſed ea quæ in nuptiis fiunt. Inſanit tunc natura,præſentes pro hominibus bruta fiunt,& alij quidem vt equi hinniunt,alij verò vt aſini calcitrãt,magna diffuſio, magna diſſolutio, nihil maturum, nihil generoſum. Magna ibi diaboli pompa,cymbala tibiæ,& cantica plena ſcortationum ac adulteriorum, At non ita agitur vbi luctus, ſed ibi omnia bene cõpoſita:magnum enim ſilẽtium,magna quies, magna ſubmiſſio, nihil ſine moderatione, nihil incompoſitum,ſi quis etiam aliquid locutus fuerit,omnia quæ loquetur philoſophiã ſapient. Et hoc profectò mirũ, quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quòd per illud tempus non viri soli, sed etiam mulieres ac famuli philosophantur. Talis est enim natura luctus. Et videntur quidem consolari lugentem, plurima autē philosophiæ decreta narrāt. Preces statim quæ hactenus intermissæ audiuntur, & ad consolandum afflictos sufficiunt. Et enumerabimus innumera id genus dicta deplorantium. Quid est enim homo? naturæ nostræ inquisitio. Quid igitur est homo? vitæ & nostræ prauitatis accusatio, commemoratio eorum quæ in futuro iudicio. Vnusquisq; domum redit, à nuptiis quidem tristitia affectus, eo quòd ipse minus feliciter agat, à luctu autem seipsum consolans, concupiscētiarum igne restincto, quòd talia passus non sit. Sed quid? Vis carcerē & theatrū conferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem voluptatis est locus. Age igitur, videamus ea quæ vtrisq; cōtingunt. Illic philosophia multa. Vbi enim mœstitia, & philosophia. Qui antea opibus inhiabat, qui valde inflabatur, & vix permittebat vulgarem hominem sibi loqui, is tunc humilis fit, quasi igne quodā in animam eius illapso, & duritiem molliente metu ac tristitia, tunc mœstus fit, tunc secularem mutationē sentit, tunc fortis fit ad omnia. At in theatro omnia contraria, risus, turpitudo, pōpa diabolica, effusio, insumptio temporis, & expensio dierum inutilis, concupiscētiæ absurdæ præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasiū, intemperantiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla: sed nō sic agitur in carcere, vbi humilitas animi, exhortatio & extimulatio ad philosophiā, contēptus rerū secularium, oīa conculcata & despecta. Et quasi pædagogus puero meo assistit, ad oīa quę oportet illū cōponēs. Sed si vis iterū aliter inquiremus illa loca. Vellē te occurrere viro à theatro venienti, & alteri è carcere egredienti, & videres illius animā fastidientē, turbatā, vereq; constrictā: huius autē solutā, promptā, & ferè alatā. nam ille à theatro recedit, oculis mulierā quæ illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferēs vincula:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nempe loca quę illic, verba, habitus. Qui autem à carcere, ab omnibus liberatus, non iam putabit se aliquid graue pati, sua cum alienis comparans, quòd nõ est ligatus gratiam nunc habet, contemnit humanas res, multos diuites videns in calamitatibus, multa & magna potentes & ligatos illic, etiamsi iuste quid patiatur, etiamsi fortis est. Quin & illius loci, multa exempla in cogitationem ducent futuri iudicij, & horrebit locis iis ibi iam visis. Sicut enim ibi qui in carcere cõclusus, mitis erga omnes est: ita & illi ante iudicium, ante futurum diem, erga mulierem, erga pueros, erga domesticos erunt æquiores. Sed à theatro non sic reditur. iniucundius enim vir aspiciet mulierem, & importunus ministris erit, exacerbabitur erga pueros. Magna mala theatra efficiunt ciuitatibus, magna, & neq; hoc scimus q̃ magna. Si autem nõ fatigaremini, etiam loca risus, symposia dico, inquireremus. Ibi parasiti adulatores & magnæ deliciæ. Et loca alia vbi claudi & cęci. Iterum illic quidem ebrietas & deliciæ, & hilaritas, hic autem contrarium. Vide & in corpore, quando phlegmate calet, quando in deliciis est, facilius in morbum cadit: quando autem castigatum fuerit. non sic. Vt autem manifestius vobis faciam quod dico, sit corpus habens multum sanguinẽ, & carnes multas, ac in deliciis agens. Hoc etiã à fortuito euẽtu febrẽ parere potest, si simpliciter doluerit. Sit autem aliud fame ac tribulatione magis firmum, hoc vix à morbo comprehendetur ac fatigabitur. Sanguis licet sanus sit in nobis, sæpe tamẽ multitudine morbum attulit: si autẽ modicus sit, & non sanus, facile compesci potest. Ira profectò & de anima dixerim. Quæ enim in deliciis est & refocillatione, valde propensos ad peccatum habet impetus. Stat enim prope arrogantiam & voluptatem, & vanam gloriam, & inuidiã, & insidias ac calumnias. An non frugalitas in afflictione, & ab omnibus libertas? Ecce q̃ magna est nostra hęc ciuitas. Vnde igitur nascũtur mala, nónne ab opulentis? nónne à gaudentibus?

Qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui in vincula trahunt, qui facultates dilapidant, vtrum miseri & abiecti, an qui multum inflantur ac gaudent? Non potest ab afflicta anima aliquid mali fieri. Nouit illius virtutem Paulus, & propter hoc dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes verò non confundit. Oro ne succumbamus afflictionibus, sed in omnibus gratias agamus, vt quid magni lucrifaciamus, vt probemur deo qui tentationes permittit. Magnum bonum est afflictio. Et hoc à pueris nostris discimus. Nam absque afflictione nihil vtile discunt.. Nos autem magis quàm illi egemus afflictione. Nam si illi cum afflictiones eis desunt, lasciuiunt, multo magis nos, & maxime tot malis obnoxii, vnde nobis magis opus erat pædagogis. A pueris enim non magna peccata committuntur, at à nobis maxima. Noster autem pædagogus est afflictio. Igitur tribulationem futuram ne nobis asciscamus, presentem strenue feramus, quò diuina gratia bona diligentibus deum reposita assequamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri simul ac spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. *Rom. 5.*

HOMILIA XLIII.

Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis, complexusq; illos profectus est, vt iret in Macedoniam. CAP. XX.

AB hoc tumultu multa cõsolatione opus erat. Hoc sanè & facit, & vt cõsoletur discipulos, vadit in Macedoniam, deinde in Græciam. Et quòd multum illos consolatus fuerit, audi: *Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus fuisset eos multo sermone, venit in Græciam. Et ibi peractis mensibus tribus, quum essent illi structæ insidiæ à Iudæis, soluturo in Syriam, habebat in animo, vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum vsque ad Asiam Sopater Berrhœensis, Thessalonicensium verò*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aristarchus & Secundus, & Gaius Derbæus & Timotheus. Asiani verò Tychicus & Trophimus. Hi prægressi expectarent nos in Troade.] Iterum persequutio fit à Iudæis, & venit in Macedoniam. Quomodo autem Timotheum Thessalonicensem dicit? Nō dicit hoc. Sed præoccuparunt hi, inquit, & prius venerant in Troadem viam eò parantes. *Nos verò abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi demorati sumus diebus septem.*] Etenim mihi videtur dies festos celebrasse in magnis vrbibus. A Philippis abnauigat, vbi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertio autem nunc in Macedoniam venit, & magnū testimonium dat Philippensibus, ideo & demoratur illic: *In die autem sabbatorum congregatis nobis vt frangeremus panem, Paulus disserebat eis, postridie abiturus, protraxitq; sermonem in mediam noctem.*] Vide vt omnia velut obiter acciderant prædicationi: Pentecoste tunc erat, & dies dominicus, & vsque ad noctis dimidium sermonem extendit: adeò salutem discipulorum cupiebat, quòd neq; per noctem silebat, sed tunc propter silentium magis differebat, & ad ipsum cœnæ tempus. At cōturbauit festum diabolus quantum potuit, demergens somno auditorem ac deprimens: quod quomodo contigerit, narrat addens: *Erant autem lampades multæ in cœnaculo in quo erant congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra, cum degrauaretur somno profundo, differente diutius Paulo magis depressus à somno decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eū, et complexus dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascendisset autem, fregisset q; panem ac degustasset, diu colloquutus vsque ad diluculum, ita demum profectus est. adduxerunt autem puerum viuentem, & lætati sunt non mediocriter.*] Vide quomodo fortuitum theatrum præparatum erat futuro miraculo, collectis in vnum discipulis. In fenestra, inquit, sedebat, & intempesta nocte. Tantum

erat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rat audiendi desiderium. Confundamur nos qui ne que in die hoc facimus. Sed Paulus, dicis, differebat tunc. Quid dicis? Etiamnum Paulus differit, imò ne que tunc, neque nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit: non fenestra nunc, non fames, non somnus in terturbat, attamen non audimus, non angustia loci, non aliquid horum. Et hoc sanè miraculum, q̃ etiam ille cum esset adolescens, non erat ignauus, & quum somno grauaretur, non recessit, neque timuit periculum, ne delaberetur. Ne mireris, non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu autem vide oro promptitudinem, quòd etiam in tertio cœnaculo erant. Nondum enim erat ecclesia. Ne turbemini, inquit, anima illius in ipso est. Non dixit, resurget, excitabo enim illum: sed quid? ne turbemini. Vide vt fastu caret, & prompte consolatur. Et vt ascendit, fregitq̃ panem, inquit, ac gustauit. Hoc sermonem interpellauit, non offendit. Vides sine superfluitate cœnam. Et vt gustauit, inquit, diu colloquutus est vsque ad diluculum, & ita exiit. Vides quomodo pernoctarint, quales mensæ fuerint? quàm sobrie iterum auditores abierint, quàm studiosi ad audiendū fuerint? Quid nos à canibus distamus? Videtis quantum discrimen. Adduxerunt autem puerum viuum, & consolationem habuerunt non vulgarem. Magna hæc consolatio, & quòd viuum recipiunt, & q̃ miraculum factum est. *Nos autem conscensa naui soluimus Assum, illic expectaturi Paulum. Sic enim constituerat, ipse per terram iter facturus. Quum autem conuenissemus Assum, recepto eo venimus in Mytilenen*] Vbique à discipulis segregatur Paulus. Ecce enim ipse quidem pedes viam ingreditur, illi autem nauigio vadunt: permittit illis quod leuius, eligens sibi quod molestius. Pedes vadit, partim multa gerens sapienter, partim docens illos à se non separari. *Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium. Postridie verò appulimus Samum, & commorati Trogylli, proximo die venimus in Miletum.*] Vides quomodo festinante

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nante Paulo pergunt,& non moram trahunt,sed præ tereunt insulas.Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. *Festinat enim,si possibile esset, vt diem Pentecostes ageret in Hierusalem.*] Quid sibi vult festinatio illa? non erat propter festum,sed propter multitudinem: interim hoc Iudæis dabat, quasi colat festiuitatem, & rapere volens inimicos,festinabat sermonem annunciare. Vide igitur quantum lucrum omnibus præsentibus? Et aliter: Ne Ephesii negligantur,interim dispensat & curat. Sed iterum videamus quæ lecta sunt: *Et complexus*,inquit,*discipulos, exiit profecturus in Macedoniam,& exhortatus est illos sermonibus multis, ac venit in Græciã,& hac ratione illos iterum refocillauit,magnam consolationẽ illis dans.*] Vide vt vbique sermonibus,non signis omnia corrigit. Soluturo autem in Syriam. Continuo nobis ostendit illum festinantem in Syriam. In causa erat ecclesia & Hierusalem:adeò desiderabat etiam ea quę illic erant corrigere. Quamuis non magna Troas sit. Cur igitur septem diebus illic manent? magna forsan erat iuxta fidelium numerum. Et cum dies septem ibi mansissent, noctem sequentem insumpsit in doctrinam.Ita ægrè ab illis ipse auellebatur. Congregatis autem nobis vt frangeremus panẽ,per illud tempus quo monstrabatur esurire,& nõ erat intempestiuum,principio sermo sumptus productus est. Et ita non simpliciter docuit,sed conuenerant quidem ad frangendum panem, incideram autem in sermonem, ac doctrinam productiorẽ fecerant. Vide quomodo & mensæ Paulinæ omnes socii erant. Mihi videtur q; etiam ad mensam sedens docuerit,eruditerq;,vt nos omnia reliqua propter gis & accessoriis habeamus. Consyderate autem nobiscum domum illam vbi lampades erãt,vbi turba, vbi Paulus medius differebat, vbi & fenestras occupabant,vt audiãt tubam illam,& amabilem vultum intueantur,& quantam hinc voluptatem acceperint. Quare autem in nocte differebat? quoniam exituri erant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant, & non dabatur illum videre amplius: sed hoc quidem illis non dicit, vtpote infirmioribus, aliis autem dicebat. Interim & noctis istius memoriam conseruabat miraculum istud insigne. Magna voluptas auditorum erat, ꝙ & interpolatus sermo magis productus est. Et ita pro doctore casus fuit. Et alioquin etiam omnes ignauos ipse increpiturus erat, qui propter hoc mortuus, vt Paulū audiat. Et quare, inquit, enumerat singula, & quò ierunt, & vnde abierunt, & vbi quidem morati sunt, quæ etiam loca præternauigarunt? Vt ostendat nunc ociosius illum nauigare, idꝙ humana ratione, & prꝛternauigare. Stuerat enim præternauigare Ephesum, ne diu tempus, inquit, tereret in Asia. Bene. Illuc enim veniens non potuisset præternauigare, quoniam noluisset cõtristare eos qui se intantum expectabãt. Vel igitur hoc est quod dicit, vel etiam quòd festinauit. Dicit enim: Festinabat si possibile esset, vt diem Pentecostes ageret in Hierusalem. Vnde non poterat manere. Vide illum etiam humana ratione moueri, & cupere ac festinare, & sæpe non assequi. Fiunt autem hæc ideo, ne putemus ꝙ sint super humanam naturam. Sancti enim & magni viri illi eiusdem naturæ, cuius & nos participes erãt, non eiusdem voluntatis. Ideo & magnã gratiam consequebantur. Vide igitur quanta etiam per seipsos gerant. Eapropter dicebat: Ne demus offendiculum his qui volunt. 1.Cor.9.
Et iterum: Ne infametur ministerium nostrum. 2.Cor.6.
Ecce & vita irreprehensibilis, & magna submissio. Hoc dicimus dispensationem, venire in fastigium & excelsæ virtutis, & modestiæ submittentis se ad aliorum mores. Et audi quomodo absque præceptorum Christi transgressione, hic iterum omniū humillimus fuit. Omnibus omnia factus sum, inquit, vt omnes lucrifaciam. 1.Cor.9.
Idem etiam in pericula se misit, sicut alibi dixit: In patiẽtia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in vinculis. 2.Cor.6.
& magnus erat amor eius erga Christum, sine quo omnia superflua, & humilis in rebus gerendis ordina-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dinatio,et irreprehensibilis vita,& periclitatio. Quis infirmatur,inquit,et nõ infirmus sum ego? Quis offenditur,& non vror ego?

MORALE.

Hæc obsecro & nos imitemur verba, & in pericula iaciamus nos propter fratres,siue ignis,siue ferrum fuerit. Abiice teipsum dilecte,vt tuũ membrum eruas. Abiice teipsum,ne timeas. Discipulus es Christi, qui propter fratres animam suam posuit. Condiscipulus es Pauli, qui innumera mala pati propter eos qui se impugnabant inimicos,voluit. Implere zelo, imitare Mosen. videbat iniuste læsum,& vltus est,regiasq; delitias cõtempsit, & factus est propter ærumnosos illos exul, erro destitutus cognatis, & domo, inq; aliena terra longo tempore versatus est,& nõ reprehendit seipsum,nec dixit hæc verba: Regnũ contempsi,honoremq; tantum & gloriam, volebam vlcisci eos qui iniuste affligebantur,& despexit deus. Et non solum non reduxit me ad pristinum honorẽ, sed quadraginta annis in aliena terra versor. Bene factum q; tales mercedes accepi. Sed nihil horum vel dixit,vel cogitauit. Ita & tu etiamsi malum quid patiaris,benefacias, etiamsi multo tempore ne offendaris,neq; turberis, omnino retribuet tibi retributionẽ deus. Quantum differtur merces,tantũ vsuræ augentur. Igitur habeamus animam compassioni deditam, habeamus mentem condolere scientem. Nihil sit vobiscum vel crudele, vel inhumanũ,etiamsi nihil possis afferre,lachrymare,ingemisce,dole in his quę fiũt, neque erunt hæc frustra. Si iis qui à deo puniuntur, cõdolere oportet,mulo magis his qui ab hominibus iniuste patiuntur. Non egrediebantur,inquit, Senan ad plorandum domum suam vicinam, accipiẽt dolorem,propter quæ extruxerunt in derisionem. Hoc accusat Micheas,q; non condoluerũt. Quid dicis ô Prophetа? Deus punit,& ego condolerẽ his qui puniuntur? Etiam. Hoc enim vult ille qui punit,neq; enim ipse qui punit,oblectatur. Quoniam igitur neque is qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quĩ punit, lætatur: igitur & tu quoq; ne læteris. Sed si iuste quidem, inquit, puniuntur, non oportet dolere. Etiã propter hoc est dolendũ, quia digni supplicio vi si fuerunt. Dic obsecro, quando videris filium tuum vri vel secari, nónne doles? Manifestum q̃ doles. Et non dicis tibiipsi, Cur hoc? Ad sanitatem sectio spectat, pro liberatione est vstio. Attamẽ quando audieris vlulantem, nec ferentem dolorem, non sufficit illa sanitatis spes ad auferendam naturę confusionem: Ita & in illis, etiamsi ad sanitatem puniantur, attamẽ fraternam declaremus nos affectionem erga illos, paternamq; voluntatem. Sectiones & vstiones sunt pœnæ dei, sed propter hoc debemus flere q̃ ægrotarunt, q̃ tali opus habuerunt medicina. Si quis propter coronas hęc patiatur, tunc non dole, vt Paulus ac Petrus. Quãdo autẽ pœnã iure fert, tunc plora, tũc ingemisce. Tales fuerunt Prophetæ. Idcirco & quidam illorum dicebat: Hei mihi dñe. Delebis tu reliquias Israel? Homicidas videmus sæpe ac scelestos viros qui puniuntur, & cruciãtur ac dolemus. Ne simus supra modum philosophi: misericordes fiamus, vt misericordiam consequamur. Nihil illi bono conferendum est. Nihil ita humanũ ostendit characterẽ, vt misereri & humanum esse. Propter hoc & leges lictoribus totĩ permittunt, volentes iudicem vsq; ad pronunciationem sententiæ punire, educunt autẽ illos ad opus. Ita etiã si iuste fiat, non est animæ virtutũ studiosæ punire, sed aliquo alio hoc habet opus. Quia & deus non per seipsum punit, sed per angelos. Lictores igitur sunt angeli? Absit, non hoc dico, sed vltrices potestates sunt. Quando Sodoma subuersa sunt, per illos facta sunt omnia: similiter & ea quæ in Ægypto acciderunt. Immissionem enim, inquit, per angelos malos. Igitur quando seruare oportet, per seipsum hoc facit. Ita filium misit in salutem generis. Et iterum: Tunc, inquit, dicam angelis: Congregate facientes iniquitatem, & proiicite in caminum. De iustis verò dicit non sic: Sed, qui vos suscipit, suscipit me.

Exec. 9

Psal. 77

Mat. 25

Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Luc.9. Et iterum: Ligate illius pedes & manus, & mittite
Mat.22 in tenebras exteriores. Vide illic seruos q̃ ministrãt. Quãdo autẽ beneficiis opus est, seipsum benefactorẽ vocat. Venite benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnum. Quãdo loquendum cum Abraham, ipse adest: quãdo in Sodoma abeundum, seruos mittit, sicut iudex aliquis pœnarum ministros exci-
Mat.25 tans. Et iterum: Euge serue bone & fidelis, super pau-
Luc.19. ca fuisti fidelis, super multa te constituã. Et hunc quidem ipse benedicit, illum autem malum non ipse, sed serui ligant. Hæc scientes non gaudeamus, dum aliqui puniuntur, sed etiam doleamus: ploremus eos, vt etiam hinc mercedem accipiamus. Nunc autem multi gaudẽt etiam eorum malis qui iniuste affliguntur, sed non nos, imò nos omnem compassionem declaremus, vt & ipsi diuina benignitate fruamur, gratia & misericordia vnigeniti dei, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, et in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XLIIII.

A Mileto missis Ephesum nunciis, accersiuit presbyteros ecclesiæ, qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tempus fuerim, seruiẽs domino cũ omni animi humilitate, cumq; multis lachrymis ac tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum, vt nihil suffugerim eorum quæ essent in rem vestram, quin annunciarem vobis, & docerẽ vos publice ac per omnes domos, testificans Iudæis simul ac Græcis eam quæ erga deum est pœnitentiã, & fidem quæ est in dominum nostrum Iesum.

VIde vt ille vrgeat quo propius adnauigetur, & non despiciat, sed totũ probe dispenset, accersens principes, & cum illis quæ dicta sunt, tractans. Et admiratione dignũ est, q̃ quando necessitas adigit, tam eximia de seipso dicere attẽtat, omni modestia vtens. Sicut enim Samuel traditurus
1.Reg.10. Sauli principatum de seipso dicit: Nunquid à vobis acce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

accepi, vos testes ac deus. Et Dauid cum fides non ha beretur ei, dicit: In ouili eram pascẽs oues patris mei, & quando venit vrsus, manibus illum discerpsi. Et ipse Paulus Corinthiis dicit: Insipiens fui, vos me co egistis. Et deus quoq; istuc ipsum facit, non simpli citer de seipso dicens, sed quando ei non creditur, be neficia profert. Vide igitur et hic quid facit. Primum ipsorum testimoniũ affert, ne putes superba esse ver ba, etiam auditores adhibet in testes eorum quæ di cuntur, & minime ipsis mentiatur. Hæc doctoris vir tus est, quando suorum operum testes habet discipu los. Et mirabile est, & non vnam & alteram diem in hoc opere perseuerauit, sed plurimis annis. Vos enĩ, inquit, scitis, quomodo vobiscum omni tẽpore ege rim. Vult igitur illos exhortari, vt fortiter ferant om nia, & separationem suam & futuras tentationes. Quemadmodum & de Mose ac Iesu legimus. Et vi de quid addidit, vt dixit, quomodo vobiscũ fuerim omni tempore, seruiens domino cum omni animi hu militate. Memor humilitatis est, quæ his qui præ sunt, maxime congruit, eo & facillime in arrogantiã tolluntur. Hęc virtus bonorum omnium basis est & fundamentum, quemadmodum & Christus dicebat: Beati pauperes spiritu. Non simpliciter autem humi litatem dixit, sed cum omni humilitate. Multa enim sciebat pertinere ad humilitatem. Est enim humili tas in sermone & in opere erga eos qui præsunt, & er ga eos qui subditi sunt. Vultis vobis modos dicam humilitatis? Sunt quidam qui erga humiles existunt humiles, erga sublimes autem sublimes, quod tamen non est humilitatis. Sunt iterum alii non tales, sed er ga vtrosque humilitatem & sublimitatem seruant, quod etiam maximæ humilitatis est. Docturus igi tur illos talia, ne videatur arrogans esse, prius funda mentum iacit, suspicionẽ tollens. Si enim cum omni humilitate fui, inquit, non ex insipientia loquor quæ dico. Deinde mãsuetudinẽ narrat: Vobiscum, inquit, fui, seruiens domino; Socios operũ ostendens illos.

1. Reg. 17.

2. Cor. 12

Mat. 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ita vbique ſocietas bona eſt. Communia igitur facit opera, & nihil ſuum ponit eximium. Quid enim, inquit? Neglecto ne deo arrogans eſſe potuit? Etiã multi ſunt qui non laudantes deum arrogantes ſunt. Is autem nihil præter diſcipulorum laudem ſibi arrogat. Doctoris opus eſt, ſuis operibus diſcipulos moderari. Deinde ſuam fortitudinẽ oſtendit, quam & ipſam eleuat ac imminuit: Cum multis lachrymis & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum. Vides ꝙ dolet in his quæ fiebant? Hic autem ſuam compaſſionẽ videtur ſignificare. Afficiebatur enim ſic pro his qui peribant, quique hoc faciebant: nam pro his quæ ſibi fiebant, gaudebat. Erat enim ex illorum choro qui gaudebant, ꝙ digni habiti ſunt qui pro nomine illius contumeliam ferant. Et iterum alibi dicit: Et nũc gaudeo in paſſionibus meis, nam momentanea leuitas afflictionis noſtræ miræ ſupra modum æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Verum hæc ex modeſtia dicit, hic autem oſtendit fortitudinem ſuam, & non tantum fortitudinem, quantũ patientiã. quaſi diceret, Male equidem patiebar, ſed vobiſcum. Etiam hoc graue eſt, quod à Iudæis. Vide oro, hoc loco characterem doctrinæ, & dilectionẽ ponit ac fortitudinẽ. Quod nihil ſubterfugerim, inquit, promptitudinem ac ſedulitatem ſuã oſtendit. *Eorum quæ in rem veſtram eſſent.*] Erant enim quædam quæ diſcere non oportebat. Vnde ſicut inuidiæ eſt quædam abſcondere, ita inſipiẽtiæ omnia dicere, propter hoc addidit: Eorũ quæ in rem veſtram: non quaſi illa ipſa cum damno ſubtraxerim. Docui, inquit, non locutus ſum. Et hoc ita eſſe docent ſequẽtia, ſubdit enim: Publice & per ſingulas domos, oſtendens magnum laborem, ſedulitatem ac perſeuerantiam.

Teſtificans Iudæis ſimul ac Græcis.] Non vobis ſolum, ſed etiam Græcis. Hic eſt illa dicendi libertas. Etiam licet nihil profuiſſemus, dicere oportet. Hoc eſt enim proprie, Teſtificor: quando non attendentibus loquimur. Ita Moſes ait; Teſtificor cœlum ac terram.

2. Cor. 4

ram. Et nunc ille: Testificans Iudæis simul ac Græcis pœnitentiã agant,& conuertantur ad deũ. Neq; enim Iudæi illum sciuerunt,eò q̃ filiũ ignorarint, & opera ac fidem non habuerint erga Iesum Christum. Quare igitur hæc dicis? quare hæc commemoras? quid accidit,nihil habes quod obiicias? Prius concussa illorũ mente,deinde subdit: *Et nunc ecce ego alligatus spiritu,vado in Hierusalẽ,ea quæ in illa mihi occursura sunt ignorans,nisi quòd spiritus sanctus per singulas ciuitates mihi testificatur,dicens:quòd me vincula & persecutiones expectẽt. Verũ nihil me mouet,neq; anima mea charior est mihi,vt consumem cursum meũ cum gaudio,et ministeriũ quod accepi à dño meo Iesu, vt testificer euangeliũ gratiæ dei.*] Præparat illos vt semper parati sint ad pericula tam manifesta,q̃ nõ manifesta. Ostendens autẽ q̃ ad magna accedat,nisi q̃ spiritus sanctus, inquit, mihi per singulas ciuitates testificatur,vt mõstret q̃ sponte subeat:et ne vincula vel necessitatem putes,per singulas ciuitates dixit,deinde q̃ subdit. Non habeo pretiosiorem meipso animam,vt consumem cursum meum cum gaudio,& ministerium quod accepi à domino. Vides q̃ non deplorantis verba sunt,sed moleste loquentis ac docentis illos,ac compatiẽtis in his quę fiebant. Non dixit,dolemus, necesse autem est ferre: sed neq; censeo. Hoc iterum dicit,non sese extollens, sed illos docens, per priora quidem humilitatem,per hæc autem fortitudinem,dicendiq; libertatẽ,quasi diceret: Non amo illam prę hac,pretiosius arbitror consumare cursum vt testificer:nõ dixit,vt prædicem,doceam. Sed quid? Vt testificer euangelium gratiæ dei. grauius quiddam dicturus: Mundus ego à sanguine omnium: ideo prius præparat & ostendit quòd nihil omiserit. Igitur quoniam illis erat omne pondus ac sarcinam impositurus, prius emollit mentem illorum, dicens: Et nunc ecce ego scio, quòd non vltra videbitis faciem meam. Deinde hoc subdit: Mundus ego sum à sanguine omnium. Duplex tristitia, tunc faciem illius vltra nõ conspiciendam,et ab ipsis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnibus. Non enim vltra,inquit, videbitis faciem meam vos omnes, inter quos transiui prædicans regnum: & merito contestor vobis, vtpote non vltra affuturus. Mundus ego â sanguine omniũ. Non enim subterfugi quo minus annunciem omnem voluntatẽ dei. Vides quomodo terret,& laborãtes illorum animas ac contritas atterit. Bene,quia necessarium erat. Non enim subterfugi, vt non annunciem vobis, inquit,omnem voluntatẽ dei. Igitur qui non dicit,reus est sanguinis,hoc est cædis. Nihil hoc terribilius. Ostendit quòd & illi,si non faciãt,rei sunt sanguinis. Et videtur quidem rationem reddere,illos autem terret. *Attendite igitur vobisipsis & gregi,in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, vt pascatis ecclesiam dei, quam acquisiuit per proprium sanguinem.*] Vides,duo præcepit. Igitur neq; alios corrigere solũ,habet quidquam lucri: Timeo enim,inquit,ne aliis prædicans ipse reprobus efficiar: neque sui solius curam habere. Qui enim seipsum amat,& quæ sua sunt quærit,similis est ei qui talentum defodit: non ꝙ potior nobis habenda sit nostra salus q̃ gregis, sed quia quando nobisipsis attendimus,tunc & grex lucrũ habet. In quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, vt pascatis ecclesiam dei. Vide quantæ necessitates. A spiritu sancto ordinationem habetis,inquit. Hoc enim est,posuit,vna est ista necessitas. Deinde vt pascatis ecclesiam dei,ecce & secunda: Quam,inquit,acquisiuit per proprium sanguinem. Multum ostendit,dum dicit, preciosam rem,& non paruum esse periculum,quandoquidem dominus pro ecclesia neq; sanguini suo pepercit: nos autem fratrum salutem contemnimus: & ille quidem vt inimicos conciliet, etiam sanguinem effudit, tu autem neq; amicos factos potes retinere.

1.Cor.9

Ego enim scio hoc,quòd ingredientur post abitum meũ lupi graues in vos, non parcentes gregi.] Iterum aliunde illos admonet à futuris,sicut quando alicubi dicit: Non est vobis certamen contra carnem & sanguinẽ. Quia ingredientur,inquit, post abitionem meam lupi gra-

Ephe.6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pi graues in vos. Duplex malum, & quod ipſe non adeſt, & quod alii imponent. Quid igitur abis, ſi hoc præuidiſti? Spiritus me trahit, inquit. Et vide nō ſimpliciter dixit lupi, ſed appoſuit, graues, vehementiã & impudentiam illorum inſinuãs. Et quod grauius, quia illos ex ipſis ſurrecturos dicit. Quod & valde graue eſt, quando etiam domeſticum bellum fuerit. Et bene dixit, attendite, oſtendēs rem eſſe curatu perquàm neceſſariam. Eccleſia enim eſt, & magnum periculum: ſanguine enim illam redemit: & ꝙ duplex eſt bellum. Hæc igitur manifeſtans dixit: Et ex vobisipſis ſurgēt viri loquentes peruerſa, vt abſtrahant diſcipulos poſt ſe. Quaſi â quopiam rogatus dicente: Quomodo igitur cuſtodient? Vigilate, memores ꝙ triennio nocte & die non ceſſauerim cum lachrymis vnumquemq; admonere. Vide quot inſolita dicit, cũ lachrymis: et, noctes ac dies: et, vnũquemq;. Nō enim ſi multos vidiſſet, tum demũ eis parcebat, ſed ſciebat etiã pro vna anima facienda omnia. Itaque ſic illos etiam coniunxit. Quod autem dicit, hunc habet ſenſum: Sufficiunt ea quę à me ſunt acta, triennio manſi. Satis confirmati fuerunt, ſatis radices fixerunt. Cum lachrymis, inquit. Vides ꝙ propter hoc lachrymæ? Hæc faciamus & nos. Non dolet malus, dole tu, fortaſſis & ille dolebit. Quemadmodum ſi quando æger viderit medicum ſumentem cibum, etiam ipſe incitatur: ita certe & hîc erit: ſi viderit te plorantem, emollietur, bonus vir ac mitis fiet. Neſciens, inquit, quæ euentura ſint mihi. Quid igitur? Propter hoc abis? Minime, ſed & probe ſcio quòd vincula & tribulationes me maneant. Itaque ſcio quòd expectant me tentationes: non ſcio autem quales, id quod erat difficilius. Ne igitur deplorantem putetis me hoc dicere, non eſt mihi cara mea vita. Vt excitet illorum mentẽ hæc dicit, & perſuadeat, non ſolum ne fugiant, ſed etiam ſtrenue ferant. Propter hoc curſum & miniſteriũ opus vocat, curſu dignitatem, & miniſterio debitum inſinuans. Miniſter, inquit, ſum. Nihil amplius ha-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

beo. Consolans autem illos,ne doleãt propter ipsius afflictiones, postquam dixit cum gaudio se hæc expectare,& monstrauit fructũ, tunc subiungit & tristia. hoc autem facit, ne mentem illorum obruat. & quæ nam sunt ea tristia? quia dicit: Ex vobisipsis surgent viri loquentes peruersa. Quid igitur,dixerit quis,tantum teipsum reputas,vt si proficiscaris,moriamur? Non hoc dico, inquit, quòd mea absentia hoc faciat. Sed quid? Exurgent quidam inter vos,non propter abitionem meam, sed post abitionem meam,hoc est, profectionem, quamuis etiam iam hoc factum sit. Quod si factum,multo magis posthac fiet. Deinde & causa ponitur,vt trahãt discipulos post se. Et ita propter nihil aliud secte,quàm propter hoc. Subiungitur & consolatio: Quam acquisiuit,inquit,per proprium sanguinem. Si autẽ proprio sanguine acquisiuit,omnino defendet. Noctes & dies nõ quieui,cum lachrymis admonens. Hæc ad vos merito dicerentur,& videtur quidem sermo proprie ad doctores, est autem communis,etiam ad discipulos spectans. Quid enim prodest si ego quidem nocte ac die dico & obsecro et lachrymor,discipulus autẽ nõ persuadetur? Vt enim ne putet quis,sufficere ad defensionẽ esse discipulum, et non opus obediẽtia,propterea vt dixit: Testificor, subdit, non enim subterfugi vt non annunciarem vobis. Igitur hoc solum doctoris,annunciare,prędicare, docere,non subterfugere,nocte ac die orare. Quando autem dum hæc fiunt,nihil proficitur,scitis quid reliquum. Deinde & alia defensio,quia mũdus ego sum à sanguine omnium.

MORALE.

Ne putetis oro,hęc nobis solis dici: etenim ad vos quoque sermo hic est, vt attendatis quæ dicantur,& ne ab auditorio recedatis. Quid faciam? Ecce quotidie clamans disrumpor, vt recedatis à spectaculis, & multi rident nos. Sæpius moneo,ne iuretis,ne auari sitis,& nemo audit. Sed noctu hoc non agis. Vellem etiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiam nocte hoc facere, & ad mensas vestras, siquidem liceret plurimis occupato adesse vobis & colloqui. At dum per hebdomadam semel vocamus vos, & ignaui estis, & alii quidem non aduenitis, alii autem præsentes sine lucro abitis: quid non faceretis, si continuo hoc faceremus? Quid faciemus? scio multos etiam irrisuros nos, eo quòd semper eadem loquimur, tanta vos nostri tenet satietas. nos autem in causa non sumus, sed auditores. nam qui bene facit, semper cupit eadem audire, eo quòd laudes suæ dicuntur. Qui autem bene agere non vult, etiam obtundi sibi videtur, & si iterum eadem audiat, sæpissime se putat audire. Mundus ego sum à sanguine omniū, inquit. Hoc Paulo quidem congruebat dicere, nos autem nō audemus hoc dicere, multorum nobis conscii: eo q̄ ille semper vigilabat & assistebat, & omnia pro salute discipulorum faciens sustinebat: nos autem hoc Mosæ dicemus: Iratus est mihi dominus propter vos, quia in multa peccata adduxistis etiam nos. *Exo.32.*
Quando enim mœremus videntes vos non proficere, nónne quod reliquum est virium nostrarum concidit? Quid enim, dic oro, factum est? quid profecimus? Ecce enim per gratiam dei & nos triennīū iam habemus, noctesq̄ & dies: nónne per tres dies, sæpe etiam per septem exhortamur? Quid amplius assequimur, quàm quòd reprehendimus, increpamus, lachrymas fundimus, dolemus, etsi non foris, sed in corde. Illæ autem sæpe internis lachrymis leuiores sunt. nam illæ quidem mœroris consolationem quandam afferunt, quem hæ augent ac constringunt. Ita fit vt quando quis in mœstitia fuerit, & dolorem enunciare non potuerit, ne videatur vanæ gloriæ sectator esse, maiora patiatur quàm si illum enunciet. nisi vererer ne quis iudicaret supra modum honoris cupidīū, vidisses quotidie fontes lachrymarū me emittere, quarum cōsciæ sunt cubiculum & solitudo. Credite enim mihi, de salute quidem mea desperaui, res autē vestras deploranti non vacat mea mala deplorare,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adeò totus deditus ſum vobis: & ſi ſentio vos obtemperantes, præ gaudio non ſentio mala mea: & ſi video minus obtemperantes, præ dolore iterum intermitto mea. Glorior in veſtris bonis, etiamſi ego plurimis grauer: & lugeo in veſtris difficultatibus, etiamſi multa bene agam. Quę enim ſpes doctori gregę corrupto? Qualis vita? qualis expectatio? cum qua fiducia ſtabit apud deum? Ponamus enim, quòd neque reprehendatur, neque det pœnam: ſed ſit mundus à ſanguine omnium, etiam ſic incurabilia patietur. Quoniam & patres licet pro pueris non redarguantur, attamen dolent ac cruciantur. Et nihil ne, in- *Heb.13.*
quit, hoc prodeſt eis, nec patrocinatur, quod ipſi vigilant pro animabus noſtris? ſed vigilant vt rationem reddituri: & videtur quidem hoc quibuſdam eſſe terribile, me autem vobis perditis hoc non mouet: nam ſiue dem rationem, ſiue non dem, nihil mihi prodeſt. vtinam ſeruaremini vos, et dans ego pro vobis rationem, audiam vos quidem ſeruari, me autem officium nō per omnia impleſſe. Nō enim cura eſt, vt vos per me ſeruemini, ſed ſolum vt ſeruemini. Neſcitis violentiam ſpiritualium in parturitione dolorum, quàm malit ſexcēties defatigari qui talem partum enititur, q̄ vnum ex his qui nati ſunt videre perditum ac corruptū. Qua ratione vobis perſuadebimus? nulla alia ſupereſt: ſed hæc quæ vobiſcum agimus, omnimodā nobis parabunt veniam. Poſſumus & nos dicere, q̄ nihil ſubterfugerimus, nihilominus dolemus: & q̄ dolemus, manifeſtū ex his quæ toties apparamus & excogitamus. Quamuis poſſem vobis dicere, Quid mihi curæ eſt, ego quod meum eſt feci, ego mundus ſum à ſanguine, ſed non ſufficit hoc ad conſolationem. ſiquidem liceret cor noſtrum diſrumpere ac oſtendere, videretis intus eſſe in magna latitudine vos omnes, mulieres, pueros, ac viros. Tanta enim charitatis vis eſt, vt cœlo latiorem faciat animam.
Capaces noſtri eſtote dicebat Paulus, neminem læſi- *2.Cor.7.*
mus, non anguſti eſtis in nobis. Hoc dicimus nunc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& nos, capaces estote nostri. Totam Corinthum habebat ille in corde suo, & dicebat: Dilatamini, & vos non angusti estis: sed ipse non possem dicere hoc. Bene enim scio, quòd etiam vos me diligitis ac capitis. Sed quod lucrum vel meæ charitatis, vel vestræ, quã do in diuinis non proceditis, amplioris tristitiæ inde occasio. Nihil possum reprehendere vos. Testificor enim vobis, quòd si possibile fuisset, effossos oculos vestros dedissetis mihi. Vicissim vellemus non solũ euangelium, sed etiam animas nostras dare vobis. Amamus & amamur, sed hoc non est quod nũc quæritur. Amemus igitur principio Christum, primum enim mandatum est: Diliges dominum deum tuum, Secundum autem simile ei, Et proximum tuum sicut teipsum. Secundum habemus: primo opus est mihi & vobis valde, habemus illud, sed non vt oportet. Diligamus illum. Scitis quanta reposita est merces his qui dilexerunt Christum, diligamus illum cum feruore animæ, vt fruentes eius gratia, effugiamus præsentis vitæ procellas, & bona illum diligentibus promissa assequi mereamur, gratia & misericordia vnigeniti filij, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, &c. 2. Cor. 6.

HOMILIA XLV.

Nunc commendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius, qui potens est vos superstruere, & dare hæreditatem vobis inter omnes sanctificatos.

QVod in epistolis, hoc & in consiliis agit: ab admonitione in preces desinit. Quoniã enim illos valde terruit, dicens: Lupi graues ingrediẽtur ad vos, ne cõsternatas reddat animas, ac perdat: vide consolationem. Et nunc inquit: Sic dixit, manifestãs per hoc, quòd quasi semper hoc agat. Commendo vos fratres deo & verbo gratiæ eius: hoc est gratiæ illius, & bene sic dixit. Sciebat enim quòd gratia saluat. Subinde illos memores facit gratiæ, quasi debitores studiosiores faciens, & confidere suadens. Qui potens est vos superstruere. Non dixit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

extruere, sed superstruere, ostendens quòd extructi essent. Deinde spei futuræ meminit dicẽdo: Et dare vobis hæreditatem inter omnes sanctificatos. Subditur iterum admonitio: Argentum, inquit, vel aurum, vel vestem nullius concupiui. Radicem malorum auaritiam sustulit. Argentum, inquit, vel aurum: non dixit, non accepi: sed, neq; concupiui. Nõdum magnum hoc. Quod autem post hoc, magnum. *Vos scitis, quòd necessitatibus meis, & his qui mecum sunt, ministrarunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quòd sic laborantes oportet suscipere infirmos.*] Vide illum opere manuario vsum: & non simpliciter, sed cum fatigatione. Necessitatibus meis, & his qui mecum sunt ministrarunt manus istæ. Hoc per admonitionem dixit. Et vide quàm pro dignitate. Non enim dixit, oportet pecuniis non succumbere: sed quid? oportet suscipere infirmos, non simpliciter omnes, sed infirmos, ac meminisse sermonis domini Iesu, inquit, quẽ dixit: Beatius est dare quàm accipere. Vt ne quis putet ad illos dictum esse, se ponere in exemplar, id quod alibi dicit: Exemplar dantes vobis, subdidit sententiam Christi dicentis: Beatum est dare magis, quàm accipere. Orabat quoq; super illis admonendo, opereq; id ipsum ostẽdebat. Et his dictis ac positis genibus suis cum illis adorabat: non simpliciter, sed cum magna compunctione. Magna consolatio. Et dicendo, Commendo vos domino, obsecrabat. *Et factus est fletus magnus omnium, & ruentes in collum Pauli, deosculabantur illum, dolentes, maxime ob sermonem quem dixerat, quòd amplius faciem eius non essent visuri, deducebãt autem illum in nauim.*] Dixerat, ingressuri sunt lupi rapaces. Dixerat, mundus sum à sanguine omnium. Hæc vtraq; terribilia, & ad contristandum sufficientia. Maxime autem hoc omnium dolebat, quòd vltra illum visuri non essent, & hinc agonis istius difficultas. Deducebant autem illum ad nauem. sic diligebant eum, sic affecti erant erga eum.

CAP. XXI. *Quum autem factum esset vt soluissemus anulsi ab eis, recto cursu*

venimus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Patarā, & nacti nauem traiicientem in Phœnicen, ea conscē-sa soluimus. Vbi autem apparuit nobis Cyprus, relicta ea, ad sinistrā nauigauimus in Syriam, ac venimus Tyrum.] Vide, venit in Lyciam, & traiiciens in Phœnicen, relicta Cypro in Tyrum nauigauit, nam illic nauis exoneranda erat. Et hæc erat causa nauigandi in Tyrum. Et inuentis fratribus permanserunt ibi ad dies septem, qui scilicet dicebant Paulo per spiritum, ne ascenderet in Hierusalem. Vide, prophetabant & illa afflictioues. Singulari dispensatione fit, vt etiā per illos dicatur, vt ne quis putet alios simpliciter dixisse, Paulumq; gloriatum esse. Iterum & illic orantes, se mutuum relinquunt. *Diebus autem expletis, profecti ibamus deducentibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis, vsque extra portam: & positis in littore genibus, orauimus, & consalutatis nobis inuicem, ascendimus in nauim, illi autem reuersi sunt in propria. Nos vero nauigatione explicita à Tyro, venimus in Ptolemaidem, & salutatis fratribus mansimus die vno apud illos. Sequenti autem die egressi venimus in Cæsaream, & ingressi in domum Philippi euangelistæ, qui erat vnus ex septem, mansimus apud illum.*] In Cæsaream, inquit, vt venimus, mansimus apud Philippum, qui erat vnus ex septem. Huic erant filiæ quatuor prophetissæ, sed non istæ prædicunt Paulo, quamuis prophetissæ essent, sed Agabus. Et quomodo, audi: *Et quum permaneremus dies complures, venit à Iudæa propheta nomine Agabus: & quum venisset ad nos, & tulisset zonam Pauli, ligassetque illius manus & pedes, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus, virū cuius est zona ista, sic ligabunt in Hierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium.*] Qui olim famem prædixerat, hic, Virū, inquit, cuius est zona ista, sic ligabunt. Quod prophetæ faciebant, ante oculos futura præscribebant, quando de captiuitate dicebant, sicut Ezechiel: hoc & iste fecit. Et hoc profecto graue, q; in manus gentiū tradent. *Vt autē audiuimus hæc, obsecrauimus nos & qui loci illius erant, ne ascen-* Ezech. 12.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne aſcenderet ipſe in Hieruſalem, Et multi orabant ne abiret, & neque ſic audiit. Reſpondit autem Paulus: Quid facitis flentes & affligentes cor meum: ego enim non ſolum legari, ſed etiam mori in Hieruſalem paratus ſum, pro nomine domini Ieſu. Quum vero illi nõ perſuaderetur, acquieuimus dicentes: Voluntas domini fiat.] Vides vt ne audiens, putes vel neceſſitatis eſſe. Alligatus, inquit, ſpiritu, proficiſcor, vel ignorantiæ in periculum incidiſſe, propter hoc iſta prædicit. Sed alĩ quidem flebant, ipſe autem obſecrabat, dolens ſuper lachrymis illorum. Quid facitis enim, inquit, flentes ac diſcerpẽtes cor meum? Nihil Paulo in amore indulgentius, quia videbat lachrymantes dolebat, qui in propriis tentationibus non patiebatur. Me læditis hoc facientes, inquit. Nunquid enim ego doleo? Tunc acquierunt, quando dixit: Quid facitis affligentes cor meũ? Super vos ploro, nõ meam paſſionem. pro illis enim & mori volo. Videamus autem iterum quæ lecta ſunt: Argentum vel aurum, vel veſtẽ, inquit, nullius concupiui: iſtud ſcitote, quod neceſsitatibus meis, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Igitur non in Corintho hoc ſolum fecerũt, qui corrumpebant diſcipulos, ſed etiam in Aſia. Hoc nuſquam exprobrat ſcribens Epheſiis. Quid ita? Quia non incidit in neceſſitatem. Et Corinthiis dicit: Non periit
2. Cor. 11. gloriatio mea in regionibus Achaiæ. Et non dixit: Non dediſtis mihi: ſed argentum vel aurum vel veſtimẽtum non concupiui, ne videantur in liberalitate ceſſaſſe. Et non dixit nullius concupiui neceſſaria, ne videatur iterum accuſare illos: ſed hoc inſinuat ꝙ meritò non concupiuit, quando & alios pauit. Vide quomodo operabatur cum diligentia, homo nocte ac die diſſerens cum lachrymis, vnumquenq; admonens. Omnia oſtendi vobis, quòd ſic laborãtes oportet ſuſcipere infirmos. Hoc dicto iterum terruit, vult autem ſic dicere: Non poteſtis ad ignorantiam confugere, quòd ſic laborantes oporteat operari. Et non dixit, Malum eſſe accipere, ſed melius, non accipere.

Memo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Memoresq; esse sermonis, inquit, domini, quẽ dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere. Et vbi dixit? Forsan absque scriptura tradiderant apostoli, vel ex aliis quis colligere poterit. Etenim ostendit fiduciam quam in periculis, compassionem quam cum subditis, doctrinam quam cum fiducia, humilitatem, paupertatem. Hoc autem & paupertate maius. Si enim illic: Vende tuas, inquit, facultates, si vis perfectus esse: quando cum eo q; nihil accipit etiam alios pascat, quid huic conferẽdum? Primus gradus igitur est abiicere propria. Secundus, seipso contentum esse. Tertius, & alios pascere. Quartus, prædicare & habere potestatem accipiendi, & non accipere. Et ita multis pauperibus hic præstantior erat. Et bene dixit, Sic oportet suscipere infirmos. Nam hoc quidem cõpassionis erga infirmos, quòd ex propriis det. Si autem ex alienis, non solum non est bonum, sed etiam periculosum. Et ruentes, inquit, in collum illius, flebant. Hoc affectionem quam erga illum gerebant, ostendit. Ruerunt autem super collum, vtpote postremis complexibus complexuri, & magnas â cõcione amoris illecebras hauserant. Si enim nos quando simpliciter discedimus, ingemiscimus, tametsi iterum nos mutuum reuisuri: quomodo igitur illi tunc citra animi molestiam â Paulo auulsi essent? Ego & Paulum opinor flere. Auulsi, inquit: mõstrat etiam vim, dicẽdo auulsos ab illis. Et merito, alioquin maritimo itinere pergere non potuisset. Quid est recto cursu venimus Coum? Hoc est, non oberrauimus, neq; in aliis locis morati sumus. Sequenti autem die, inquit, Rhodum. Vide illum festinantem. & nactus nauigium traiecit in Phœnicen, forsan illic morati, quia nõ occurrebat alia nauis, qua conscensa irent in Cęsaream. Vt autem apparuit Cyprus, relicta ea ad sinistram. Hoc non simpliciter dictum est, sed vt monstret, q; neq; illi propiare voluerit: recta nauigantes in Syriã, ita festinabat. Deinde & venimus in Tyrum, inquit, & inuẽtis discipulis mansimus apud illos. quũ essent

Luc. 18.

prope

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prope Hieruſalem,non iam currunt,ſed etiam manẽt apud fratres ſeptem diebus. Vide obſecro nunc & dies.Poſt azyma Troadem venerunt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies ſeptem,& habes dies duodecim.Deinde in Aſſum,in Mytilenen, contra Chium in Trogylium,in Samum,in Miletum,& erunt decẽ ac octo dies.Poſtea in Coum, in Rhodum, in Patarам.En viginti & vnum dies.Deinde illinc per dies quinq; in Tyrum,vt ſint dies viginti ſex. Mox illic morantur diebus ſeptem , colliguntuŕq; triginta & tres dies.Poſtea in Ptolemaidem vno die pertingũt, & fiũt triginta ac quatuor dies. Deinde Cæſareæ manet pluribus aliis diebus , & tunc inde eos adducit propheta,& ſic complentur dies Pentecoſtes, & ibi illam facit. Vide illum,quando ſpiritus nõ prohibebat perſuaderi,dicebant: Ne des teipſum in theatrũ, & non dedit. Sæpius illum eduxerunt ac perſuaſus eſt,per feneſtram iterum effugit: & nunc, vt ſic dicã, innumeris rogantibus tam in Tyro quàm in Cæſarea, & flentibus, & plurima grauia prædicentibus, non ſuſtinet.Etiam non ſimpliciter grauia prædicebant.Si igitur ſpiritus iubebat,quare contradicebãt? quia neſciebant ea quæ videbantur ſpiritui. Et alioqui neq; admonitionem per ſpiritum faciebant.Non enim ſimpliciter illi grauia prædicebãt,ſed quia aſcẽdere non oportebat,parcentes ei. Poſtq̃ autem perfecti ſunt dies,hoc eſt impleti.Dies autem dicit conſtitutos.Deducentibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis. Vide quanta conſolatio erat. Et iterum orantes diuelluntur.Etiam in Ptolemaide vnũ diem manent,in Cæſarea vero plures.Et quando audiit,q̃ innumera grauia debuit pati,tunc feſtinat,non in periculum ſeipſum coniiciens, ſed indicans eſſe præceptum ſpiritus. *Poſt dies autem hos , ſublatis ſarcinis conſcendebamus Hieruſalem,hoc eſt, receptis iis quæ ad iter neceſſariis. Venerunt autem vnà quidam ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum , adducentes cum quo hoſpitaremur,Iaſonem quendam Cyprium antiquum diſcipulum.*

Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quum veniſſemus Hieruſalem, libenter exceperunt nos fratres.] Et vide, non dixit Agabus, quòd Paulum ligaturi ſint, ne videantur ex pacto dicere, ſed virum cuius eſt zona iſta. Igitur & zonam habuit. Quoniã non poterant perſuadere, idcirco flebant, & poſtea tacuerunt. Vides philoſophiam? vides amoris vehementiam? Tacuimus, inquit, dicentes: Fiat voluntas domini. *Ducentes*, inquit, *apud quem hoſpitaremur.*] Igitur non in eccleſia. Nam tunc quidem quando pro dogmatibus aſcenderunt, in eccleſia manſerunt: nunc autem, apud diſcipulum quendam antiquum. Oſtendit iam fuiſſe longum prædicationis tempus. Vnde mihi videtur ille in actis multos annos ſuccidere, tãtum quæ vrgebant dicens. Quid eſt, voluntas domini fiat? Dominus, inquit, quod placitum eſt in conſpectu ſuo faciat. Tacent autem illi, & non cogunt, fortaſſe conſcij quòd eſſet voluntas domini, ex alacritate Pauli hoc coniectantes: nam Paulus alioqui ad pericula non tam alacer fuiſſet, neq; Deus permiſiſſet, qui ſemper in periculis illum eripuit. Ita non volunt grauare eccleſiam, quum eſſet alius qui hoſpitio ſuſciperet, nec; autoritatem exigebant. Libenter nos, inquit, ſuſceperunt fratres. Res enim pacificè erãt apud Iudæos, & non vt prius bellũ erat. Ducentes, inquit, apud quem hoſpitaremur.

MORALE.

Paulum hoſpitio ſuſcepit ille, forſan quis veſtrum dicet: Si quis & mihi Paulum daret hoſpitem, ſuſciperem prompte magnaq; cum alacritate. Ecce Pauli dominum licet tibi hoſpitio ſuſcipere, & non vis. Nam qui ſuſcipit vnum ex minimis, me ſuſcipit. Quanto minor fuerit frater qui ſuſcipitur, hoc maior CHRISTVS per illum aduenit. Qui enim magnũ ſuſcipit, non raro vanæ gloriæ ſe obnoxium facit: qui autẽ paruum, is illum purè, propter Chriſtum. Licet tibi etiã patrem Chriſti hoſpitio excipere, & nõ vis. Peregrinus enĩ erã, inquit, & collegiſtis me. Et iterũ: Inquan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inquantum vni minimorum feciſtis, mihi feciſtis. Licet non ſit Paulus, fidelis tamen eſt ac frater, tametſi minimus, CHRISTVS per illum aderit. Aperi domum, recipe. Qui recipit prophetam, inquit, mercedē prophetæ recipiet. Igitur qui & Chriſtum ſuſcipit, recipiet mercedem eius, qui Chriſtum ſuſcipit. Ne diſcredas verbis illius, ſed eſto fidelis. Ipſe dixit, per illos aſſum. Et ne incredulus ſis, etiam pœnas decernit his qui non ſuſcipiunt, & honores his, qui ſuſcipiūt: quod nequaquam feciſſet, niſi aut honore aut contumelia affectus ipſe eſſet. Suſcepiſti me, inquit, in tuū diuerſorium, accipiam te in regnum patris mei. Famem meam ſoluiſti, ſoluam tibi peccata. Vidiſti me ligatum, videri te faciam ſolutum. Vidiſti me peregrinum, faciam te ciuem cœlorum. Dediſti mihi panem, do tibi regnum integrū, ita vt hæres ſis ac poſſideas. Venite enim, inquit, in hæreditatem, poſſidete paratum vobis regnum. Non dixit, accipite, ſed in hæreditatem poſſidete, id quod in his qui proprie poſſederunt dicitur, ſicut quando dicimus, hoc in hæreditatem poſſedi. Miſericordiam feciſti in me in occulto, ego prædicabo in manifeſto. Et alia quidem tua dico, quòd gratiæ ſint: mea autem, quòd debiti: nam quoniam tu, inquit, cœpiſti, ego ſequar, non erubeſco cōfiteri beneficia in me collocata, neq; à quibus me liberaſti fame, & nuditate, & errore. Vidiſti me ligatum, non videbis ignem gehennæ, non videbis tormentorum loca neq; pœnas. O manus revera benedictæ, quæ talibus miniſteriis ſeruiunt, quæ dignā tur miniſtrare Chriſto. Pedes in carceres euntes propter Chriſtum, facile contemnunt ignem. Non ſentiunt vincula manus, quæ ligatum illum viderunt. Induiſti veſtimentum, & indueris veſte ſalutari. Fuiſti in carcere cum illo, & eris in regno cum illo. Hæc confitetur, non erubeſcens, ſed ſciens quòd ipſum inuiſiſti: Neſciebat angelos hoſpitio excipiens patriarcha, & hoſpitio excepit. Erubeſcamus obſecro, in meridie ſedebat, exiſtens in terra aliena in qua neq; veſti-

Mat. 25.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vestigium pedis habebat. Peregrinus erat,& pere-
grinos hospitio excipit peregrinus, ciuis enim erat
cœlorum. Idcirco nec quum super terram esset pere-
grinus erat, nos magis quàm ille peregrini sumus,
qui non suscipimus peregrinos. Non habebat domũ,
& diuersorium erat ei tabernaculum, & vide libera-
litatem, vitulum mactauit,& fermentauit farinam.
Audi & alacritatem, per seipsum & vxorem hoc fa-
cit. Cõsidera etiam q̃ alienus est à fastu, adorat & ob-
secrat. Omnia illa habere oportet hospitio excipien-
tem, alacritatem, festiuitatem, liberalitatẽ. Hospitis
anima erubescit & confunditur, si non cum excellen-
tia declaretur gaudium, abalienatur, & mox deterius
fuerit q̃ non esse susceptam, sic esse susceptam. Idcir-
co adorat, idcirco sermone comi & sedili excipit.
Quis idem facere dubitarit, sciens q̃ ille hospitalitati
operam dederit? At nos in terra aliena nõ sumus: sed
si voluerimus, poterimus illum imitari. Quot hospi-
tes sunt fratrum? Est domicilium cõmune ecclesia,
quam hospitalem vocamus. Curiosius inquirite etiã
vos, considete ad fores, venientes suscipite, & si non
in domus vestras volueritis, sed aliter ea quæ vsibus
seruiunt eis præbete. Quid? ecclesia nõ habet? inquit.
habet, sed quid hoc ad vos? Num à communibus ec-
clesiæ pecuniis pasci, hoc vobis prodesse poterit? num
quid si aliis precetur, tu non debes precari? Quare nõ
dicis: Ego quid precor? Sed ego, inquit, do ei qui nõ
potest venire illuc. Da etiam illi. Quod enim quæri-
mus, hoc est, omnino dari. Audi quid inquit Paulus, 1. Tim. 5.
Vt viduis quæ revera viduæ sunt sufficiant, & ne gra
uetur ecclesia. Vt vis, fac, solum fac. Ego autem non
dico, ne grauetur ecclesia, sed vt tu non graueris. Ra-
tione enim hac nihil operaris, omnia permittens ei:
non propter hoc commune domicilium ab ecclesia
segregatum est, vt hæc dicas. Sed habet sumptus ec-
clesia, inquit, opes habet & reditus. Dic oro, sumptus
non habet? impensas quotidianas non habet? Quid
igitur, quum non adiuueris minimo? Confundor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quidem hæc dicens, sed non cogo. Si quis putat lucrū esse quę dicūtur, faciat sibiipsi xenodochiū in domo, statuat illic lectulum, statuat illic mensam ac lucernam. Quomodo enim non absurdum, siquidem milites venerint inueniri apud vos ordinata domicilia, & multam sui curam, & omnia suppeditari eis, quoniam iuuant vos in hoc sensibili bello: hospites autē non habere vbi maneant? Vince ecclesiam. Vis nos rubore perfundi? hoc fac, sis excellētior liberalitate, habe domū in quam veniat CHRISTVS. Dic: Hæc cellula Christi est, cubiculū istud ei segregatū est, licet humi situm sit ac vile, non despiciet. Nudus & peregrinus CHRISTVS obambulat solum recto egēs, vel hoc suppedita ne crudelis sis ac inhumanus, neq; in rebus secularibus ita vehemēs sis, in spiritualibus frigidus. Sit etiā inter ministros fidelioris hoc officiū, vt cæcos, pauperes, & tecti egenos introducat. Hæc dico ad cōfusionem. nam oportebat quidem sursum in domo illos recipi. Si autem non vis, licet infrā, etiā vbi muli, etiam vbi ministri, accipe Christum. Fortasse horretis audientes. Quid igitur, quando neque hæc facitis? Ecce adhortor, ecce dico, Sit vobis hoc summo studio. An non vultis sic? Igitur aliter facite. Sunt multi pauperes & multæ, segregate omnino, vt ibi maneat aliquis. Sit, licet, custos domus pauper: Sit tibi murulus & sepicula, scutū ac lancea. vbi eleemosyna, nō audet accedere diabolus, neq; aliud quid dam graue. Oro ne despiciamus tantum lucrum. Nūc autem vehiculo quidem locus est segregatus & curribus, Christo autem erranti nullus. Abraham vbi ipse manebat, ibi & hospites suscipiebat, & vxor vt ancilla stabat, illi autem vt domini erant. Nesciebat q̄ Christum suscipiebat, nesciebat q̄ angelos: quod siquidem sciuisset, erogasset omnia. Nos autem quāuis scientes quòd Christum suscipimus, haud tātum declaramus studium, quantum ille putans homines suscipi. At impostores multi sunt, inquit, & ingrati. Et huius tibi maior erit merces, quando propter nomen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

men Christi suscipis. Nam siquidem scires esse impostores, non acciperes in domum. Si autem nescis, cur temerè accusas? Dices, Propter hoc dico eant in xenodochium. Sed quam defensionem nobis reliquam facimus, si neq; hos quos nouimus suscipimus, sed occludimus omnibus fores? Sit Christi generale receptaculum, domus nostra: exigamus ab illis mercedē, non argentum, sed vt faciāt nobis receptaculū Christi domum: circumcursemus, vndiq; trahamus, rapiamus ferā, maiora beneficia accepimus, quàm damus. Non iubeo mactare vitulum, panem da esurienti. Vt autem ne hæc prætexas, sit domicilium cōmune, ecclesia, illuc mitto, & tu suscipies. Quia etiā ille qui per ministros misit, habuit mercedem. Ita erant etiā eruditi Abrahæ famuli, currebant, & non murmurabant, sicuti nostri. Honestos enim ac pios illos quum fecisset, ad bellum assumpsit, & non murmurarunt, adeò bene instituti erant: Omnium enim similiter curam gerebat, sicut sui ipsius. Tantum non enim sicut Iob dicebat, Similiter formati sumus in eodem ventre. Igitur & nos curemus nostram salutem, & magnam faciamus ministrorum curam, vt sint boni, & sit etiam minister vester edoctus ea quæ sunt dei. Facilior nobis erit in posterum virtutis via, si illos cōposuerimus: sicut in bello quum milites sunt bene ordinati, dux facile pugnat. Contrà autē fit, quādo hoc nō erit. Nautis enī consentiētibus, gubernator facile gubernaculū manu regit: ita & hic, si sic fuerint eruditi ministri, nō exacerbaberis facile, nō obiurgabis, non irasceris, non conuitia proferes: fieriq; potest, vt ministros reuerearis, si sint digni, & simul adiuuabunt ac laudabunt tua bona opera. Ab his omnibus omnia erūt quæ deo placent, & sic omnis domus benedictione implebitur, & ea quæ deo probantur facientes, magno superno præsidio adiuuabimur, quod contingat omnibus nobis assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria in secula, Amen. Iob. 33.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA XLVI.

Sequenti autem die ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum, & omnes presbyteri aderant, quibus salutatis narrabat per singula, quæ Deus feciſſet inter gẽtes per miniſterium ſuum.

HIc frater erat domini, & epiſcopus Hieroſolymitanorum hoc tempore, vir magnus & mirabilis: ad hũc ingreditur Paulus, ſicut & ante etiam ad illum mittebatur. Et quomodo, audi. Sequenti autem die, inquit, ingrediebatur Paulus nobiſcum ad Iacobum. Vide quàm alienus eſt à faſtu: omnesq; presbyteri aderant: quibus ſalutatis, narrabat per ſingula quæ feciſſet deus in gẽtibus per miniſterium illius. Iterum illis quæ apud gentes acta ſunt, narrat: non vanæ gloriæ ſtudio, abſit, ſed dei volens miſericordiam declarare, & multo illos implere gaudio. Vide igitur quomodo audiẽtes etiã glorificarint deum. Nõ Paulum extulerũt, neq; admirati ſunt, ſed deum glorificarunt. Sic enim narrauit, vtpote deo acceptum ferens. *At illi quum audiſſent, glorificabant deum, dixeruntque ei, Vides frater quot ſunt milia Iudæorum qui crediderunt, & hi omnes zelotæ ſunt legis? Edocti ſunt de te, quòd defectionẽ doceas à Moſe, omnes qui inter gentes ſunt Iudæos, dicens non debere eos circũcidere filios, neque his ritibus incedere.*] Vides & illi cũ quanta ſubmiſſione loquuntur: non vt epiſcopus cũ magna autoritate loquitur, ſed illũ in conſilij ſocium aſſumũt, quaſi ſtatim & ab initio rationem reddẽtes: Te renuente non vellemus, ſed vides negotij neceſſitatem? Vides, inquit, quot ſunt milia Iudæorum qui crediderunt? Et non dixerũt, Quot milia à nobis edocta ſunt. Nec dicit, Audiuimus eſſe: ſed, ſunt. Et hi omnes, inquit, zelotæ ſunt legis, hoc eſt, ſtudioſi ſectatores. Duæ cauſæ ſunt: Et multitudo, & propoſitum. Neq; enim ſi pauci fuiſſent, contemnẽdi erant: neq; ſi multi, & non omnes legẽ amplexi eſſent, multitudo erat curanda valde. Accedit & tertia cauſa: Edocti ſunt, inquit, de te, quòd defectionem doceas à Moſe,

omnes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens, non debere eos circumcidere filios, neq; his ritibus incedere. Non dixit, Audierunt: sed κατηχήθησαν, hoc est, edocti sunt: & crediderunt, quòd defectionem à Mose à doceas, dicens, non debere eos circumcidere filios, neque his ritibus incedere. Hæc postquàm dixit, subdidit, *Quid igitur est? Omnino congreganda est multitudo: audient enim quòd veniſti: hoc igitur fac, quod tibi dicimus.*] Quasi simul consultantes hæc dicunt, non quasi imperantes. *Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, His assumptis purifica te cum illis, & impende super illis vt radantur caput, & sciant omnes quòd quæ edocti sunt de te, nihil sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem.*] Consulunt vt re ipsa & opere non sermone defensionem afferat. Vt radantur inquit caput, & sciant omnes, quòd quæ de te edocti sunt, nihil sint. Non dixerunt, quòd doces: sed iterum κατηχήθησαν, id est, edocti sunt: per hoc manifestãs, & quòd incedis, hoc est ex abundantia etiam ipse custodis. Non enim hoc solum est quod quæritur, an alios doceat, sed etiam an ipse seruet. Quid igitur? gentes si cognouerint, nunquid offendentur? sed quomodo, vbi & nos, qui sumus Iudæorum doctores, misimus ad illos. *De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus, decernentes, ne quid huiusmodi obseruent illi, nisi vt caueant ipsi ab his quæ sunt immolata simulachris, & a sanguine, & à suffocato, & stupro.*] Hic reuerenter loquitur. Vult autem sic dicere, Quemadmodum nos illis imperabamus, tametsi Iudæis prædicãtes, ita tu quamuis gentibus prædicans cooperare nobiscum. Vide Paulum: Non dicit, possum vtique & Timotheum adducere quem circuncidi, & possum hoc persuadere sermonibus, sed obtemperauit eis, & omnia fecit. Sic enim conducibile erat. Non enim idem erat rationem verbis reddere, & nullo conscio hæc facere. Suspicione etiam carebat quòd impendebant. *Tunc Paulus assumptis viris, & sequenti die cũ illis purificatus, ingrediebatur in templum, denuncians*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

expletionẽ dierũ purificationis, donec offerretur pro vno quoque eorum oblatio.] Διαγγέλλων, hoc est, denunciãs, & ita ipse seipsum manifestum facit. *Dum autem septem dies iam essent implendi.*] Vide quomodo potissimum in illis moratur. *Hi qui ab Asia erant Iudæi, quum vidissent eum in templo, conturbarunt totum populum, & iniecerunt in illum manus, clamantes, Viri Israëlitæ succurrite. Hic est ille homo qui aduersus populum & legem & locum hunc, omnes vbique docet. Insuper Græcos induxit in templum, & prophanauit sanctũ locum hunc.*] Vide mores illorum vbique turbulentos, etiam in medio multitudinis temere clamantes.

Erant enim qui viderant Trophimum Ephesium in ciuitate cum illo, quem existimarunt quòd in templum introduxisset Paulus. Commotaque est ciuitas tota, & factus est concursus populi, Et apprehensum Paulum extraxerunt ex templo, & statim clausæ sunt fores.] Viri Israëlitæ succurrite, inquit. Hic est homo, qui, contra populum & legẽ & locum hũc. Ea illi obiiciunt, quæ maxime eos turbabãt, nempe legem & templũ. Paulus autem quãuis tanta passus, non reprehendit eos, qui ipsi essent horũ causa: Adeò erat magnanimus. Traxerunt illum, inquit, extra tẽplum, & statim clausæ sunt fores. Volebant enim illum occidere, & propterea extrahebant, quò cum maiore audacia hoc faciant. *Quærentibus autem illis occidere eum, ascendit rumor ad tribunum cohortis, quòd tota Hierusalem conturbata esset, qui statim assumptis militibus ac centurionibus decurrit ad illos. At illi quum vidissent tribunum ac milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit ligari duabus catenis, & interrogabat, quis nam esset, & quid fecisset. Alij autem alia clamabãt in turba.*] Et quare interrogaturus illum iussit catenis ligari? Volebat populi furorem mitigare. *Et quum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et quũ vidisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus, propter violentiam turbæ. Sequebatur enim multitudo*

populi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

populi: clamans, Tolle eum.] Quid est, Tolle illum? Mos erat Iudæis contra condemnatos sic loqui, ac dicere, Tolle illum: hoc est, ne sinas illum videri vltrà inter homines: sicut de Christo dicebant. Sunt quidam qui volunt, Tolle illum, idem esse cum eo quòd nos iuxta Romanam consuetudinem dicimus, Mitte illum ad signa. *At Paulus in castra inducendus dicit tribuno, Num licet mihi loqui ad te?*] Quum gestaretur in gradibus, petit quiddam loqui tribuno, & vide quàm manuete. Num licet mihi loqui ad te? inquit. *At ille dicit, Nosti Græce? Nónne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies concitasti seditionem, & eduxisti in solitudinem quatuor milia sicariorũ?*] Hic Ægyptius vir quidam erat qui nuper exortus fuerat seditiosus. Sanè ad hoc rationem reddit Paulus, tollitq; dictis suis suspicionem eius. Sed videamus iterum quæ lecta sunt: *Sunt nobis viri, inquit, quatuor, votum habentes super se, his assumptis purificate cum eis.*] Hic Paulus non obnititur, sed obtemperat: vnde manifestũ, quòd non necessario hoc erat faciendum, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensationem & attemperationem morum, non fuit ad remoramentum prædicationis, vbi scilicet etiam ipsi eiusmodi legẽ illis tulerant. Hoc igitur cum dispensatione quadam etiam ipse Petro obiicit. Nam quod hic ipse facit, hoc illic Petrus, tacens & statuens suum dogma. Et non dixerunt, quòd non oporteat eos qui inter gentes docere: neq; sufficiat quòd non prædicetur illic, sed etiam aliquid amplius est faciendum, vt credant illi, quòd seruies regem. Res ad morum attemperantiã geritur, ne terrearis. Vide, nõ prius persuadẽt illi, donec dispensatio primum dicatur & lucrum. Et quia in Hierusalem hoc faciendũ, tolerabile. Fac igitur hoc hic, vt illud extra ciuitatẽ tibi facere liceat. Tũc Paulus assumptis viris, inquit, sequenti die. Non distulit, sed opere mõstrans se persuasum, assumit eos cum quibus erat purificãdus. adeò dispẽsatio hæc magni feruoris erat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quomodo, inquit, Iudæi Asiatici viderunt illum in templo? Verisimile est quòd illi aliquot diebus ibi versati fuerint. Vide item, quomodo hoc singulari ratione contigit. Nam postquam Iudæis persuasit, tunc aggrediuntur. Merito, ne & illi simul aggrediantur. Adiuuate, inquit, viri Israëlitæ. Quasi incidisset in manus ipsorum incomprehensibilis, & quem venatione sua assequi non possent, clamant: Succurrite. Hic omnes vbique docet, Non hic solum, inquit, sed vbique. Subditur etiam maior accusatio à præsentibus. Ad hæc etiam, inquit. prophanauit templū, inductis viris Græcis. Quin & vbi de Christo agitur, leguntur ascendisse adoraturi. Sed hi dicunt eos, qui nolebant adorare. Et apprehensum Paulum traxerunt foras. Iam enim neq; leges, neque tribunalia verebantur. Ita per omnia apparent illi audaces, & impudentes. Ille autem tunc quidem non reddidit rationem, sed postea. Merito: Tunc enim non audissent eum. Timebant ne effugeret. At vide quanta cum submissione tribuno loquitur Paulus. Quid enim dicit? Num licet mihi loqui aliquid ad te? Adeò humilis erat, vt vbique modeste agere sciret. Nónne tu es Ægyptius ille? Vide malignitatem diaboli. Impostor erat & magus ille Ægyptius, & attentabat per hoc adumbrare, & suorum criminum socios facere Christum & apostolum, sed non potuit. imò eo fulgidior facta est veritas, nihil à diaboli machinationibus offensa: sed magis illustrata. Nam siquidem non fuissent malefici, deinde hi vicissent, forsan suspicio fuisset. Quando autē & illi apparuerunt, & hi vincunt, nimirum res est mirabilis. Idcirco & illi manifestari non prohibentur, vt hi sic magis fulgeant. Tale quiddam etiam erat quod Gamaliel dicebat: Ante hos dies surrexit Theudas. Hos vero sicarios, vocant quosdā à gladiis reconditis quos gestāt. Sicæ enim id genus gladiorum à Romanis dicūtur. Alij putāt esse vnam ex sectis Hebræorū. Tres enim sectæ erant, Pharisæi, Sadducæi, & Esseni, qui etiam

Ossij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Oſii, id eſt, ſancti dicũtur. Hoc enim vult nomen Eſ-
ſenorum à vitæ honeſtate. Illi ipſi & ſicarii dicti, eo
quòd eſſent zelotæ.

MORALE.

Ne igitur doleamus q̃ ſectæ ſint, & pſeudochri-
ſti etiam Chriſto inſidiari voluerũt, ante hoc, & poſt
hoc, vt veritatem adumbrarẽt, ſed illa magis fulget,
manifeſtaq̃ eſt vbique. Hoc & ſub propheris fuit,
fuerunt pſeudoprophetæ, & ex comparatione illi ma
gis claruerũt. Etenim morbus ſanitatem manifeſtam
facit, & tenebræ lucem, & tempeſtas tranquillitatẽ.
Non poſſunt dicere Græci, quòd prophetæ & apoſto
li impoſtores ac magi fuerint. Illi enim redarguti
ſunt. Hoc & Moſi accidit. Permiſit deus aliquid ma-
gis, ne magus putaretur eſſe Moſes: permiſit illos do
cere omnes, quantum magica imponit ſenſibus: vl-
tra autem non deceperunt, ſed ipſi ſe victos confeſſi
ſunt. Nihil nobis nocent impoſtores, ſed meliores po
tius reddunt, ſi quis recte conſyderet. Quid igitur,
quando eandem cum nobis habent gloriam? Non
apud nos, ſed apud eos qui iudicium non habent.
Nobis ne curæ ſit quid multi ſentiant, neque vltra
quàm oportet de gloria ſoliciti ſimus. Deo viuimus
non hominibus. In cœlo ciues ſumus non ſuper ter-
ram. Illic præmia & brabia noſtrorum laborum ia-
cent, illinc expectamus laudes, illinc coronas, eatenus
curemus homines, ne eis offendiculo & damno ſi-
mus. Si autem nos illis offendiculum non damus, &
illi voluerint temere & abſque cauſa nos vituperare,
rideamus, ploremus. Tu prouide bona coram deo &
hominibus. Si te prouidente bona, ille inceſſat, ne ſis
ſolicitus. Habes exẽpla in ſcripturis. Numquid enim *Gal.1.*
hominibus ſuadeo, an deo, inquit? Et iterum: homini *1.Cor.5.*
bus ſuademus, deo autem manifeſti ſumus. Et Chri-
ſtus ſic de his qui offendebantur, dicebat: Sine illos, *Mat.15.*
duces ſunt cæci cæcorum. Et iterum, Vę vobis, quan *Luc.6.*
do bene de vobis dixerint omnes homines. Et iterũ,
Luceant opera veſtra, vt videant homines, & glori- *Mat.5.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficent patrem vestrum cœlestem. Quòd autem alicubi dicit, qui scandalizarit vnum ex pusillis istis, conducit illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris, ne miteris. Non sunt enim hæc contraria, sed potius valde consonant. nam quandoquidem per nos fit, Væ nobis: quando
Rom.12. autem non per nos, non item. Et iterum: Væ vobis
2.Pet.2 propter quos nomen dei blasphematur. Quid igitur, si ego quidem facio quod decet, & alius blasphemat? Nihil ad te, sed ad illum. Nam propter illum blasphematur. Et quomodo possibile est aliquē facere quod oportet, & esse aliis damnosum? Vnde vultis, à præsentibus vel à præteritis vobis exempla afferam? ne ostentatores simus, vultis vt id quod nunc in manibus est, dicamus? Iudaizat Paulus in Hierusalem, & non in Antiochia. Iudaizabat & offendebantur, sed non iuste offendebantur illi. Dicitur abstraxisse Neronis pocillatorem, & concubinam. Quanta putatis contra illum propter hoc dicta esse, sed nō iuste. Nam si quidem ob lasciuiam abstraxisset, vel ob mala opera, merito. quòd si ob vitam eorum corrigendam hoc fecit, quid erat cur male audiret. Dicā aliquid, quod vni familiarium meorū accidit. Irato aliquando deo, quum ille admodum iuuenis esset, & in diaconorum ordine ministraret, abesseté; per illud tempus episcopus, & nullus presbyterorum curam haberet, temere faciebant simul multa millia in vna nocte baptizari, & temere baptizabantur omnes nihil scientes. Quod vt ille intellexit, priuatim simul centum ac ducentos docebat: nihil autem spectabat, nisi quod ad sacramenta attinebat, ne sic migrarent non initiati. Hoc plerique putabant illum ex ambitione fecisse, verum ille non attendebat sic censentes. Cæterum non vltra huic rei inuigilauit, sed statim cessauit. Quid igitur? Nunquid ille autor offendiculi? minime mea sententia. Nam siquidem nulla causa fuisset, merito illum reprehendissent: etiam si iterum negotium id prosecutus fuisset. Contemnendum est propter

Ministerio de Educación, Cultúra y Deporte

ter aliorum offendiculum, si prohibeatur quòd de-
is approbat. Tunc autem curandum, quando non
ogimur propter illud offendere deum: alioqui dic
mihi, si interim dum nos differimus & ebrios taxa-
mus, offendatur quis, desinam ne ego loqui? Audi
Christum dicentem, Num & vos vultis abire? sic, *Ioan.6.*
neque contemnere, neque valde curare oportet, mul-
torum infirmitatem. An non videmus etiam medi-
cos hoc facere, & quandoquidem conceditur, grati-
ficari laborantibus: quando autem quod fit in grati-
am illorum damnum operatur, non iam parcere.
Vbique pulchrum est modum obseruare. Multi bla-
sphemabant ob doctrinam, puellam quandam for-
mosam quæ virgo manserat, scommatis incessebant
illam & instituentes eam. Quid igitur? num pro-
pter hoc illi desistere debebant? Minimè. Nihil
enim operabantur contrarium, sed rem valde gra-
tam deo. Ne igitur spectemus, num offendatur ali-
quis, sed si iuste & non cum nostro damno. Si cibus, *1.Cor.8.*
inquit, offendit fratrem meum, in æternum nõ come-
dam carnem. Meriro. Nihil enim nocet non come-
disse. Siquidem offendit illum quod renunciare vo-
lo, non iam curandum. Et quem, inquit, hoc offen-
dit? Multos equidem scio. Quando res indifferens
fuerit, prohibitio fiat; alioqui si ad vnum hoc atten-
dere volumus, à multis abstinere oportet. sicut è di-
uerso, si contempturi sumus, multos perdemus, quo-
niam & Paulus præcauit offendiculum. Et quomo-
do? audi, Ne abundantia hac qua ministratur à no-
bis. Nihil enim nocebat suspicionem tollere, quan-
do autem in talem inciderimus necessitatem, ita vt
magna fiant mala propter alterius offendiculum, ille
quidem sibiipsi autor, nos autem iam non sumus
rei. Non potuit sine damno illi parci. Multi offen-
si sunt, quòd in templo cubabant fideles quidam,
quoniam non oportebat ibi cubare: sed male.
Nullum enim inde damnum. Offendebantur, quòd
comedebat cum gentibus Petrus: sed ille quidem
parce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parcebat: hic autem non item. Vbique sequi nos decet legem dei, magnumq; studium adhibere, vt nullam occasionem præbeamus offendiculi, vt & ipsi non simus rei, & à deo misericordiam assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA XLVII.

Dixit autem Paulus ego sum homo quidem Iudæus, Tarsensis Ciliciæ non obscuræ ciuitatis ciuis. Rogo autem te, Permitte mihi loqui ad populum. Et quũ ille permisisset, Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebẽ, & magno silẽtio facto, adloquutus est lingua Hebræa, dicens.

VIde illum, quando cum exteris loquitur, non detrectat etiam legalibus vti adiumentis, ita memor ciuitatis suæ illum nunc à temeritate auocat: sicut etiam antea dicebat, verberatos nos publice, indicta causa, homines Romani quũ simus, coniecerunt in custodiam. Quoniam enim interrogabatur, Tu es homo Ægyptius? Ego sum, inquit, homo Iudæus. Vt sic dixit, statim illum à sua abduxit suspicione. Et deinde ne putetur ex gente Iu-
2. Cor. 9. dæus, dicit religionem. Atqui alibi dicit, se seruum, & sub lege Christi. Quid hoc est? Paulus mentitur? Absit. Quid igitur? Num negauit? Absit. Iudæus enim erat & Christianus, quæcunque oportebat custodiens: quoniam & lege maxime omnium ipse persuadebatur Christo credere. Et cum Petro disserens,
Gal. 2. inquit, Nos natura Iudæi. Oro autem te, permitte mihi loqui ad populum. Etiam hoc indicium est, q̃ non mentitur, siquidem omnes adducebat testes. Et consydera illum cum magna manſuetudine differentem. Et hoc erat maximum argumẽtum, quòd nulli crimini erat obnoxius, quòd sic paratus erat ad dandam rationem, volebatq; sisti ad respondendum Iudæis. Vide instructum virum, vide dispensationẽ, nisi tribu-

nus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus veniſſet, niſi legatus fuiſſet, non rogaſſet concedi ſibi ſermonem ad defenſionem, non tantum obtinuiſ ſet ſilentiū. Permittente autem illo Paulus ſtabat in gradibus, et à loco æditiore loquendi facilitas magna erat ligato. Quid huic ſpectaculo par, videre Paulum duabus catenis ligatū concionantem? Quomodo non turbatus eſt? quomodo non confuſus eſt, tantum populum exaſperatū videns aſtante præſide? Primum ſiſtit furorem illorum, deinde narrat. Et vide quàm prudenter, id quod in epiſtola ad Hebræos fecit, hoc & hic, primum cognatione vocis illos allicit, mox & manſuetudine. Proinde & hoc manifeſtans dicit, Alloquutus eſt, inquit, Hebraica lingua, dicens, *Viri fratres ac patres, audite meam ad vos excuſationem.*] CAP. XXII.

Vide ab adulatione liberum ſermonem, habentemq; iuſtitiam. Non enim dixit domini, neq; heri, ſed fratres, quòd maxime amabant, quaſi diceret. Non ſum alienus ego à vobis, nec contra vos. Viri fratres ac patres, inquit. Hoc honoris, illud germanitatis eſt. Audite meam quam nunc ad vos habeo excuſationem. non dixit doctrinam, neque concionem, ſed defenſionem, fitq; vt humiliter orans. *Quum autem audirēt quod Hebraico idiomate alloqueretur eos, magis attenti fuerūt*] Vides vt capit illos vocis patriæ agnitio. Habebant enim reuerentiam quandam linguæ illi. Vide autem quomodo etiam viam paret ſermoni ſic incipiens & dicens: *Ego quidem ſum uir Iudæus, natus in Tarſo Ciliciæ, educatus in ciuitate iſta ad pedes Gamalielis, eruditus autem accurate in patria lege, ſectator exiſtens dei, ſicut omnes vos eſtis hodie.*] Ego quidē ſum, inquit, vir Iudæus, quod maxime omniū auditu illis gratum. Natus in Tarſo Ciliciæ: ne putent ob gentem aliam religionem, addidit, educatus autē in ciuitate hac ad pedes Gamalielis: oſtendit ſibi ingēs erga religionem fuiſſe ſtudium, quandoquidem tam clara patria quæque tantum diſtat relicta, amore legis ibi voluit educari. Vide quomodo iterum in honore habet legem. Hæc autem ad illos loquitur, non

ſolum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſolum vt ſe defendat, verum etiam vt oſtendat ſe nõ humano more, ſed diuina virtute ad prædicationem adductum. Non enim ſic eruditus ſtatim defeciſſet: nam de vulgari potius quopiam veriſimile erat hoc ſuſpicari. De hoc autem qui doctiſſimus erat in lege, minime veriſimile, niſi maxima neceſſitate illum mutatum fuiſſe. Dixerit quis, nihil ad rem facit, quòd ibi educatus eſt: quid enim ſi ob negotiationem vel ob aliam cauſam quandam ibi verſatus eſſet? vt igitur ne tale quid putetur, addidit, apud pedes Gamalielis. Et non ſimpliciter dixit, ad Gamalielem, ſed apud pedes, conſtantiam, ſedulitatem, ſtudium in audiendo, & reuerentiam erga virum monſtrans. Eruditus accurate in patria lege. Non ſimpliciter dicit lege, ſed patria apponit, oſtendens ſe iam inde à maioribus talem fuiſſe, & non vulgarem tantum legis cognitionem tenuiſſe. Hæc quidem videntur pro illis dici, ſed contra illos erant, quandoquidem & ſciens illam reliquit. Quid igitur, ſi exacte quidem ſcias legem, non ames tamen illam? zelotes, inquit, exiſtens dei: hoc eſt, non ſimpliciter ſciens, ſed etiã valde æmulans pro illa. Poſtea cum magnas ſuas laudes prædicaſſet, communes laudes facit, dicens, Sicut vos omnes eſtis hodie. Oſtendit enim illos facere non hominum reſpectu, ſed diuino zelo. Hoc autem dicit, gratificans illis, & præoccupans illorum mentem, & detinens in his, in quibus damnum non erat. Poſtea etiam coniecturas apponit. *Qui hanc viam perſecutus ſum vſque ad mortem, alligans ac tradens in carceres viros ac mulieres, ſicut & princeps ſacerdotum teſtatur mihi, & totus presbyterorum ordo.*] Vt nullus dicat, & vnde hoc manifeſtum, teſtes adducit principem ſacerdotum & presbyteros. Et dicit quidem mulcens, zelotes exiſtẽs ſicut vos, hoc eſt, æqualis vobis. oſtendit autem per opera quòd illos excelluerit. Non enim expectabam donec mihi iniungeretur, ſed ipſe ſacerdotes excitabam, & peregrinationem ſuſcepi. Et non ſolum viros capiebam, ſicut vos, ſed etiam mulieres,

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& alligans omnes & in carceres coniiciens. Indubitatum hoc est testimonium, & irrefutabile à Iudæis. Vide quot testes adducit, presbyteros, principem sacerdotum, eos qui in ciuitate. Vide autem illius defensionem non esse à formidine, sed à doctrina magis & eruditione. Nisi enim lapides fuissent auditores, auscultassent his dictis: nam vsque huc illos habuit testes, reliqua autem testimonio carentia. *A quibus etiam epistolis ad fratres acceptis Damascum pergebam adducturus & illinc qui ibi erant vinctos in Hierusalem, vt punirentur. Factum est autem mihi iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiem, vt subito de cœlo circumfulgueret me lux multa, cecidiq; in solum, & audiui vocem dicentem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris? Ego autem respondi, Quis es domine? Dixitque ad me, Ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu persequeris.*] Igitur maxime & hæc digna fide esse oportebat, ex his quæ præcesserant. Quid igitur, si glorianter loquitur? Minime. dico, quare se tam repente in tantum zelum iniecisset? honorem expectans? Certè contraria acciderunt. Num spectabat voluptatem? neque hanc obtinuisset. Sed quid aliud? nihil inuenire valet ratio. Hæc igitur quum reliquerit, apparet quid sectatus sit. Dum iter facio, inquit, Damascū circiter meridiem, repente ex cœlo circumfulgurauit me lux multa, cecidiq; in solum. Vide quanta excellentia luminis: & quòd nō iactanter loquor, testes sunt qui mecum fuerunt, qui manu duxerunt, qui lucem viderunt. qui autem simul quidem mecum lucem viderunt, & exterriti sunt, vocem autem non audierunt loquentis mihi. Nihil mireris, si hic quidem sic dicit, alibi autem, Steterunt, vocem quidem audientes, nullum autem videntes. Nō sunt hæc contraria. Voces enim duæ erant, vna Pauli, altera domini. Vocem igitur illic Pauli dicit: hic vero etiam addidit, dicens, Vocem non audierunt loquentis mihi. Igitur dum dicit, nullum videntes, significat non videre, sed audire.

Non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non enim dicit, lucem non videbant: ſed, nullum videntes ſteterunt: hoc eſt, loquentem. Merito autem hoc factum eſt. Illum enim oportebat vocem illam obtinere. Si enim audiſſent etiam illi, non tantū fuiſſet miraculum: quoniam igitur craſſiores viſione magis perſuadentur, propter hoc lucem illi viderunt ſolum, id quod ſatis erat ad perſuadendum illis, vndè etiam exterriti ſunt. Et alioquī nō eſt tantum operata lux erga illos, quantum erga hunc. Etenim excæcauit illius oculos. Quo euentu illi, ſi voluiſſent, illuſtrari poterant. Itaque mihi videtur, etiam ſingulari ordinatione illos non credere, & ita eſſe teſtes fide dignos. Dixitq;, inquit, ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Bene etiam ciuitas appoſita eſt, quò magis cognobilis fieret eis. Et Apoſtoli ſic dicebant, Ieſum à Nazareth. Vide & ille teſtatur, quòd perſequutus ſit. *Illi autem qui mecum erant, lucem viderunt, & exterriti facti ſunt, vocem autem non audierunt loquentis mihi. Dicebam autem, Quid faciam domine? At dominus dixit ad me, Vt reſurrexeris vade ad Damaſcum, & illic tibi dicetur quid te oportet facere. Et quum non viderem præ gloria luminis, illius ad manū deductus à comitibus qui erant mecum, veni ad Damaſcum. Ananias autem quidam vir pius, ſecundum legem, teſtimonio probatus, illic habitantium Iudæorum veniens ad me, & aſtans dixit mihi, Saul frater recipe viſum. Et ego eadem hora, recepto viſu, vidi illum.*] Ingredere, inquit, in ciuitatem, & illic tibi dicetur quid te oporteat facere. Ecce iterum alius teſtis, & vide quomodo illum etiam fide dignum faciat. Ananias autem, inquit, vir pius ſecundum legem, teſtimonio probatus ab omnibus Iudæis, ingreſſus ad me & aſtans dixit mihi. Vide, ſic nihil ſine teſtimonio. Et ego eadem hora vidi. Iungitur teſtimonium à rebus ipſis. Et vide quomodo perſonæ & actiones pulchre inter ſe nectantur, perſonæq; propriæ & extraneæ. Perſonæ, ſacerdotes, presbyteri, comites: opera, quæ fecit, quæque paſſus eſt: & opera operibus teſtimonia dant, non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non personæ solum. Vel & aliter: Alienus Ananias: deinde ponitur visio ipsa, mox prophetia. Ille autem dixit, Deus patrum nostrorum præparauit te, vt cognosceres voluntatẽ suam, & videres illum iustum. Bene dixit, Patrum nostrorum, vt ostendat illos non esse Iudęos, sed alienos à lege, & inuidia, nõ zelo agere: vt scias, inquit, voluntatẽ illius, & videas iustum illum. Igitur hæc voluntas eius. Vide vt narratio doctrinæ loco est. *Et audias vocem ex ore illius, quia eris testis eius apud omnes populos, super his quæ vidisti et audisti.*] Et vt videas iustum illum, nunc hoc dicit, Si autem iustus, illi rei. Et audias vocem ex ore illius. Vide vt rem extollit. Quia eris, inquit, testis illius. Igitur propter hoc nõ amittes visum & auditum. Super his quæ vidisti & quæ audiisti, Vtrisque illis sensibus datur nobis scientia. Et nũc quid cunctaris surgere vt baptizeris & abluas peccata tua, inuocato nomine illius? Hic magnum quiddam loquutus est. Non dixit, vt in nomine illius baptizeris, sed inuocato nomine Christi, per quod monstrat illum deum esse. Neque enim alium quàm deum inuocare fas est. Postea etiam ostendit se nõ coactum, dum dicit, Dominus autem dixit ad me, Vade in Damascum, et ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere. Nihil sine testimonio, sed ciuitatis totius testimonium adducit, quę scilicet etiam viderat illum ad manus duci. Vide etiam prophetiam egressam, quam audiuit, se testem fore domini. Revera enim testis illius fuit, & qualem esse oportebat, & per ea quæ operatus est, & quæ loquutus est.

MORALE.

Tales & nos oportet esse testes, & non prodere ea quæ concredita sunt nobis: non de solis dogmatis, sed etiam de vita loquor. Vide enim, quod vidit quodq; audiuit testatur cunctis mortalibus, & nihil prohibuit illum. Et nos audiuimus quòd est resurrectio, & innumera bona. Igitur debemus hoc testificari omnibus hominibus. Ac dicet quis, Nónne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

testificamur, & credimus? Quomodo dum contraria agimus? Dic oro mihi, Si quis se diceret Christianum, deinde deficiens saperet Iudaica, nunquid sufficeret testimonium illud? Minime. Nam ab operibus testimonium quærerent. Ita certè & nostra est causa. Si dicimus quòd resurrectio est ac innumera bona, deinde etiam contemnimus ea, & indigna hæc præsentia præeligimus, quis nobis credet? Omnes enim animaduertunt non quæ dicimus, sed quæ operamur. Testis eris, inquit, apud omnes homines, non apud domesticos duntaxat, sed etiam apud infideles. Testium enim est persuadere, non scientibus, sed nescientibus. Fiamus igitur fide digni testes. Quomodo autem erimus fide digni testes? A vita. Insidiabantur illi Iudæi, insidiantur nobis passiones, quæ iubent non annunciare testimonium. Sed ne pareamus. Testes sumus à deo missi. Iudicatur apud homines quosdam, deus, non esse deus. Misit nos testificaturos sibi. Testificemur & persuadeamus contendentibus. Si non testificabimur, sumus & nos erroris illorum rei. Si autem in secularium negotiorum iudicio non suscipitur testis, multis flagitiis notatus: multo magis hic, vbi de talibus rebus consyderatur. Nos dicimus quòd audiuerimus Christum, & credíderimus his quæ annunciauit: dicunt illi, Ostendite hæc per opera. Vita vestra contraria testatur, quòd nõ creditis. Vultis ne in vsurarios, auaros & rapaces videamus? in lugentes, plorantes, ædificantes, omniáq; agentes, quasi nunquam morituros. Si igitur quòd moriamini non creditis, qua re nihil certius: quomodo vobis credam testantibus? Sunt enim multi homines sic affecti, quasi nunquam morituri. Nam quum in longa senecta incipiunt extruere, quando mortem affuturam putabunt? Non parua pœna nobis quidem ad confessionem vocatis, sed testari non valentibus ea quæ vidimus. Vidimus & nos oculis angelos, & manifestius eis qui viderunt.

Igitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Igitur testificabimur Christo. Etenim non illi soli martyres, sed etiam nos. Eapropter illi dicuntur martyres, quia quum iuberentur confiteri, omnia sustinuerint, vt veritatem dicant: & nos quando affectiones nostræ iubent confiteri, succumbimus. Aurum dicit, dic quòd Christus non est deus: ne igitur audi tu, quasi deum, sed contemne illius præcepta. Concupiscentiæ malæ idem dicunt, sed tu ne persuadeare: sta fortiter, ne etiam de nobis dicatur, deum confitentur scire, operibus autem negant. Hoc enim non est testium, sed aduersariorum. Et quòd alii quidem negant, nō est mirabile: quòd autem nos qui ad confessionem vocati sumus, negamus, valde graue est & onerosum. In testimonium illis eueniet, *Tit. 2.* inquit. Sed si non resiliamus, si persistamus. Si omnes vellemus testimonium dare Christo, cito persuaderemus Græcis plurimis. Multum momenti in vita est dilecti, licet sit quispiam valde efferus, etiam si propter dogma nos condemnet, sed clam approbabit, laudabit, & admirabitur. Et vnde, dicis, erit vita optima? Non aliunde quàm à diuina operatione. Quid igitur, quum & Græci sint tales, alii natura, alii vanæ gloriæ studio? Vis discere quantum valeat vitæ claritudo ac honestas? Multi hæreticorum sic inualuerūt, quòd vulgus hominum mores eorum ac vitam reueritum, in dogmata licet corruptissima non inquireret. Alii quos propter dogma condemnauerunt, propter vitam reueriti sunt, licet non bene fecerint: hoc tamen eis euenit. Hoc religionis nostræ honestatem redarguit: hoc omnia subuertit, q̄ nullus rationem & curam vitæ habet: hoc religionem pessundat. Dicimus deum esse Christum, & cū aliis etiam hoc, quia persuasit omnibus rectam vitam, quam in paucis videre licet. Resurrectionis dogma lædit vitæ improbitas, dilacerat immortalitatem animarum & iudicium, & multa alia: inducit fatum necessitatem, negationem prouidentiæ. Anima enim multis malis immersa, has sibi cōsolationes ex-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cogitare attentat, vt ne cogitans esse iudicium con-
tristetur, & situm esse in nobis facere bonum & face-
re malum, negat. Vita talis operatur innumera mala,
bestias facit ex hominibus, & bestiis stupidiores.
Nam quæ in singulis bestiarum ingeniis habes, ea
sæpe in vno homine congregat, & totum subuertit.
Idcirco fatum introduxit diabolus, Idcirco absque
prouidentia dixit mundum gubernari: idcirco ponit
naturas bonas et malas: idcirco malum absque initio
& materiale subiicit. Ideo omnia agit, vt vitam no-
stram corrumpat: neque possibile est, eum qui sic vi-
uit resipiscere, vel in sana fide permanere. Sed magna
necessitas est hæc assumere. Equidem opinor non fa-
cile reperiri, non rectè viuentem, qui non innumera
satanica sentiat: vt qui tribuat aliquid natiuitatibus,
& quòd temere fiant omnia credat, & quòd omnia
confuse ac sine ordine dispensentur. Ideo oro habea-
mus curã bonæ vitę, ne mala dogmata suscipiamus.
Cain reportauit quòd tremeret ac gemiscceret. Illius
similes sunt mali, & sibi male cõscii plurimorum ma
lorum. Sæpenumero è somno excitantur, turbulentæ
sunt cogitationes eorum, turbati oculi, suspicionibus
plena sunt omnia, metu, & graui expectatione refer-
ta est anima illorum, formidine terroreq; turbatur, &
imbellis fit: nihil anima illa mollius, nihil insipien-
tius, & vt lunatici sunt instabiles. Vnde igitur illa
quæ tanta laborat cæcitate ad cognitionẽ sui veniet?
& certe si tranquillitatẽ haberet, ac serenitatem, pos-
set agnoscere suam nobilitatem: quando autem om-
nia terrent ac turbant, & somnia, & verba, & habi-
tus, & minimę suspiciones, quomodo poterit seip-
sam videre sic turbata ac inquieta? Soluamus igitur
illius metum, disrumpamus vincula. Nam etiamsi
nulla alia esset pœna, qua pœna non sunt hæc grauio-
ra, semper viuere in timore, nunquam fidenter agere,
nunquam refocillari? Hæc omnia exacte scientes, in
tranquillitate nosipsos seruemus, & virtutem cure-
mus, vt & sana dogmata habentes, & vitam rectam

sine

sine offendiculo, ita hanc vitam perficiamus, quò bona diligentibus deum promissa assequamur, gratia et misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto &c.

HOMILIA XLVIII.

Factum est autem quum essem reuersus in Hierusalem, et orarem in templo, vt fierem in ecstasi, & viderem illum dicẽtem mihi, Festina, & exi velociter ex Hierusalem, eo quòd nõ suscipient testimonium tuum de me. Et ego dicebam, Domine, illi sciunt quòd ego coniiciebam in carcerem, & percutiebam in singulis synagogis credentes in te, & quando effundebatur sanguis Stephani testis tui, etiam ipse assistebam & consentiebã cædi eius custodiens vestimenta occidentium illum.

VIde quomodo se in pericula coniicit. Subdit enim, *Factum est autem, quum essem reuersus in Hierusalem.*] Hoc est, venissem post visionem illam in Hierusalem iterum. *Et quum orarem in templo, vt fierem in ecstasi, viderémq; dicentem mihi, Festina & exi velociter ex Hierusalem, eo quòd non suscipient testimonium tuum de me.*] Vide neque hoc sine testimonio agitur, sed ab euentu est testimoniũ. Dixerat, quòd non suscipient testimonium tuum. Et non susceperunt. Certe ex coniecturis diuinare licebat, quòd essent suscepturi. Ego enim eram coniiciẽs in carcerem, & percutiens, inquit. vnde vel propter hoc suscipere debuerant, & nihilominus non susceperunt. Ideo & hoc in ecstasi dicit, qꝑ nõ erant suscepturi. Hic duo præparat, & quòd non possint excusari: nam præter meritum, & præter rationem ipsum persequebãtur: & quòd deus esset Christus, ea quæ præter expectationem prophetizans, & non in ea quæ facta sunt respiciens, sed præsciens futura. Quomodo igitur dicit, coram gentibus, & regibus filiisq; Israel portabis nomen meum? Portabis, inquit, non autem omnino persuadebis. Præterea Iudæi alibi quidem persuadebantur, hic autem non. *Et quando effunde-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

batur sanguis Stephani martyris tui, etiam ipse assistebam & consentiebam cædi illius.] Vide iterum quò sermo desinat, nempe in validum caput. Monstrat enim quòd ipse fuerit persequutor, & non persequutor solum, sed etiam multis manibus occidēs Stephanum. Memoriæ illorum suggessit graue homicidiū. Quod sanè minime ferebant, sic de illo reprehendi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, & accusatio vehemens, & testes veritatis Christi fidenter loquentes erant valde: sed Iudæi non permittebant vltra audire totam concionem, sed vltro accensi furore clamabant. *Et dixit ad me, Vade, quia ego ad gentes procul mittam te. Audiuerunt autem eum vsque ad hunc sermonem, atque sublatis vocibus dicebant, Tolle de terra hominem istiusmodi, non enim fas est eum viuere. Clamantibus autem illis & proiicientibus vestimenta, & puluerem mittentibus in aërem, iussit tribunus vt induceretur in castra, dicens, flagris eum examinandum, vt cognoscat propter quam causam contra illum clamant.*] Oportebat hic tribunum etiam illos ipsos rogare, an ita res habeant. At ille nihil amplius faciens, flagris illum præcipit examinari. Iussit enim illum, inquit, induci in castra, dicens: flagris examinandum eum, vt sciat propter quam causam sic contra illum clamarent: id quod ab inclamantibus discere oportebat & rogare, an aliquem ex dictis apprehenderint: sed simpliciter vtebatur potestate, & faciebat in gratiam illorū. Nō enim hoc quærebat quomodo iuste aliquid faceret, sed quomodo illorum iniustum furorem placaret. *Vt autem astrinxerunt ipsum loris, dixit astanti Centurioni: Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?*] Num est mentitus Paulus se dicens Romanum hominem? Absit: Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito, territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiam nihil aliud, timuit ne capiatur, & maiorem pœnam det. Et vide. Non simpliciter inquit, Nunquid licet vobis? Duo crimina, & absque iudicio, et hominem Romanum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num. Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & non omnes hoc assequebantur. Ab Hadriano enim aiunt omnes Romanos esse dictos. Hoc autem vetus, non sic se habebat. Vel etiam Romanum se vocabat, vt pœnam effugeret. Contemptior enim factus fuisset flagellatus, nunc autem hoc dicto maiorem illis incutit metum. Si autem flagellassent, aggrauassent rem, vel etiam occidissent illum, quod nunc effugit. Vide quomodo deus concedit etiam humano more multa fieri, & in illis & in aliis. Tribunus autem respondens, quòd multa summa ciuilitatem illam compararit, ostendit suspicionem prætextus, quòd Paulus diceret se esse Romanum, & forsan hoc suspicabatur ob vilitatem quæ in Paulo apparebat. *Quo audito, Centurio accedens tribunum annunciauit, dicens: Vide quid facturus es. Homo hic Romanus est. Accedens autem tribunus dixit ei, Dic mihi num Romanus es? Ille autem inquit, Etiam. Respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc emi. Paulus verò, inquit, Ego autem & natus sum. Statim autem recesserunt ab eo qui examinaturi erant illum. Tribunus quoque timuit vt cognouit quòd Romanus esset, & quòd ligasset illum.*] Ego autem, inquit, etiam natus sum. Igitur & patre erat Romano. Quid igitur postea? solutum deducit ad Iudæos. Sic non erat mendacium dicere se esse Romanum, eo quòd & vinculis propterea solutus est. Et quomodo, audi: *Postero autem die volens scire certum quam ob causam accusaretur à Iudæis, soluit illum & iussit simul venire principes sacerdotum & totum concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis. Intentis autem oculis in concilium dixit:*] Non iam ad tribunum, sed ad omnem populum omnemq; multitudinem loquitur. Et quid dicit? *Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum corã deo vsq; in hunc diem.*] Vult dicere, nõ sum mihi ipsi cõscius, q̃ vos læserim, nihil dignũ hisce vinculis commisi. CAP. XXIII.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quid igitur princeps ſacerdotum? Oportebat compungi propter ea quæ in ipſorum gratiam iniuſte paſſus eſt. Ille autem & magis affligit, & iubet eum verberari, quod etiam manifeſtum ex his quæ addidit. Princeps autem ſacerdotum Ananias, his qui aſtabant ei præcepit, vt percutiant os eius. Bonus ſcilicet & manſuetus pontifex. *Tunc Paulus ad illum dixit, Percuſſurus eſt te deus paries dealbate: & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti? Illi autem aſtantes dixerunt, Principi ſacerdotum dei maledicis? Et dixit Paulus, Neſciebam fratres quòd eſſet ſummus ſacerdos. Scriptum eſt enim, principi populi tui ne maledicas.*] Itaque quidam dicunt, quòd ſciens irriſerit. Mihi autem videtur, quod neque omnino ſcierit quŏd eſſet princeps ſacerdotum, alioquin & honoraſſet. Ideo & defendit quaſi accuſatio ſit. Et addit, Principi populi tui non dices male. Quid igitur dicit? Nam ſi non princeps eſſet, alium ne temere contumelia notare oportuerat? Minime. Sed etiam is qui contumelia afficit, magis ferendus eſt. Digna autem quæſtio eſt: Quomodo idem alibi dicens: Quum maledicimur, benedicimus: dum perſequutionem patimur, ſuſtinemus: hic ſanè contrarium facit, & non ſolum conuitiis laceſſit, ſed etiam maledicit. Abſit, neutrum horum feciſſe apparet, ſed rem exactius conſyderanti, magis verba ſunt libere loquentis, quàm iracundi. Et alioqui nolebat contemptibilis videri tribuno. Tribunus enim qui Iudæis eum dedere volens, mutata ſententia flagris abſtinuerat, ſi ferre eum ſeruos cædentes vidiſſet, dubio procul factus eſſet audacior. Propter hoc non ad miniſtrum ſermonem vertit, ſed ad eum qui id iuſſerat. Quod autem dicit, Paries dealbate, & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, dixit, quaſi hoc ei dicens: Reus exiſtens, & multis plagis dignus. Vide quomodo ad illius libertatem in dicẽdo populus territus fuerit. Cum enim debuiſſent omnia miſcere & turbare, admonent eum potius. ipſe quoque legem ſub-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sub infert,nõ territus aut quasi immerenti hoc dixisset,sed legi & hic obtemperans.Et valde credo,quòd nescierit eum esse principem sacerdotũ, eo quòd post longum tempus redierit,neq; continuo fuerit cum Iudæis,sed viderit illum inter multos:quo minus manifestus erat princeps sacerdotum.Quum igitur multi essent ac varij,ita mihi etiam hæc in alios torsisse videtur,ostendens quòd legi credat,& per hoc rationem reddit. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: Quum orarem,inquit, in templo, factum est vt fierẽ in ecstasi. Vt manifestet non simpliciter visionem fuisse,propter hoc apposuit, Quum orarem ego. Festina & egredere velociter,inquit, eo q̃ non suscipient tuum testimonium. Hic ostendit, quòd non timore periculorum ab illis fugerit,sed quòd non erãt suscepturi testimonium eius. Quare autem dixit, Ipsi sciunt quòd ego eram alligans illos? Non contradicens Christo dicit,sed volens discere tam mirabile opus. Vade,inquit:quia ego ad gentes procul mittam te. Vide,non docuit illum CHRISTVS quid oporteat facere,sed iussit solum abire:& obtẽperat, adeò erat sequax.Et extulerunt vocem suam,inquit, dicentes, Tolle illum,non enim fas est eum viuere.O audaciã. Imò vos non est fas viuere,non hunc deo per omnia obedientem. O scelesti & homicidæ.Et excutientes vestes,inquit, puluerem mittebant: quod faciebant ad maiorem seditionem mouendam,vel etiam terrere volentes principem.Et vide,non dicunt causam, quoniam nihil poterant dicere, sed clamoribus concussuros se putant.Attamen oportuerat ex accusatoribus causam cognoscere.Et tribunus timuit,inquit, cognito quòd Romanus esset.Non erat mendacium Paulum esse Romanum. Et soluit illum à vinculis, inquit:& deductum statuit in concilium. Hoc oportebat facere ab initio, & neq; ligare,neq; velle flagellare,sed dimittere eũ qui nihil tale fecerat vinculis dignũ. Et soluit illum,inquit, & deductum illis sistit. Hęc res maximè anxios fecit Iudæos.Intentis autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oculis Paulus in concilium, inquit, Viri fratres. Hic fiduciam suam in loquendo ostẽdit irreprehensibilẽ: sed vide etiam illorum impudentiam: Addidit enim, Princeps autẽ sacerdotum Ananias, præcepit vt verberetur os eius. Quare percutis? quidnam dixit contumelia dignum? O impudentiam, ô audaciã. Tunc, inquit, ad illum Paulus dixit, Percussurus est te deus paries dealbate. Papè libertatẽ. Simulationis & præuaricationis illum fugillat. Vnde ob hoc etiã humiliatur. Et ipse quidem anxius, nihil audet dicere, sed qui iuxta illum, non ferebant illius libertatem. Ita videbant hominem moribundum, & non ferebant. Nesciebã, inquit, q̃ summus sacerdos sit. Nunquid ignorantiæ increpatio erat? Nam si hoc non fuisset, forte accepto illo abiisset, & non siluisset, forte dedisset illis illum tribunus. Hic ostẽdit q̃ volens patitur quæ patitur: & sic rationẽ reddit illis, legi se obedire, non illis, demonstrare volens, alioquin illos valde condẽnabat. Propter legem igitur rationem reddit, sed non propter populum: Merito: Eum enim qui nihil iniustè fecerat occidere, præsertim innocentem contrà legem erat. Igitur contumelia non erat quod dictũ est: nisi quis ea quoq̃ contumeliam esse dixerit, quando dominus dicit: Væ vobis Scribæ ac Pharisæi, quia similes estis parietibus dealbatis. Etiam, inquis. Sed si antequã verberatus esset, hoc dixisset, non fuisset iræ, sed magnæ libertatis. Dixi iam causam, quòd noluit, contemptibilis esse. Quoniam & CHRISTVS contumelia notauit Iudæos, ipse contumelia affectus: Sicut quãdo dicit, Ne puteris q̃ ego accusem vos. At non est hoc afficere contumelia. Absit. Videte igitur, cũ illis quãta manſuetudine loquitur. Nesciebam, inquit, quòd summus sacerdos sit dei. Hoc dixit & nesciebat: ostenditq̃ q̃ non irrideat: ac subdit, principi populi tui non maledices. Vides quomodo etiam principem ipsum adhuc vocat.

MORALE.

Discamus igitur & nos æquitatem, vt in vtrisq̃ simus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

simus perfecti. Multa enim diligentia opus est, vt discamus quid hoc scilicet sit, & quid illud, Sunt enim vitia cognata virtutibus illis: & iuxta dicendi libertatem pullulat temeritas, & iuxta æquitatem mollicies. Et probe considerandum, ne quis virtutem putet se possidere, qui vitium apprehendit: quemadmodum si quis opinetur se iungi dominæ, & iungatur ancillæ. Quid igitur est æquitas, quam ἐπιείκειαν vocant? Et quid mollicies illa non virilis ἀνανδρία dicta? Quando dum alij iniustè læduntur non vlciscimur, sed silemus ipsi: molliciei est. Quãdo autem nos malè affecti toleramus, æquitatis erit. Quid autem dicendi libertas est? Iterum illud ipsum dico, Quando pro aliis certamus. Quid vero temeritas? Quando nosipsos vlcisci meditamur. Atq; ita simul iungunetur magnanimitas, & dicendi libertas: Etiam temeritas iterum, ac mollicies. Qui enim pro seipso dolet, vix pro alio dolebit. Qui autem seipsum non vlciscitur, difficile alios non iuuabit. Quando puri nobis fuerint mores ab affectione, accipiunt & virtutẽ, Sicut purum corpus à febre accipit robur: ita certè et anima, si non ab affectionibus corrumpatur. Magnæ virtutis indicium est æquitas. Eget enim æquitas nobili præclaraq; anima. An parum putas esse affligi, & non grauatim ferre? Et non quis peccarit, curam pro proximo, fortitudinem vocans. Qui enim tam potẽs fuerit, vt tantam possit vincere affectionem, valebit etiam aliam vincere: vtputa, duæ affectiones sunt, timor, & ira. Si iram cõpescueris, manifestum q; & timorem. Iram autem vinces, si æquus fueris. Igitur & timorem si viceris, eris fortis. Iterũ si non viceris irã, eris temerarius. Hanc autem si non viceris, neq; timorem superabis, itaq; & timidus eris. Et hoc fit, vt si corpus imbecillum ita sit malè temperatum, vt nulli labori obluctari valeat: & statim vel à frigore, vel à calore consumitur. Ita enim habet corpus, qualitatibus eius male temperatis. Vbi autem bene tẽperatæ sunt, omnia subsistũt. Iterũ est virtus magnanimitas,

& iuxta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& iuxta eam pullulat prodigalitas. Virtus dispensatio est,& omnia probe dispensare facit. Pullulat iuxta eam sordicies,& parsimonia. Age igitur, virtutes iterum cõgregemus. Igitur non magnanimus est intemperans. Quomodo? Qui ab innumeris capitur affectionibus, quomodo magnæ esset animæ? Non enim pecuniarum ille est contemptor: sed ab aliis affectionibus imperium accipere paratus: quemadmodum si quis latronibus obsequatur, illorum mandatis pariturus, nõ esset liber. Non enim ex contemptu pecuniarum fit consumptio: sed ex eo quod male, vbi non oportet, dispensatur: alioqui siquidem liceret & habere & frui illis, vtique vellet. Qui autem insumit vbi opus est, pecuniam: hic magnanimus est. Magna enim revera est anima si affectioni non seruit, quæ nihil putat esse pecunias. Iterum, dispensatio bonum quiddam est: ita & dispentator erit optimus, si, vt oportet, eroget, & non simpliciter non dispenset. At de parsimonia non est idem dicendum. Nam ille quidem omnia, vt oportet, dispensat: qui parcus autem, neq; si necessarius postulet vsus, pecunias attingit. Dispensans igitur, vt oportet, magnanimi frater est: igitur magnanimum affirmabimus etiam dispensatorem probum, & prodigum etiam sordidum. vtrumq; enim ex pusillanimitate accidit, sicut & illic â magnanimitate. Ne obsecro magnanimum vocemus eum qui simpliciter erogat, sed erogantem vt oportet: neq; dispensantem vt oportet, sordidum & parcum, sed tempestiue parcentem pecuniis. Quanta diues ille insumpsit, qui induebatur byssum & purpuram, sed non erat magnanimus. Anima enim eius â crudelitate vexabatur, & â variis voluptatibus: quæ autem talis est, quomodo esset magna? Magnanimus erat Abraham, in pauperibus suscipiẽdis multa insumens & vitulum occidens, & vbi oportebat non solum non opibus, sed neque animæ suæ parcebat. Si igitur viderimus quẽpiam qui precioſam apposuerit mensam, habeatq; scorta & parasitos: ne magnani

Luc.16.

Gen.18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gnanimum vocemus hunc, sed valde sordidum. Vi de quot affectionibus seruit ac subiectus est, gulæ, voluptati absurdæ, adulationi. Eum autem qui tot malis obnoxius est, & nec ab vno effugere potest, quomodo quis magnanimum vocarit? atque adeò tunc ipsum maxime vocamus sordidum, quando plu rimũ insumit. Quanto enim plura insumit, tanto ma gis manifestat tyrannidem suarũ affectionum, quæ si non valde imperassent ei, non tanta insumpsisset. Iterum si viderimus aliquem horum nulli quiquam dare, sed pascere pauperes, & suppeditare his qui indi gent, ipsum autem habere mensam vilem, hunc val de magnanimum dicamus. Verè enim magnæ ani mæ est suã despicere quietem & curare alienam. Dic oro mihi, Si quem videris contemnentẽ quidem om nes tyrannos, & nihili facientem illorum præcepta, eos autem qui ab illis vim patiuntur eripientem, ac eos qui male habent: nónne putaueris hoc magnum? Hoc sanè & hic cogitemus: Affectiones, tyrãni sunt: si igitur contempserimus illos, magni erimus: si autẽ & alios eripiemus, multo maiores. Meritò: qui enim non sibi ipsis solis sufficiunt, sed etiam aliis, maiores his sunt qui neutrum faciunt. Si autem imperium quis accipit à tyrãno, vt ei subditos percutiat, & ali os pertrahat, alios contumelia afficiat, nunquid hunc dicemus magnanimum? Minime, & tãto magis quã to maior fuerit. Ita in proposito est. Nunc enim pro ponitur anima quæ quum sit nobilis ac libera, hanc prodigus iussit percuti ab affectionibus. Igitur eum qui seipsum percutit, hunc ne magnanimũ dicemus? Itaq; discamus, quæ nam sit magnanimitas, & quæ prodigalitas: quæ sit dispensandi iustitia, & quæ par simonia sordida: quæ sit æquitas, & quę mollicies: & quæ in dicendo libertas, & quæ temeritas, vt hæc in ter se discernentes, possimus placentes domino præ sentem vitam transigere, & futura bona assequi, gra tia & misericordia vnigeniti filij cui cũ patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperium ac honor, nunc & sem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA XLIX.

Sciens autem Paulus quod vna pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamauit in cõcilio: Viri fratres, Ego Phariſæus ſum, Phariſæi filius, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et quum hoc dixiſſet: facta eſt diſſenſio inter Phariſæos, ac Sadducæos, & diſſecta eſt multitudo. Nam Sadducæi quidẽ dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque angelum, neque ſpiritum. Phariſæi autem vtraque confitentur.

ITerum humano more differit, & non ſemper gratia fruitur, ſed etiam permittitur à ſeipſo aliquid afferre, q̃d ſanè & facit. Et in hoc & in ſequẽti ſermone rationem reddit, volens ſcindere multitudinẽ in malum conſpirantem. Et non mentitur etiam hic, Phariſæum ſe dicens. Phariſæus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & ſic rationem reddit. Phariſæus ego ſum, Phariſæi filius, & de ſpe ac reſurrectione mortuorum ego iudicor. Quoniam enim illi nolebant dicere, qua de re iudicent illum, cogitur iam ipſe enunciare. Phariſæi autem, inquit, confitentur vtraque? Sanè quum tria ſint, quomodo dicit vtraque? vel quod ſpiritus & angelus vnum ſit, vel quod nõ ſolũ dictio illa, de duobus, ſed etiam de tribus accipitur. Itaque abuſiue ſic loquutus eſt, & non proprie. Et vide, quando pro illis ſtabat, tunc rationem reddunt pro eo. *Factus eſt enim*, inquit, *clamor magnus, & quum ſurrexiſſent Scribæ partis Phariſæorũ depugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in hoc homine. Quod ſi ſpiritus loquutus eſt ei vel angelus, ne repugnemus deo.*] Et quare non antea rationem pro illo reddiderunt? quia illis nondum commixtus erat, neque manifeſtum erat priuſquam rationem redderet fuiſſe Phariſæum. Vides quando affectiones abſcedunt, quomodo veritas inuenitur? Quod autem dicunt, hoc eſt: Quale crimen ſi angelus ei loquutus eſt aut ſpiritus, & ab ipſo edoctus ſit de reſurrectione

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne docet. Igitur desistamus ab illo, ne si contra eum pugnauerimus, etiam inimici dei inueniamur. Vide sapienter illos rationem dare, etiam Paulo nullam dante occasionem. *Magna autem facta seditione, veritus tribunus ne discerpatur Paulus ab eis, iussit exercitum descendere & rapere eum de medio illorum, adducereque in castra.*] Timet nunc tribunus ne discerpatur, quoniam dixerat quòd Romanus sit. Vnde & non carebat res periculo. Vide quòd iuste confessus est se esse Romanum. Nónne si etiam nunc non timuisset tribunus, & milites Paulum rapuissent, Iudæi quicquid reliqurum perpetrassent, quum voluisent quidem & antea, licet prohiberentur. Ita non subsistit malitia, tametsi tanta re morentur, quamuis etiam adeò multa dispensata sint, vt & furor demulceretur, & discerent per quæ resipiscant: nihilominus instant. vnde magna est defensio illa quòd discerpturi erant hominem, qui raptus est vt tanta pericula effugeret. *Sequenti autem nocte assistens ei dominus ait, Bono animo esto Paule: Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet & Romæ testificari, Facto autem die, Iudæi facta collectione anathematizarunt se, neque esturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum Erant autem plures quàm quadraginta, qui hanc coniurationem fecerant.*] Anathematizarunt seipsos, inquit. Vide vt sunt vehementes, & vltionis cupidi in malitia. Quid est anathematizarunt? hoc est, dixerunt se esse extra fidem in deū, nisi quod decreuerant contra Paulum, implerent. Igitur semper sunt anathematizati illi, non enim occiderunt Paulum. Et quadraginta simul conueniunt. Talis autem gens est, vt quando in bonum conueniendum neq; duo concurrant: quando autem in malum populus totus, & accipiunt socios ac principes. Idco & hoc manifestans addit, *Qui accesserunt ad principes sacerdotū ac seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nosipsos nihil degustaturos, donec occidamus Paulum. Nūc ergo vos significate tribuno & cōcilio, vt cras producat il-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cat illum ad nos tãquam aliquid certius cognituros de eo. Nos vero priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Quum autem audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nunciauitque Paulo. Accersito autem Paulus vno ex centurionibus dixit, hunc adolescentem perduc ad tribunum. Habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem assumens adduxit ad tribunũ.] Iterum per humanam seruatur prouidentiam. Et vide, Paulus nullum sinit discere, neq; centurionem, ne manifestum fiat negotium. *Et veniens centurio annunciauit tribuno dicens, Paulus vinctus accersito me rogauit vt hunc adolescentem ducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem manu illius tribunus, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illũ. Quid est quod habes significãdum mihi? Ille autem dixit, Iudæi conspirarunt vt rogarent te, vt in crastino die educeres Paulum in concilium, quasi aliquid certius cogniturisint de illo, tu vero ne morem gesseris illis. Insidiantur enim ex his viri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne vel edant vel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes vt permittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui effutiat, quòd hæc ad me retuleris.]* Bene tribunus iubet occultare, ne fiat manifestum. Et tunc dicit centurionibus, quãdo & fieri oportebat, & mittitur postea in Cæsareã, vt & illic differat in maiore spectaculo, & clariore auditorio, ne possint dicere Iudæi, si vidissemus Paulum, credidissemus, si audiuissemus docentem. Hæc illis occasio sublata est posthac. Et astans, inquit, dominus ei, dixit, Bono animo esto Paule, nam vt testificatus es de me in Hierusalem, ita oportet etiam Romæ testificari. Vide etiam postquam apparuit ei, iterum permittit ei humano more seruari. Et dignum fuerit cum stupore admirari Paulum quomodo non turbatus fuit, neq; dixit, Quid enim hoc est, nunquid deceptio est à Christo? Sed nihil tale cogitauit vel acidit ei, sed solum credidit. Certe non quoniam credidit somniculosus fuit, sed quæ per humanam sapiẽ-

tiam con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam contueri poterant protulit. Considera autem quomodo illi necessitatem quandam sibiipsis iniungunt per anathematismum. Ecce ieiunium homicidij mater, sicut & Herodes etiam iuramento necessitatem sibiipsi iniunxerat, ita & illi. Tales sunt venãdi artes diabolo, qui prætextu pietatis laqueos tegit. Hæc non sunt sacerdotum sed latronũ, hæc non principum sed facinorosorum. Et vide malitiam excellentem, non sunt contenti, quòd se mutuum corrumpãt, etiam principem vnà cum ipsis corrumpere attentãt. Et idcirco hæc ita acciderunt, vt & ille discceret insidias illorum: isti autem non solum ex eo quòd nihil poterant dicere, sed etiam ex eo, quod clam moliebãtur, arguerunt sese nihili esse. Verisimile autem est illos postquam Paulus amandatus est summos sacerdotes accessisse, & sic cõfusos esse, & re infecta dimissos. Merito autem hoc facit tribunus. Nolebat enim vel gratificari vel annuere. Et quî credidit vera esse quæ annunciauit adolescens? Ex his quæ iam euenerant coniectabat, quia & hoc facturos illos verisimile erat. Et vide malitiam, quemadmodum necessitatem etiam principibus sacerdotum attulerunt, & ne mireris: nam si intantum illi feruebant, & omne periculum sustinuissent, multo magis & istos hoc facturos verisimile erat. Vides quomodo exterorum sententia esse innocens Paulus perhibetur, sicut & Pilatus Christum excusat. Vide etiã vt malignitas seipsam perdit: nam tradiderunt quidem illum, vt occideret ac condemnarent, fit autem contrarium, & seruatur & innocens reperitur. Si enim non sic, etiã discerptus esset: si nõ sic, etiam periisset, etiam condemnatus esset. Non solum autem tribunus liberat illum ab hoc impetu, sed & iuuat illum, vt in tanto discrimine etiam absque periculo seruetur. Et quomodo nam? Audi, subdit enim: *Et accersitis duobus quibusdam centurionibus, Parate mihi ducentos milites, vt proficiscantur in Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

præbete, vt impositum Paulum saluum perducant ad Felicem præsidem, scriptis literis in hanc formam: Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, quum iam interficiendus esset ab eis, superueniens cum exercitu eripui, cognito quòd Romanus esset, volensque scire causam, ob quam accusarent illum, deduxi eum in consilium eorum: quem comperi accusari de quæstionibus legis eorum, nullum dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et quum indicatum esset mihi de insidiis quas ponerent illi, misi eum ad te, præcepto dato etiam accusatoribus, vt quæ habent aduersus eum, dicant apud te. Vale.] Vide epistolam habere & excusationem pro illo: Nullum enim, inquit, inueni habere crimen: & accusationem contra illos magis quàm contra hunc: sic erant cædis auidi. Et primum quidem, inquit, quòd interficiendum à Iudæis eripuerit: deinde addit, quòd deduxerit illum ad eos, & neq; sic inuenerint illi quod obiicerent. Et quos oportebat ob priora territos fieri, & confundi, iterum attentant occidere, vt iterum pro illo clarior sermo fiat. Et cur nam accusatores mittit? Vt pro tribunali ibi hęc diligentius exquirantur, & innocens fiat. Videamus iterum quæ supra sunt dicta: Ego, inquit, Pharisæus sum. Hoc dixit, vt etiam illos sibi conciliet, deinde ne videatur adulari, subdit: De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Ab accusatione & calumnia illorum se continet. Nam Sadducæi quidē neque angelum esse neque spiritum dicunt. Nihil incorporeum sciunt Sadducæi, fortassis neque deum, quia tam crassi sunt: vnde neque resurrectionem credendam esse putant. *Et quum surrexissent factionis Pharisaicæ Scribæ, depugnabant dicentes: Nihil malum inuenimus in homine isto.*] Vide, audit & tribunus ipsum à criminibus excusant Pharisæi, & sententiam fert pro illo, & maiore cum fiducia eripit eum. Quin & verba Pauli plena erant sapientiæ. Sequēti autem nocte astās illi dominus dixit, bono animo esto Paule; sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te opor-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te oportet etiam Romæ testificari. Vide quanta consolatio, Primo illum laudat: deinde non sinit incertã profectionem illius in Romã, quasi diceret non abibis solum illuc, sed etiam erit tibi libertas in loquendo. Hinc nõ manifestatur q̃ seruetur, sed q̃ in magna ciuitate cũ magna corona testificaturus sit. Quare autẽ non priusquã incideret in periculum apparuit illi? Quia semper in tribulationibus consolatur deus. Tunc enim desiderabilior apparet, & in periculis exercet nos. Vel q̃ hactenus quidẽ mitius habitus fuerat, liber à vinculis, nunc vero grauia suscipiẽda erãt. Quia anathematizauimus nosmetipsos, inquit, non esuri neq̃ bibituri. Papè quanta insania? seipsos anathemati sine ratione obnoxios faciunt. Vt deducant illũ, inquit, ad vos, quasi aliquid certius cognituros de eo. Quid dicitis, nónne secundo vobis cõcionatus est? nónne Pharisæum se esse dixit? Quid igitur reliquũ? Ita nihil reuerebantur, non tribunalia, nõ leges. Ita nihil ab illis inattentatũ remãsit. Et sentẽtiam suã proferunt, & operã pollicentur. Quũ audisset autẽ filius sororis Pauli insidias. Hoc iam diuina fit dispensatione, illos nescire q̃ audiãtur. Quid igitur Paulus? Non turbatus est, sed conscius sibi, q̃ opus dei esset, & omnia in illum proiiciens, salutẽ habuit ex ea re. Et obserua quomodo Deus omnia in bonum ordinauit. Dixit adolescens insidias, creditũ est ei, & ita seruatur Paulus. Et si liberatus est, inquit, à causa, quare accusatores missi sunt? vt & exactior fiat inquisitio, & vir magis approbet suam innocentiam.

MORALE.

Tales sunt diuinæ ordinationes, vt per quæ offendimur, per eadem vtilitatem accipiamus. Ita Ioseph insidiis petebatur à domina: & putabat quidem illa se insidiari, sed insidiando securum illum reddidit. nam carcer multo mitior ei fuit, quàm domus in qua alebatur illa bestia. illic enim quamuis bene tractaretur, continuo tamen in timore erat, nequando insiliret ei domina, & vrgebat illũ timor carcere grauius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Post accusationẽ autem in securitate erat ac quiete, liberatus ab illa bestiola, & turpitudine, & insidiis. Iucundius enim ei erat viuere cum erumnosis hominibus quàm cum insaniente domina. Itaque consolabatur seipsum quòd propter continentiam iniectus esset, illic autem timebat ne in anima plagam acciperet: nihil enim molestius iuueni muliere, cui non assentitur, nihil detestabilius, nihil grauius: atque adeò non incidit in carcerem, sed carcerem effugit: inimicum illi fecit dominum, sed conciliauit deum & familiariorẽ ipsum reddidit vero domino: priuauit præfectura domestica, sed commendauit domino. eundẽ fratres vendiderunt, sed liberarunt à contubernalibus inimicis, inuidia & odio magno ac quotidianis insidiis, longe fecerunt eum ab odio habentibus. Quid enim hoc deterius, quando quis cohabitare cogitur cum fratribus inuidia laborantibus, quando suspectus est, quando insidiis expositus? Ita alia faciebant, cum hi, tum ista: alia autem & magna à deo pro iusto ordinabantur. quando erat in honore, tunc erat in periculo: quando erat in ignominia, tunc erat in securitate: non memores erant illius eunuchi, & bene, vt clarior fieret euadendi occasio, ne humanę gratiæ, sed diuinæ virtuti totum adscriberetur, vt tempestiuè in vsum constituẽdus educeretur, ne benefaciens, sed beneficium accipiens, è carcere Pharao illum educeret. non oportebat seruile fieri donum, sed necessitate premi, oportebat manifestam illius fieri sapientiã: propter hoc obliuiscitur eunuchus, ne in obliuionem veniat Ægyptus, ne ignoret illum rex. Si tũc eductus fuisset, forsan in terram suam redire desideraſſet: propterea multis necessitatibus fit obnoxius, primũ domino, deinde carceri, tertio regno, vt hæc sic ordinentur. Quemadmodum enim generosum equum volentem ad suos exilire, retinuit Deus ibi, propter gloriosas causas: nam quòd desiderarit patrem videre, & à dolore liberare, manifestum est ex eo quòd illuc vocarit. Vultis etiam alias videamus insidias, quòd

pro

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro nobis fiant, non solum quòd mercedem habent» sed etiam quòd in tempore isto pro nobis faciant? Insidiabatur illius patri patruus huius, & patria eiecit. Quid igitur? etiam ipsum procul à periculis amouit. Factus est & ipse securus, fecit magis philosophum, fecit videre somnium. Sed seruiuit in aliena terra? Et ad illos profectus accipit spõsam, & dignus videtur socero. Iam decipit & ille, sed etiam hoc in bonum tendit euentum, vt multorum puerorum fieret pater. At volebat insidiari, verum etiam hoc in bonum cedit, vt in terram suam postea redeat. Si enim fuisset in felicitate, non sic desiderasset patriam. Vltrà abstulit mercedem, at illa magis creuit. Sic semper quo magis insidiis erant obnoxij, hoc amplius res eorum florebant. Si non adultiorem duxisset, forsan haud fuisset factus tot puerorum pater, sed in peregrinatione multum temporis contriuisset, & mœstus fuisset quemadmodum & mulier. Illa enim merito mœsta erat, eo quòd non esset facta mater. Hic autem habet consolationem, quæ mœrorẽ discutiat. Rursum si non fraudasset ipsum mercede, non desiderasset videre terram suam, non declarata fuisset virtus viri, non magis familiares facti essent ei. Vide enim quid dicunt, Deuorando deuorauit nos & argentum nostrum. Et ita hinc prodiit amoris causa. Seruas ferè habuit pro mulieribus, & diligebatur ab eis, cui possessioni haud poterit conferri aliquid. Nihil enim honestius quàm amari ab vxore & amare: & sapiens inter beatos ponit, quibus amabilis quæ amat vxor obuenit: ibi enim verè diuitiæ, & multa abundat felicitas. Igitur si illud non sit nulla aliorum erit vtilitas, sed omnia turbantur, omnia insuauitate & confusione plena sunt. Igitur & nos hoc ante omnia quæramus. Pecunias quærens, non hoc quærit. Hæc quæramus, quæ firma esse possent, ne nuptias ab opulentis, ne immodicæ diuitiæ vxori superbum afferant sensum, & inde corruptionem. Non vides, quid fecit Deus, quomodo illam subiecit? Quare in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gratus es,quare insensatus? id quod tibi natura concessum,hoc tu ne corruperis adiutorium, & ita non oportet te diuitem quærere,sed vt habeamus cõmunem sociam ad liberos procreandos:non vt pecunias afferat vxor illã dedit Deus, sed vt sit adiutrix. Quæ autem pecunias affert, etiã insidiatur, & domina fit pro ministra,vel forsan bestia pro muliere,volẽs propter diuitias sapere magna. Nihil turpius viro qui sic vult ditari. Si enim istuc ipsum ditari tentationibus plenum est,sic ditari quid non afferet? Ne enim hoc attẽdas,si id quibusdam accidat raro: nam & in aliis negotiis,quibus præter expectationem fruuntur quidam,non spectatur quod plerique fortunatiores sint, sed id spectamus quod ratio docet. Si multa insuauia tibi erunt,non solus in ignominia eris,sed etiam pueros confundes,pauperes relinquens,si prior moriare, & ei multas occasiones das vt mox secundum quærat maritum. Non vides multis hanc fuisse causam secundarum nuptiarum, vt non contemnantur, & vt quærant eos qui rebus suis præsint. Itaq; nec hæc operemur mala propter opes,sed omnia relinquamus,& animam inquiramus bonam, vt & dilectionem assequamur. Hæ sunt magnæ diuitiæ, hæ sunt magnus thesaurus,hæc sunt innumera bona. Quæ nos omnes assequi, vt oportet,& iuxta leges dei viuere, vt etiam futuris bonis frui possimus,cõcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

HOMILIA L.

Itaque milites vt præceptum erat eis assumpto Paulo,duxerunt per noctem in Antipatridem,& postero diere lectis equitibus qui erãt cum illo, reuersi sunt in castra. At illi vt venerunt Cæsaream,& reddiderunt epistolam,duci statuerunt etiam Paulum.

DEducunt quasi regem quendam lanceariis stipatum cum tanta multitudine,& id nocte,timẽtes iram & impetum populi. Igitur postq̃ ejecerunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eiecerunt illum è ciuitate tunc desistunt. Non autem tribunus cum tanta illum securitate emisisset, nisi & ipse in nullo eum condemnasset & illorum sanguinaria sciuisset mentem. *Vt autem legit & rogauit, ex qua prouincia esset, & cognoscens quòd ex Cilicia: Audiã te,* inquit, *quando & accusatores tui venerint, iussitque illum in prætorio Herodis custodiri.*] Iam pro illo rationem dederat Lysias, attamen & sic Iudæi insidiãtur, & præoccupant auditorẽ: & iterum in vincula mittitur, & audi quomodo: *Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus & rhetore quodam Tertullo, qui & cõparuerunt apud præsidem contra Paulum.*] Vide quomodo neq; sic desisterunt, sed veniunt quãuis prohibiti multis difficultatibus vt & illic confundantur. *Vocato autem illo, cœpit Tertullus accusare dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa bona opera fiant huic populo per tuam prouidentiam semper & vbique, suscipimus præstantissime Felix cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te morer, oro vt paucis nos audias pro tua humanitate.*] Profecto vos hoc fecistis, oratore quid opus erat? Vide quomodo hic statim ab initio, quasi rerum nouatorem, & seditiosum calumniari vult, & iudicem laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, prætercurrit, & vnum hoc dicit. Vt autẽ ne diutius te detineam, Vide quomodo iudici puniendi desiderium immittit, vtpote comprehensuro orbis turbatorem, & quasi in magno bono opere gloriantur.

CAPVT XXIIII.

Inuentum enim virum hunc pestilentem, & mouẽtem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, sectæ Nazaræorum præstitem, qui etiam templum attentauit prophanare, quem etiam apprehendimus & voluimus secundum legem nostram iudicare, superueniens Lysias tribunus magna cum vi ex manibus nostris abduxit, iubens accusatores eius ad te venire, ex quo potes ipse diiudicans de his omnibus cognoscere de quibus nos accusamus eum.] Vt pestilentem iam, & vt communem hostẽ gentis accusant, & præstitem sectæ Nazaræorum:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

videbatur hoc ignominiosum, quòd Nazaræorum. Ideo & hoc allegarunt & hoc nomine iterum accusant eum. Nazareth enim contemptior erat. & inuentum inquit. Vide quàm malignè vt fugientem calumniantur, & vix se illum assequutos dicunt, quamuis septem diebus fuerit in templo. Apprehendimus & secundum legem nostram iudicare voluimus. Vide q̃modo & legẽ cõtumelia afficiũt. Neq; enim hoc legis erat, percutere, occidere, insidiari. Additur & Lysiæ accusatio: Superueniẽs autẽ Lysias tribunus magna cum vi, ex manibus nostris abduxit. Non conueniebat illi rem hanc facere, quam tamen fecit. Ex quo poteris diiudicãs de his omnibus cognoscere, de quibus nos accusamus illum. Adierunt autem & Iudæi dicentes, hæc sic habere. Quid igitur Paulus? nũquid ad hæc tacet? minimè, sed libere loquitur iterũ & Respondet, idq; volente præside. Addidit enim:

Respondit autem Paulus innuente ei præside vt dicat: Sciens multis annis te iustum iudicem huic gẽti esse, æquiore animo de rebus meis satisfacio, quum possis tu cognoscere non esse plures quàm duodecim dies, ex quo ascendi Hierusalem adoraturus, & neque in templo inuenerunt me cum aliquo loquentem aut concursum facientem turbæ, vel in synagogis, vel in ciuitate, neque probare possunt ea de quibus me accusant.] Non sunt hæc adulationis verba, testari de iustitia iudicis, sed illa magis, quòd multa pace potiantur per eum. Quur igitur iniustẽ seditiosi estis? Obserua autem, illi ad iniustitiam impellebant: hic quod iustum, quærebat. Ideo & dicebat, Æquiore animo de rebus meis satisfacio. Deinde & â tempore confirmat: Sciens te multis annis iustum iudicem. Et quid hoc ad demonstrationem conducebat? Ostendit sanè quòd & ipse sciat, nihil se eorum feciſſe quorum accusabatur. Si autem concursum turbæ vnquam concitasset, vtique iudex ipse cognouisset, nec ei qui tantus erat occultum fuisset. Deinde quoniam accusator nihil potuit monstrare in Hierosolymis, vide quid dicit.

Omnibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Omnibus Iudæis in vniuerſo orbe: mendacium con-
fingens. Idcirco Paulus hinc illum abſtrahens, Adora
turus aſcendi, inquit: quaſi per hoc rationem reddẽs.
tantum abeſt vt ſeditionẽ concitem. & in hoc iuſto,
quòd certè validum erat, immoratur: ſubdit enim,
Neque in templo, neque in ciuitate, neque in ſynago-
ga inuenerunt me cum aliquo loquentem, id quod &
verum erat. Et ille quidem præſtitem inquit, quaſi in
bello aut tumultu: hic autem vide vt humaniter re-
ſpondit: *Confiteor autem hoc tibi, quòd iuxta viam*
quam vocant Sectam, ſic colo patrem deum, credens omni-
bus quæ in lege ac Prophetis ſunt ſcripta, ſpem habens in
deum, quam & ipſi amplexantur, futuram reſurrectionẽ
iuſtorum & iniuſtorum.] Vide, ſeparabant hunc illi,
hic vero ſe adiungit, & legi, per ea quę reſpondet, ad-
dictum declarat, confirmansq; iterum quod dixerat,
addit: *In hoc autẽ & ipſe ſtudeo ſine offendiculo con-*
ſcientiam habere erga deum, & erga omnes ſemper. Poſt
annos autem plures acceſsi, eleemoſynas exhibiturus in
gentem meam & oblationes, in quibus compererunt qui-
dam me purificatum in templo, haud cum turba, neque cũ
tumultu.] Quur igitur aſcendiſti? quur veniſti? ado-
raturus, & eleemoſynas daturus, inquit, id quod non
erat ſeditioſi. Deinde deiicit illorum quoque perſo-
nam, dicens ſine diſcrimine. *In quibus me compere-*
runt quidam eorum qui ex Aſia erant Iudæi, quos opor-
tebat tecum adeſſe & accuſare ſi quid habeant contra me,
vel hiipſi dicant, quid inuenerint in me iniuſtum, quum in
concilio vel de vna hac voce qua clamaui inter eos ſtans,
De reſurrectione mòrtuorum ego hodie iudicor à vobis.]
Hæc erat abundans iuſtificatio, non fugere ab accuſa-
toribus, ſed paratum eſſe ad reddendam rationẽ om-
nibus, De reſurrectione mortuorũ ego hodie inquit,
iudicor. Et nihil dixit eorum, quæ merito poterat di-
cere, q̃ inſidiati ſint, q̃ comprehenderint illum, quòd
inſidias ſtruxerint: hæc enim ab illis dicuntur facta
eſſe, ab hoc autem nihil periculi erat; ſed tacet, & tan-
tum rationem reddit, quamuis plurima dicere potuiſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fet. Hoc illum & in Cæsarea clarum reddebat, quòd cum tanto venerat agmine. In quibus inuenerunt me purificatū in templo. Quomodo igitur prophanauit? Non est hoc vnius & eiusdem, purificari & adorare & propter hoc venire, & polluere. Hoc etiam pro firmanda causa aliquid faciebat, q̄ sermonem non sinit esse prolixiorem, & gratificatur iudici: mihi enim videtur et propter illum satisfactionem contrahere, sed videamus iterum dicta: Quoniam antea multū concionatus erat Tertullus, ostendens quòd breuitati studeat, non dicit, audi causam: sed ne te diutius morer, oro vt audias pro tua humanitate. Fortassis sermonē sic instituit per humilitatem, vel etiam verè hoc humanitatis indicium erat, cum possint multa dici, non interturbare sed paucis dicere. Inuenimus enim virū illum pestilentem, Qui, inquit, & templum tentauit polluere. Igitur non polluit. Quid igitur si aliàs hoc fecit? minime, alioqui etiam dixisset, nunc autem dicit, attentauit quidem. Hoc autem quomodo, non apponit, & sic causam Pauli meliorem, suam vero deteriorem reddit. Quem & apprehendimus, inquit, & voluimus iudicare iuxta nostrā legem. Superueniens autem tribunus cum multa vi è manibus nostris eripuit. Hic ostendit quòd coacti ad peregrina tribunalia veniunt, & q̄ non obturbassent ei nisi coēgisset ille, & quòd non fuerit officii illius abducere virum: nam cum iniuria apud nos facta sit, et iudicium apud nos fieri oportebat. Et quòd ita sit, vide quid deinceps dicat, Cum multa, inquit, vi. Vis erat. Ex quo potes cognoscere. Neque recusare audet. Erat enim ad veniam dandam facilis vir, neque simpliciter aderat. Deinde iterum ne videatur mentiri, Paulum sui ipsius accusatorem adhibet. Ex quo, inquit, potes diiudicans cognoscere. Mox et testes dictorum adsunt. Adiecerunt autem & Iudæi dicentes, hæc sic habere. En testes, qui & ipsi accusatores. At Paulus respondet, Sciens te multis annis esse iustum iudicem, Non igitur peregrinus, neque extraneus, neque nouator erat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erat, quandoquidem à multis annis cognoscebat iudicem. Et bene addidit, Iustum, ne ad principem sacerdotum respiciat, neque ad populum. Vide quomodo non prouocatus est ad contumeliam, neque erga accusatorem, quamuis etiam necessitas sit. Credens, inquit, omnibus quæ in lege: hoc dixit, ostendens nullum hominem, qui resurrectionem futuram credit, tale quid vnquam facturum. Quam & illi approbant. Non dixit de his quod credunt his quæ in Prophetis sunt scripta, neque enim credebant: sed hic omnibus credebat, nõ illi: quomodo autem, longum esset nunc dicere. Tanta dixit, & nusquam Christi meminit. Sed vbi dicit credens omnibus, etiam de Christo accipiendum: nunc moratur in resurrectionis sermone, vtpote in communi dogmate, quod omnem seditionis suspicionem tollebat. Subditur & causa ascensionis: Eleemosynas, inquit, & oblationes facturus ingentem meam veni, idque post annos plures. quomodo igitur obturbaret eos, quibus vt eleemosynam faceret, tanta venerat via? Non cum turba, inquit, neque cum tumultu. Vbique seditionem inficiatur. Bene autem vocat etiam accusatores eos qui ab Asia, quos oportebat, inquit, tecum accusare, si quid in me habeant. Ita confidit mundus esse ab his de quibus accusabatur, quòd & illos aduocat, & nõ solum eos qui ab Asia, sed etiam eos qui ex Hierusalem accusatores non reiicit. Quin & hos aduocat iterum adiiciens, Vel hi ipsi dicant. Etenim ob hoc primùm offensi sunt, quòd resurrectionem prædicaret. Et bene sic faciebat. Hoc enim ostenso facile etiam subiiciet, Christum resurrexisse. Quid inuenerunt, inquit, in me iniustitiæ, quum starem in concilio? In concilio dixit, ostendens quòd nihil inuenerint, non priuatim inquisitione facta, sed præsente multitudine, & diligenter diiudicante. Quòd autem hæc vera dico, testes sunt qui de hoc accusant. Idcirco etiam dicebat, In hoc autem studeo, vt sine offendiculo conscientiam habeam erga deum & erga homines.

Pero

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Perfecta est enim hæc virtus, quando neque hominibus damus occasiones, & apud deum curamus esse sine offendiculo. Qua voce clamaui in concilio. Etiam vim illorum manifestat dum dicit, clamaui. Non possunt dicere quòd prætextu eleemosynæ hæc fecerim: neque enim cum turba, neque cum tumultu hæc faciebam. Et alioquin etiam inquisitione facta de hoc, nihil amplius inuentum est. Vidisti in periculis humanitatem? vidisti honestam linguam? & quomodo id vnum quærit, vt sua excuset, neque illos criminibus implicet, nisi quando defensio cogit, quemadmo-
Ioan. 8. dum & Christus dicebat, Ego dæmonium non habeo, sed honoro patrem meum, vos autem non honorastis me.

MORALE.

Hunc imitemur & nos, quoniam & ipse Christi imitator fuit. Si ille his qui vsque ad mortem ac cædem processerunt nihil loquutus est durum: nos qua venia digni erimus, qui ad conuitium & contumelię verbum exasperamur, scelestos ac flagitiosissimos vocantes inimicos nostros, & quam excusationem habebimus dum nobis sunt inimici? Nõ audis, Qui honorat, seipsum honorat, nos autem nosipsos contumelia afficimus? Accusas ꝙ contumelia affectus es: quare igitur & ipse in hoc crimen incidis? Cur teipsum percutis? mane sine affectionibus, mane inuulnerabilis, ne volens alium vulnerare teipsum in malum conicias. Non sufficit nobis alius animæ tumultus, qui nullo concitante oritur, vt concupiscentiæ illicitæ, mœrores, tristitia, & quæcunq; id genus, vt alios etiam super alios cumulemus? Et quomodo, inquit, possibile est, eum qui contumelia afficitur ferre? quomodo autem non possibile? dic oro. Vulnus nobis nascitur ex verbis? cicatrices in corporibus? quantum igitur nobis erit damnum? atque ita si voluerimus, possumus ferre. Ponamus nobis legem, ne doleamus: dicamus nobisipsis, non est inimicus, infirmitatis est hoc: vere enim ex infirmitate est. Quoniam ꝙ non sit

imi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inimicitiæ, neq; malignitatis morum, volebat etiam ille continere, quamuis multis nominibus læsus sit. Si hoc cõsyderauerimus solum, quod infirmitatis est portabimus, et veniam dabimus illi, conabimurq; ne & ipsi cadamus. Cæterum rogo omnes qui præsentes estis, num sic philosophari poteritis? equidem opinor. Itaque inuitus te contumelia affecit, & non volens, sed ab affectione coactus. Contineas te, non vides dæmoniacos? quemadmodum ille non ab inimicitiis, quantum ab infirmitate patitur, ita & nos non à natura contumeliarum mouemur, quantũ à nobis ipsis: alioqui quomodo feremus insanientes, similes contumelias inferentes. Item si amici essent qui conuitiis nos impetunt, vel etiam maiores, & sic ferremus. Quomodo igitur non absurdum, cum triplex hominum genus, amicos, insanientes, & maiores, ferre possumus: pares autem honore vel inferiores non toleramus? Sæpe dixi, momentanea res est, & ad ictum oculi durans. Paulisper fortes simus, & totum perfecimus: quanto maiore contumelia afficimur, tanto infirmior est autor. Audisti quando oporteat dolere: quando nos contumelia afficimus, & ille silet, tunc ipse quidem fortior est, nos autem infirmi. Si autem diuersum fiat, etiã gaudere oportet, coronatus es, prædicatus es, idq; neq; in palæstram deductus absque sole & radio & puluere inimicitias ferens, neq; complicitus illi, neque datis ansis. Sed si volueris solum, siue sedens siue stans, accepisti magnam coronam, & non simpliciter magnam, sed multo maiorem quàm illi. Non est enim par inimicum prosternere oppugnantem, & tela iræ vincere: vicisti neq; data ansa, prostrauisti affectionem quæ in te est, occidisti bestiam commotam & rabidi furoris ora obturasti, quemadmodum pastor optimus. Domesticum bellum futurum erat & intestina pugna: nam sicut qui mœnia proximi obsident foris, intestina curant oriri bella, & sic vincunt: Sic & qui contumelias iacit, si non excitarit affectiones nostras, non poterit vincere, si nõ ipsi nos

incen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

incenderimus. Ille profecto nullū robur habet, apud autem nos est iræ scintilla, vt tempestiue accendatur, non contra nosipsos, neq; vt multis nos malis immiſceat. Non videtis in domibus ignem reconditum, & non passim sparsum, neq; in fœno, neq; in vestibus etiam flante vento non accendi? sed licet ministra lucernam habeat, etiamsi coquus accendat, denunciatur ne iuxta ventū, neq; iuxta tabulam, neque in nocte hoc faciat: sed quando ingruit nox, sopimus illum, timentes ne forte dormientibus nobis, quum nullus sit qui iuuet, accendatur, & omnes exurat. Hoc etiam in ira fiat. Ne omnino dispergantur nostræ rationes, sed in profundo mētis seruentur, vt neque ventus à verbis aduersarii facile pertingat, sed à nobis suscipiatur vētus scientibus congrue illum tuto mouere. Si deforis ventum accipiat, nescit modum. Sępe etiam dormientibus nobis ventus ille incidit, & omnia quiescere facit. Sit igitur sic vt nobis solum lucem accēdat: accendit enim lucem ira, quando decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniuste lædunt, contraq; diabolum, ne omnino iaceat, neque abiiciatur scintilla. In cogitationibus humilibus sopiamus illum, non semper illo opus habemus, sed quando operari quid oportet, & mollire, quando obstinationem domare opus fuerit, quando condemnanda est anima. Quanta mala fecerunt ira & furor? Et hoc graue, quādo in diuersa excitamus, non iam illius sumus domini, sed alios expectamus. Vnusquisq; confunditur & erubescit vt veniat ad placandū alium. Vide, diuidere quidem & discindere non erubescit, sed fit mali dux, accedere autē et diuisum coniungere confunditur: perinde ac si quis abscindere quidē membrum non grauetur, agglutinare autem erubescat. Quid dicis homo? mulctum lęsisti, et ipse autor fuisti pugnæ? Itaq; iustus eris si prior abeas & cōcilies, vtpote qui causam ipse prębueris. At læsus es, & ille autor est. Igitur etiam propter hoc, vt magis te admirentur, quum primo & secundo potiores partes habeas, vt qui nō fueris inimicitiarum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

citiarum autor: ita neq; tu extendes vltra inimicitias, & ille forsan multorum conscius secum confundetur ac erubescet. Sed superbus est? verum hãc ob rem ne sis tardus ad accedendum. Etenim duplex illius affectio est, nempe ira et superbia. Tu causam dixisti, propter quam prior accedere illum debes, quia sanus es, & videre potes. Ille in tenebris est. Ita enim se habent ira ac superbia. Tu autẽ qui ab his liber & sanus accede, ad infirmũ medicus. Nemo medicus dicit, quoniam infirmus est non vado, sed propter hoc maxime vadit, quum videt eum qui non potest venire. Eos enim qui venire possunt, minus curant, eo q; minus infirmi sunt, non sic agunt cum decumbentibus. An non videtur tibi infirmitate difficilior esse superbia & ira? Nónne hæc quidẽ valido igni comparatur, illa autem inflato & languido corpori? Cogita quantum sit ferre febrem & inflationem. Vade extingue ignẽ, potes enim per gratiam dei, quemadmodũ aqua compescere incendium. Quid igitur si hoc ipso magis extollatur, inquit? Nihil ad te, nam tu quidem quod tuũ est fecisti, ille autem sibiipsi imputet, ne condemnetur nostra conscientia, quasi propter nos aliquid omissum sit. Pasce inimicum tuum: hoc enim faciens accumulabis carbones ignis super caput eius. Attamen quum hoc sit, iubet abire, et conciliare & benefacere, non vt carbones ignis accumulemus, sed vt ille hoc sciens compescatur, vt tremat, vt terreatur beneficiis inimicorum magis quam inimicorum insidiis. Non enim inimicus vltionis auidus ita lædit odio habentẽ, sicut qui prodest ac benefacit. Etenim qui vltionis est auidus, vel parum vel nihil incommodat. Qui autem benefacit, congerit carbones ignis super caput eius. Dices, Igitur non est faciendum, ne accumulentur carbones. Ergo in caput tuũ mauis carbones cumulari? Etenim hoc facit vltionis auiditas. Sed iubes amplius extendam? Minime: tu enim hoc non facis, sed ille bestia asperior. nam si tu benefeceris, & honoraris, & concilies, ille seruet inimicitias,

sibi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sibiipsi ignem accendit,ipse suum exussit caput:tu autem nihil senties. Ne sis deo magis misericors,innumera alioqui feras mala. Imò neque si volueris poteris,neque in paruo:nam quantum distat cœlum à terra, tantum hominum consilia à consiliis diuinis. Et
Mat.7. iterum:Si vos,inquit,quum sitis mali,scitis dona bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester? Sed excusatio est ac cauillū. Ne cauillemur præcepta dei.
Rom.12. Et quomodo cauillamur?inquit. Dixit:hoc faciens, carbones ignis cumulabis super caput: tu autem dicis, Timeo inimicum,quia valde me læsit. Non hæc dicis? Quomodo autem omnino habebas inimicum? times eum qui iniuste læsit,teipsum autē non times? Vtinam tuipsius curam gereres. ne hoc fac animo, imò vel hoc animo fac.Sed non facis,Non dico quòd carbones ignis cumulabis , sed etiam aliud amplius quiddam tibi dico,tantum fac. Hæc enim omnia vt te prouocet Paulus dicit, Spe pœnæ soluite inimicitias. Quoniā ita bestialibus moribus prædíti sumus, vt non feramus diligere inimicos, nisi vt aliquid patiantur expectemus,sicut bestiæ porrigit hunc panē.
Mat.5. Certe apostolis non hoc dixit Christus.Sed quid?vt sitis similes patri vestro cœlesti. Et alioqui fieri non potest vt benefaciens et beneficia accipiens,maneant inimici. Idcirco hæc posuit. Quur tu in verbis philosopharis,in operibus autem modum non seruas? Bene,non pascis illum, ne carbones ignis coacerues ei. Igitur parcis? igitur amas & bona mente hoc facis? Scit deus an bona mente hoc dicas. Certe sermonibus agis nobiscum sophistam. Curam geris inimici, & times ne puniatur? igitur extinxisti irā. Qui enim sic diligit, vt suam vtilitatem contemnat propter ea quæ illi conducunt,nō habet inimicum. Poteris hoc dicere? Quandiu ludimus in rebus nō ludicris & veniam non habentibus? Ideo depositis illis prætextibus,ne contemnamus leges diuinas, vt possimus bene placentes domino, vitam præsentem deducere, & promissa bona assequi,Gratia & misericordia domini no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ni nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, et in secula seculorum, Amen.

HOMILIA LI.

Distulit autem, inquit, Felix illos probe tenens quæ de via illa, dicens, Quando Lysias tribunus descenderit, pernoscam vestram causam: iussitq; Centurionem vt custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare vel accedere illum.

VIde quanta probatio, primum quidem à multis, deinde multo tempore probatur, ne dicere possint sublata iudicia: nam quoniam orator meminerat Lysiæ, dicens quod vi abduxerit illum, subdit tempestiue Felicis verba, & inquit, Distulit autem Felix illos probè tenens quæ de via illa: hoc est, dedita opera distulit, non opus habens vt discat, sed volens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Punire iterum nō poterat: impudens enim fuisset. Ideo & distulit dicens, *Quando Lysias tribunus descenderit, pernoscam vestram causam, iussitq; Centurionem vt custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, et nullum familiarium prohiberet ministrare, vel accedere illum.*] Sineretq; illum, inquit, relaxari. Ita ipsum & ille à criminibus liberauit. Cur igitur si reliquit, detinet? illis gratificans, vel etiam expectans pecuniam se accepturum. Idcirco & reuocat Paulum. Et quòd ob hoc reuocarit, manifestum nobis facit scriptor, addēs ac dicens. *Post aliquot autem dies quum aduenisset Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum. Disputante autem illo de iustitia & temperantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, In præsentia abi, cæterum opportunitatem nactus accersam te, simul & illud sperans fore vt pecunia daretur à Paulo vt solueret ipsum. Propter quod & frequenter accersens ipsum, loquebatur cum eo.*] Vide quomodo veritatem habent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ dicta. accersiuit autem illum subinde, non admirans illum neque laudans quæ dicebantur, neque credere volens. Sed quid? Expectans dandas sibi pecunias. Vide quomodo nõ occultat hic iudicis mentem, quamuis si condemnasset, non hoc fecisset, neque si voluisset audire accusatorem & maleuolum. Et vide Paulum quamuis cum principe loqueretur; nihil dicere eorum per quæ verisimile erat refocillari animam illius, sed talia è quibus etiam terretur & mente concutitur. Disputante enim, inquit, de iustitia, temperantia & futuro iudicio, tremefactus est Felix. Tanta erat verborum Pauli vis, vt & principem terreant. Et hic quidem accipit successorem, & relinquit hunc ligatum, quamuis certe non oportebat, sed finis erat imponendus: gratificans autem Iudæis reliquit illum, qui sic vrgebant, vt iterum assequantur, tametsi nullum apostolorum sic persequebantur, vrgentes tamen iterum abscedunt. Singulari dispensatione recedit è Hierusalem, sic se erga bestias illas habens, attamen volunt illum iterum duci illuc iudicandum. Verum & hoc loco statim dispensauit deus, non permittens principi. Verisimile enim illum nuper ad principatum euectum voluisse gratificari, sed non permittit deus. Postquam autem descenderunt, tum impudenter & grauiores fecerunt accusationes. Et quum non posset propter legem illum occidere, iterum ad solitam consuetudinem suam confugiunt, sicut & Christum accusabant, reum Cæsaræ maiestatis læsæ dicentes. Paulum enim rationem reddere de peccatis in Cæsarem manifestum erat, vnde & ipse interpretans, subdit: *Impletis autem annis duobus, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis, reliquit Paulum vinctum.* *Festus ergo suscepta prouincia post triduum as-*

CAP. XXV. *cendit Hierusalem, ab vrbe Cæsarea. Significauerunt q; illi principes sacerdotum, ac primores Iudæorum de Paulo, & rogabant eum postulantes fauorem aduersus eum, vt accerseret eum Hierusalem, insidias intendentes, vt interficerent*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficerent eum in via Festus autem respondit, vt seruaretur quidem Paulus Cæsareæ, se vero breui illò profecturum. Qui ergo inter vos, inquit, potentes sunt, veniat nobiscum descendant, & si quod est in hoc viro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos diebus plus quàm octo, descendit Cæsaream, & postero die sedit pro tribunali, iussitq; Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui à Hierusalem descenderant Iudæi, multa & grauia crimina intendentes in Paulum, quæ non poterant probari, Paulo pro se rationem reddente, quòd neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem peccasset. Porrò Festus Iudæis volens gratificari, respondens Paulo dixit, Vis Hierusalem ascendere, & illic iudicari apud me?] Vide quomodo & ille Iudæis gratificatur. Propter hoc iterum etiam illum perterret humanis vtens armis, & audi quomodo:

Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iudæos nihil læsi, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui & dignum morte feci aliquid, non deprecto mori. Si verò nihil est eorum de quibus hi me accusant, nullus me potest illis donare, Cæsarem appello.] At hîc dixerit quis, Et quare quum audierit, etiam Romæ testificaberis de me, quasi non credens hæc faciebat? Absit, sed vt valde credens. Imò magis tentantis fuisset fidere illa sententia, & innumeris seipsum immittere periculis, et dicere, Videamus num possit deus etiam sic eripere me. non facit autem hoc Paulus, sed affert quicquid ipse poterat, at totum permittit deo. Ex cuniculis autem & principem interim perstringit sic se defendens: Quasi hoc dicat, Siquidem iniuste ago, tene: si autem non iniuste ago, quid me exponis? Nullus me, inquit, potest donare. Metum ei incutit, vt non possit etiam si vellet donare. Quin etiam contra illos valuit defensio ob appellationem. *Tunc Festus loquutus cum concilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis.*] Vide, rem hanc communicat Agrippæ, vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iterum alii fiant auditores, & rex, & exercitus, & Bernice. Deinde iterum subditur defensio: *Et quum dies aliquot transacti essent, Festus regi retulit causam Pauli dicens, Vir quidam relictus est à Felice vinctus, de quo quum venissem Hierusalem, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum sententiam: quibus respondi, Non est Romanis mos ob gratiam donare aliquem hominem, vt pereat, prius quàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi de crimine habeat. Quum ergo huc conuenissent sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum. De quo quum stetissent accusatores, nullum crimen intendebãt super hisce rebus, de quibus ego suspicabar: sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam, num vellet ire Hierusalem, & ibi iudicari super istis. Paulus autem cũ appellasset vt seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruare eum, donec mitterem eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad eum, Volebam & ipse hominem audire. At ille inquit, cras audies illum.*] Vide iterum accusari, non à Paulo, sed à principe. Significarunt, inquit, principes sacerdotum, & seniores Iudæorum, petentes contra illum sententiam, quibus ego respondi. Vide & quid respondet ad illorum confusionem: Non est mos Romanis donare aliquem hominem ob gratiam, vt pereat priusquam ille rationem det. Impossibile est ita simpliciter donare. Vt autem iuxta consuetudinem egit, non inuenit causam. vnde de hac re anxius fit, & manifestum hoc per ea quæ subdidit dicens, Hæsitãs autem ego de huiusmodi quæstione. Sic dixit adumbrans suum peccatum. Et ille quidem adumbrat, Agrippa autem cõcupiscit videre illum. Vide quòd semper repellunt principes inimicitias Iudaicas, & præter id quod iustum erat coguntur facere, & dilationis quærunt prætextus. Non enim ignorans differebat, sed sciens. Agrippa autem non solum nõ repelebat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lebat, sed etiam audire vult, quod & admiratione dignum est. Vnde autem in desiderium venit? Vt hominem videre vellet, qui licet iniuste accusatus esset. Ita & hoc singulari dispensatione accidit. Idcirco & vxor eius simul audit, & auditu non priuatur. Et non simpliciter audit, sed cum magno honore. Tanto ferebatur desiderio: non enim nisi concupiuisset, quæsiuisset audire, neque vxorem sociam fecisset auditionis, nisi magna de illo sensisset. Mihi autem videtur etiam illam magno desiderio petiuisse. Et vide Paulum non de fide solum & remissione peccatorum, sed etiam de operandis disserere. Sed videamus iterum quæ dicta sunt: *In præsentia abi, cæterum opportunitatem nactus accersam te.*] Vide cæcitatem. Talia audiens, pecunias expectabat se sumpturum ab eo. Et non hoc solum graue, sed etiam quum colloquutus esset nõ dimisit illum: sed vbi ad finem principatus venit, reliquit illum vinctum, vt gratificetur Iudæis: & ita non diuitias solum, sed etiam gloriam diligebat. Quomodo pecunias sceleste ab homine contrarium prædicante inquiris? Quòd autem non accepit, manifestum ex eo quòd non soluit eum à vinculis: etenim si accepisset, soluisset eum. De temperantia hic disputabat, & ille sperabat se à tali pecunias accepturum, & petere quidem non audebat. Tale enim peccatum est, meticulosos facit & omnia suspicantes. Sperabat autem, atque ita merito illis gratificabatur, vtpote qui tanto ibi tempore principatum gesserat. Itaque vbi prouinciam suscepit Festus, significarant illi & princeps sacerdotum & primi Iudæorum contra Paulum inquit. Statim etiam in principio accesserunt sacerdotes non grauati etiam in Cęsaream venire, nisi præueniisset veniens: vbi scilicet statim vt accepit principatum, accedunt. Et quum descẽdisset in Cæsaream, morabatur inter eos decem dies, dabaturq; opera vt corrumperetur. Paulus autem erat in carcere. Et obsecrabant illum, inquit, vt accerseret eum in Hierusalem. Et quare fauorem petiue-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiuerunt,si dignus est vt moriatur? sed sic & illi manifestæ factæ sunt insidiæ, quasi differens dicat: Viri qui simul præsentes videte hunc, propter quem Iudæorum multitudo me rogauit. Nam dum dicit, & petiuerint gratiam contra illum,indicat rogasse, & ita iam volebant illum ad dicendam sententiam cogere,timentes Pauli linguam.Quid timetis?quid vrgetis? hoc enim insinuat, quòd ille custoditur. nunquid fugit?Igitur qui in vobis,inquit,potentes,accusent illum.Iterum accusatores in Cæsarea. Et iterum educitur Paulus. Sequenti autem die, sedens pro tribunali ait. Vide statim vt venit,sedit pro tribunali, sic illum impellebant magno studio,sic vrgebant. Itaque quandiu nondum honore tanto à Iudæis habitus,recte respondit: postquam autem venit Hierusalem,& ipse gratificatur eis,non simpliciter autem gratificatur, sed cum dolo hoc facit. Et quomodo audi: subdit enim,Vis ne Hierosolyma ascendens iudicari de his à me? Quasi diceret,non illis dote,sed ipse iudex ero. Hoc autem dicens,illius arbitrio permittit, vt honore ipsum attrahat:nam si hoc imperasset,valde impudens visum fuisset, si abduceret illuc eum, qui ibi non fuisset redargutus. Paulus autem non dixit, Nolo, ne forte & asperiorem redderet iudicem, sed iterum libere loquitur ac inquit,Ad tribunal Cęsaris sto,vbi me oportet iudicari. Magna est libertas sermonis. Et vide vt ratiocinatur,quasi hoc dicat se excusans. Fiecerunt me illi semel,& hoc putant accusare, quòd ostendunt me peccasse in Cæsarem, apud illum quem læsi volo iudicari. Vt enim hoc dixit, subdit;Iudæis nihil nocui, quod etiam tu melius nosti. Perstringit illum iam,quasi etiam gratificantem Iudæis.Postea qui perstrinxerat,iterum diluit sermonem,addens: Itaque siquidem iniuste egi,vel dignũ aliquid morte feci, non recuso mori. Contra meipsum fero sententiam,inquit. Hoc non est se perdentis, sed multum de innocentia sua bene conscii. Nam cum libertate etiam firmari causam oportebat,

ita

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ita vt aliis metus incutiatur. Si autem nihil est eorum de quibus me accusant, nullus me potest donare. etiamsi velit, inquit, non poterit. Non dixit non dignus sum mori, neque absolui, sed paratus sum iudicari apud Cæsarem. Interim & somnii memor, fidentius prouocat. Et non dixit, tu, sed nullus. Et apposuit, Cæsarem appello: ne in illum contumeliam iactet. Tunc Festus collocutus cum cõcilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis. Vidisti quomodo gratificetur? Gratia enim erat colloqui cum accusatoribus: quod corruptæ sententiæ est & ordinis iudiciarii confusi. Vide iterum illius prorogari iudicium, & insidias fieri occasionem prædicationi. Hæc enim dispensantur, vt ita cum facultate & custodia abducatur in Hierusalem, quasi nullus insidietur: nõ enim idem fuerit, simpliciter venire, & in tali lite venire. Hoc etiam conuenire fecit Iudæos illic. Deinde iterum mora fit, dum ille versatur Hierosolymis, vt discas quòd licet tempus sit, nihil insidiæ illi prævalent, deo non concedente. Agrippa autem rex & Bernice descenderant in Cæsaream. Hic Agrippa qui & Herodes, alius mihi esse videtur, vt sit quartus, & successor eius qui Iacobum occidit. Vide inimicos inuoluntarios simul operari, vt ita magnum fiat auditoriũ. Desiderio audiendi laborabat Agrippa, & non simpliciter audit, sed cum apparatu. Et vide defensionem quam princeps dicit. Quum autem ille prouocasset ad Augustum, Iudicaui mittere illum, de quo certum quid domino scribere non possum. Sic scribit Festus, & inuulgatur crudelitas Iudaica. Quum enim hæc princeps diceret, suspectus non erat. Idcirco autem dicit hæc, vt etiam ab illo condemnentur Iudæi. Postquam autem omnes contra illos sententiam dederunt, tunc adiicit pœnam deus. Obserua autem, Condemnabat Lysias, condemnabat Felix, condemnabat Festus, & hi gratificabantur eis, condemnabat Agrippa. Quid vltra? condemnabant illos & Pharisæi: & quòd con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

demnabant,audi illum dicentem: nullam cauſam attulerunt,quam ego ſuſpicabar. Etiam attulerunt,ſed non conuicerunt. Nam inſidiæ quidem & audacia ſuſpicionem hanc pariebant: inquiſitio autem tollebat prorſus.Et de quodam Ieſu mortuo,inquit. Merito de quodam dicit,vtpote principatum gerens,taliaq; non curans.Ob hanc cauſam etiam dixit,ego hæſitans de inquiſitione horum.Et harum rerum inquiſitio revera talis iudicis aures tranſcendit. Quòd ſi hæſitas & anxius es,quur in Hieruſalem trahis?Propterea & Paulus non volens ab ipſo iudicari, Cæſarem appellat dicens , Ego ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me oportet iudicari.Etenim de hoc accuſarant. Audis appellationem? audis inſidias Iudæorum? audis ſeditionem? Hæc omnia Agrippam in deſiderium audiendi excitarunt. Et dat Feſtus gratiam,& fit poſtea Paulus clarior. Talia inſidiæ conciliarunt,Si hæc non fuiſſent,nullus horum principum dignatus eſſet eum audire, cum tanto ſilentio, tantaq; patientia. Et videtur quidem docere & rationem reddere , ſed magis magna cum dignitate concionatur.

MORALE.

Itaq; ne putemus rem grauem eſſe inſidias, modo nobiſipſis non inſidiemur, nullus nobis inſidiari poterit:imò inſidiantur quidem,nihil autem nocent,ſed etiam proſunt nobis plurimum. Et ita in noſtra potestate ſitum eſt, & quòd male habemus, & non male habemus.Ecce teſtificor & magna voce dico,tubaq; clarius, & ſi fieri poſſet, è ſublimi clamare non detrectarem , quòd Chriſtianum nullus homo ſuper terram habitans lædere poteſt. Et quid dico,nullus homo? neque ipſe dæmon,tyrannus,diabolus,ſi nõ ipſe ſeipſum lædat , tametſi quoduis malũ nobis quis inferre voluerit fruſtra tentabit. Quemadmodum enim nullus homo angelum ſuper terrã lædit, ita neque homo hominem: ſed nec ipſe aliũ lædere poterit, quandiu bonus fuerit. Quid igitur illi conferendum, quan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quando neque lædere, neq; lædi potest? hoc enim illo non minus est, non velle alium lædere. Igitur angelus quidam est, etiã deo similis. Talis enim & Deus est, sed ille quidem natura, hic autem proposito. neq; igitur incommodari poterit, neq; incommodare aliũ. Quòd autem non potest, ne putes impotentiã: contrarium enim impotentia est: sed q̃ non capax est dico. natura enim illa neq; damni capax est, neq; incommodare alium potest, quoniam & hoc alterũ damnum. Aliter nobis ipsis non nocemus quàm nocendo aliũ, & grauissima peccata nostra ex iniuriis fiunt. & ita etiam propter hoc Christianus non potest lædi, quia neq; nocere potest. Quomodo autem lædendo alios nosipsos non lædimus? Age singulatim res persequamur, & sermonem detegamus. Exempli gratia: Lædat quis iniuste, contumelia afficiat, fraude decipiat, quem læsit ille? nonne seipsum prius? Hoc certe cunctis manifestum. Alij enim damnum est in pecunia, ipsi verò in anima. Iterum inuideat alius, quemnam læsit & talis: nónne seipsum? Talis est enim iniustitiæ natura, vt primum lædat eum qui se parit plurimum, alium autem perquàm parum: imò nihil lædit, sed etiam prodest. At nihil fide dignum dixi. Sit igitur (maxime enim in his & totum consistit) pauper pecunias habẽs paucas, & necessario cibo nõ egens: alius autem diues & abundans, & multam habens facultatem, accipiat ea quæ sunt pauperis, nudumq; illum reddat ac tradat fami, ipse autem delicate versetur in his quæ iniuste ei abstulit. Talis non solum nihil illum læsit, sed etiam ei profuit: sibi autem ipsi nõ solum non profuit, sed etiam damnosus fuit. Quomodo? primum quidem à sua mala conscientia flagellatur, & quotidie extimulatur, & ab omnibus cõdemnatur. Deinde in futuro iudicio. Sed quòd ille quidẽ damnum accipit, ex his satis manifestum. sed quomodo alter vtilitatem capiet? Quia magnum lucrũ est generosè ferre afflictiones. Est enim solutio peccatorum grauiter affligi, est philosophiæ schola, est vir-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uris doctrina. Videamus igitur vter est in malis, hic an ille? Ille quidem si fuerit virtute præditus, fortiter tolerabit, hic autem quotidie in tremore erit ac suspicione. Vter igitur læsus est, hic an ille? Fabulas dicis, inquit, quando enim quis nõ habet quòd edat & cogitur plorare, & omnibus destituti, vel ire mendicatum, & non accipere: nónne animã & corpus simul perdit? Mercedes tu dicis: ego rem ipsam commonstro. Dic enim oro, nullus ne diuitum destituitur votis? Quid igitur? nunquid huius rei causa est paupertas? Sed fame non premitur. Quid tum? maius erit iudicium, quando cum diuitiis hoc fecerit. neq; diuitiæ fortem reddunt, neq; infirmũ inopia: alioqui nullus opulẽtorum miseram ageret vitam, nullusq; pauperum suo contentus fuisset. Quòd autem sermones vestri fabulæ sint, hinc faciam manifestum. Dic igitur, Paulus in diuitiis ne an paupertate fuit, fame laborauit an non? Possumus illum audire dicentem, In fame & afflictione. Prophetæ fame premebantur an non? etiam illi carebãt facultatibus. Iterum Paulum mihi profers, iterum prophetas decem ac viginti homines. Sed vnde vis? Multos quosdam, inquit, ostende mihi ferre paupertatem fortiter. Sed rarum semper quod tale, & pauci boni. Si vis autẽ per seipsam exquiramus. Videamus vtrius cura maior vel molestior, & vtrius tolerabilior: nonne hic pro necessario alimento solicitus est, ille autem pro innumeris rebus, de necessario non anxius? Famem non timet dives, sed alia timet, sæpe de salute sua. Non est sine solitudine cibi quem edat inops: sed caret alia solicitudine, & habet securitatem, quietem & tranquillitatem. Et alioqui si non est malum, sed bonum iniuste agere, quare confundimur, quare occultamur, quare dum probris afficimur indignamur, & moleste ferimus? Si non est bonum, iniuste affligi, quare super ea re gloriamur, & honori eã nobis esse ducimus? Vis discere quomodo hoc sit illo melius? vide vt in vtrisque vtrique se habeant. Quare leges, quare iudicia,

2. Cor. xi.

quare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quare ſupplicia? nonne propter illos quaſi ægrotantes? Sed magna interim eſt voluptas, inquit. Futura nunc prætereamus, & præſentia exquiramus. Quid miſerius viro talem habente ſuſpicionem? quid ad ruendum procliuius? quid putrius? nónne in naufragio ſemper eſt? licet iuſtum quiddam faciat, non creditur ob facultates eius, ab omnibus condemnatur: omnes enim qui iuxta ſe habitãt, accuſatores habet, non poteſt vti amicitia. Nullus enim ſtatim vellet amicus fieri hominis, qui in tali exiſtimatione eſt, ne particeps fiat ſuſpicionis, & grauetur etiam ipſe inuidia: vt beſtiam auerſantur omnes, vt peſtiferũ & naturæ hoſtem & homicidam, & improbum hominẽ. Si ad tribunal venerit is qui iniuria affecit, accuſatore non habet opus, opinione quę de illo habetur, quo uis accuſatore magis crimen intendente. At non ita agit qui iniuſte affligitur, ſed omnes habet defenſores, condolentes, manũ porrigentes, in ſecuritate ſtat. Si bonum eſt iniuſte agere, fateatur quis ſe eſſe iniuſtum: ſi autem hoc non audet, quidnam vt bonum aggreditur? Videamus autem etiam in nobiſipſis, quanta hinc prouenĩat mala. Dic enim, oro, ſi aliquid in nobis relicta menſura ſua, aliam cupiat, & vellet ſplen relicto ſuo loco, alienum pro ſuo arripere: nonne morbus eſſet? ſi humidum quod in nobis impleret omnia, nonne fieret corpus fluxum? & iterum ſi cholera cum illo latitudinem quærat, & vbique diffundatur ſanguis. Quid autem in anima ira, concupiſcentia, & alia omnia? ſi tranſgrediantur menſuram, nonne ſe ſimul diſperdunt? Ita & cibus, ſi plus quàm cõcoqui poteſt ſumatur, morbis corpus infeſtat. Vnde enim podagræ? vnde pendula rigidaq; corpora, nonne ab immodicis cibis? Iterum in corpore ſi plus vellet accipere oculus vel plus videre quàm ei præfinitum, vel maius lumen accipiat: hoc quod ſuper mẽſuram eſt, nocebit magis, quàm proderit. Cogita autem, ſi quum bonum quoddam lux ſit, perit oculus ſi plus viderit, quando fulgidiora aſpicit q̃ menſura

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſura ſua poſtulat, quid faceret, lux ſi mala eſſet? Et auris ſi maiorem ſonum accipiat, mentem facit attonitam. Mens quando cogitat quæ ſupra ſe ſunt, obſtupeſcit: Et quicquid plus eſt quàm opus nobis, perdit. Hoc eſt enim auaritia quã πλεονεξίαν vocant, plus habere, quàm conſtitutũ eſt. Sic certe & in pecuniis, quando voluerimus plura onera imponere, licet non ſentiamus, moleſtam in nobis educamus beſtiã, multa habentes, multis egentes, innumeris curis nos immittimus, multas diabolo præbentes occaſiones: propterea diabolus apud diuites non habet opus vllo labore. Parati enim ſunt ob diuitiarum ſarcinam, procliues vt illi ſeruiant. At non ita habent pauperes, ſed planè diuerſo modo. Ita res illæ per ſeipſas perdunt. Vnde oro vt abſtineatis ab harum concupiſcentia, vt poſſimus euadere diaboli laqueos, & apprehenſa virtute, bona æterna aſſequi, gratia & miſericordia vnigeniti filij cui cũ patre ſimul ac ſpiritu ſancto ſit gloria, imperium, &c.

HOMILIA LII.

Poſtero autem die quum veniſſet Agrippa & Bernice, cũ multo apparatu, & ingreſſi eſſent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus.

VIde quale auditorium congregatur Paulo, ex viris principalibus ciuitatis. Præſes enim & rex ſtipatoribus ſuis omnibus cõgregatis occurrunt, & cũ ipſis tribuni & primi ciuitatis affuerũt. Hos enim vocat principales & τοὺς κατ' ἐξοχήν, id eſt, eos qui in excellẽtia. Deinde & Paulus adducitur, & vide quomodo ipſe adductus prædicatur à Feſto: non ſolum enim illum nõ accuſat criminum, ſed etiam pro eo rationem reddit, & quid dicit?

Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum viri. Videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me & in Hieruſalem, & hîc, acclamantes non oportere eum amplius viuere. Ego verò comperi

eum

eum nihil morte dignum admisisse. Cæterum quum ille appellarit Augustum, statui mittere eum, de quo quid certũ scribam domino non habeo. Quapropter produxi eum ad vos, & maxime ad te rex Agrippa. Iniquum enim mihi videtur mittere vinctũ, & crimina de quibus accusatur, non significare.] Vide quomodo illos quidem accusat, hunc autem absoluit. O iustitiæ abundantia testimonia, vt condemnet nõ inuenit princeps, etiam plurima inquisitione facta. Illi autem hunc morte dignũ esse dicebãt: Ego vero comperi inquit, nihil dignum morte fecisse illum. *De quo quid certum scribam domino, non habeo.*] Et hoc ad candorem Pauli pertinet, quòd iudex non habet aliquid de illo scribendũ.

Quapropter produxi illum ad vos. Iniquum enim mihi videtur esse, mittere vinctum, & crimina de quibus accusatur non significare.] Vide in quàm magnas angustias Iudæi principes immiscuerint. Quid igitur Agrippa? De his volens aliquid discere, dicebat:

Permittitur tibi pro te loqui.] Magno audiendi desiderio, vt dicat adhortatur rex. Paulus autem nunc magna libertate loquitur, non assentans, sed propter hoc beatum se esse dicẽs, quòd loquatur ei qui omnia sciat, & quòd propter hoc, audi quid proponat. CAPVT XXVI.

Tunc Paulus extenta manu, rationem reddebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatum, qui coram te rationem redditurus sum hodie, quũ tu maxime sis gnarus Iudaicarum & consuetudinum, & quæstionũ. Quapropter obsecro, vt me lõganimiter audias.] Profecto si male sibi conscius fuisset, turbari oportebat, quòd loqueretur apud eũ qui omnia sciat, sed hoc à pura conscientia proficiscitur, non declinare iudicem probe omnia scientẽ quæ facta sunt, & gaudere. Quapropter obsecro, vt me longanimiter audias. Quoniam sermonem erat producturus, & aliquid de seipso dicturus, propter hoc præoccupans obsecrabat, ac dicit: *Itaque vitam quidem meam, quã egi ab adolescentia, quæ ab initio fuit in gente mea in Hierusalem, nouerunt omnes Iudæi, qui prius nouerant me ab ini-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ab initio, si velint testimonium ferre, quòd secundum exquisitissimam sectam nostræ religionis vixerim Pharisæus.] Vult dicere, Quomodo seditiosus esse potui, qui talis fui adulescens, taleq; habeo testimonium ab omnibus? Deinde & à secta probationem addit: Secundum exactissimam, inquit, sectam religionis vixi. Et quoniam iterum verisimile quosdam dicere: Quid si secta quidem admirabilis, tu autem malus? vide quomodo obiectionem castigat, testes dicens omnes Iudæos, qui ipsius vel vitam, vel conuersationem norunt. *Sciunt enim omnes Iudæi, qui prius nouerunt me ab initio, si velint testimonium ferre. Et nunc spe repromissionis fretus, quæ ad patres nostros facta est à deo, sto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostræ instanter nocte ac die colentes deum sperant se peruenturas, de qua spe accusor ô rex à Iudæis. Quur incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat.*] Duas rationes de resurrectione ponit, vnam quidem à prophetis, & non adducit prophetam, sed illam Iudæorum esse opinionem dicit: alteram autem & fortiorem à rebus ipsis. Qualis igitur hæc? quia dicebat Christum à mortuis resurrexisse, & instruit etiam illam rationibus, enarrans primum suam insaniam diligenter. deinde etiam cum laude Iudæorum. Nocte & die seruiendo sperant, inquit, se peruenturas. Et ita licet non essem vitæ irreprehensibilis, propter hæc non oportebat iudicari ô Agrippa. Subditur & alia ratio: Quur incredibile iudicatur apud vos, si Deus excitet mortuos? An non hæc opinio viget? Si enim in hoc dogmate non educati fuissent, nunc autem intentaretur vt crimen, forsan quis iure defensionem non recepisset. Mox dicit, quomodo persuadebatur. habet etiam hoc artificium. Et sacerdotum principes adducit testes, & externas ciuitates, & quòd audierit dicẽtem sibi: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Deinde ostendit etiam misericordiam dei, quia etiam quum persequeretur ipsum Saulus, ei apparuit, & non mihi soli benefecit, sed etiam aliis missit do-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sit doctorem. Ostendit autem prophetiam quam audiuit: In hoc apparui tibi, eripiens te ex populo & gẽtibus ad quas te mitto. Hæc omnia ostendens dicebat: *Et ego quidem existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnando facturum, quod & feci in Hierusalem, & multos sanctorum ego carceribus inclusi, potestate accepta: & quum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos cõpellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar etiam vsque in exteras ciuitates. Quarum rerum studio quum irem Damascum cum autoritate, & permissu principum sacerdotum, die medio, rex, in via vidi è cœlo supra splendorem solis, circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebat ite. Quum autẽ omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum* IESVS *quẽ tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum ac tẽstem, & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te à populo & gentibus ad quas te mitto, vt aperias oculos eorum: vt conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum, vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est erga me.*] Considera quàm mansuete loquitur. Deus, inquit, dixit ad me, qui apparui tibi vt constituam te ministrum ac testem, & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi eripiens te à populo ac gentibus ad quas te mitto, vt aperias oculos eorum: vt conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum, vt accipiant remissionem peccatorum. Quasi diceret, his credidi, hac visione me adduxit, & sic persuasit vt nihil differrem. *Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens cœlesti visioni, sed his qui sunt Damasci & Hierosolymis, & per omnem regionem Iudææ, deinde & gentibus annunciabam: vt pœnitentiã agerent, & con-*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& conuerterentur ad deum, opera facientes digna his qui pœnitentiam egissent.] Igitur ipse etiam alios erudiẽs vitam optimam, quomodo seditionis & contentionis, inquit, fuissem autor? Hac ex causa Iudæi cõprehensum me in templo tentauerunt interficere. *Auxilium igitur nactus dei vsque in hodiernum diem sto testificans tum paruo, tum magno, nihil aliud dicens, quàm ea quæ prophetæ prædixerant futura esse, & Moses, an passurus fuerit* CHRISTVS, *an primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus sit populo & gentibus*] Vide vt sermo eius adulatione careat, & totũ adscribat deo. Vide & libertatem sermonis. Sed nec nunc desisto. Vide certitudinẽ, à prophetis enim confirmor, an passurus fuerit CHRISTVS, an primus ex resurrectione lumẽ annũciaturus. Quia primus Christus surgens, iam non moritur: manifestum ex hoc omnibus denunciat, & de seipsis hoc expectant. Deinde Festus vt vidit libertatem, quoniam ad regem loquebatur, non auertẽs se ab aspectu eius, quasi passus esset, quippiam, dicit, Insanis Paule. Quòd autem hoc passus sit, audi cætera: *Hæc autem illo differente, Festus magna voce dicebat, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuerterunt.*] Quid igitur Paulus cum mansuetudine respondens, inquit: *Non insanio potentissime Feste, sed veritatis ac sobrietatis verba loquor.*] Postea etiam causam docet, propter quam ad regem sermonem conuertit. *Scit enim de his rex, apud quem & libere loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Non est enim in angulo hoc gestum. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quòd credis.*] Hoc sic dixit, quasi detrahens & dicens ad illos: Scio quòd omnia scit exacte, & oportebat quidem primos vos hæc scire. Id enim sequẽtia declarant. Non est in angulo actũ hoc, sed non voluistis. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quòd credis. *Agrippa autem ad Paulum dicebat: In paruo persuades me fieri Christianum. Paulus vero dixit, Optarim à deo non solum in paruo, verumetiã in magno, non te modo, sed omnes etiam qui me audiunt hodie*

Rom. 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis hisce vinculis.] Vide quomodo precatur, dicens: Optarim ego à deo. In paruo, hoc est, propter exiguum. Et non simpliciter orat, sed extendit orationem. Tales, inquit, opto fieri omnes, non solum te, qualis & ego sum. Deinde apponit, Exceptis vinculis istis. Non moleste ferens vincula, neq; erubescens quòd ligatus erat. Hoc enim erat ei quasi aliud quiddam gloria dignum, sed ad illorũ suspicionem respiciens hoc dixit, propterea addit, Exceptis vinculis his. Sed videamus iterum quę dicta sunt: Postero igitur die, vt in auditorium ingressi sunt, iubente Festo adductus est Paulus. Destiterant iam Iudæi ob illius appellationem, & tunc clarum fit spectaculum. Cum multo enim apparatu rex & omnis multitudo Iudæorũ affuerunt, non illi quidem, & alij non, sed omnes. Multitudo Iudæorum, Inquit, omnis interpellauit me Hierosolymis & hîc, acclamantium non debere hunc vltra viuere. O insaniam. Clamabant, oportere illum mori dicentes. Hinc ostendit, quòd iuste appellarit Cæsarem. Quandoquidem nihil poterant illi dicere, sed insaniebant, meritò ad illum vadit. Vt examinatione à vobis facta habeam quod scribam, inquit. Vides quàm sæpe causa examinatur, & defensionis huius autores sunt Iudæi, quàm cognituri erãt etiam Romæ. Super omnibus de quibus accusor rex Agrippa, inquit, censeo me beatum, qui coram te rationem redditurus sum. Vide quomodo inuoluntarij & suæ malitiæ, & Pauli virtutum præcones fiunt etiam apud regem, ita vt magnificentius adducatur ille, quàm si absque vinculis veniſſet. Non vltra enim vt seductor ac præstigiator, postquàm à tantis iudicibus dimissus fuit, adducebatur. Igitur omnibus relictis apud quos eductus & natus fuit, non simpliciter, sed ab omni suspicione purus Romam vadit. Et nõ dixit, Quid hoc est? semel appellaui Cæsarem, sæpissime examinatus sum, quamdiu examinabor? Sed quid? Iterum paratus est reddere rationem, etiam apud eum cui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res Iudaicæ maxime notæ erant. Proinde & cum magna libertate loquitur, vtpote iam in ipsum nullum habentibus dominium, qui in iudicium traxerant: & quamuis non essent vltra domini, sed prævalebat appellationis vis, de omnibus tamen copiose rationem reddit, & non de aliis dicit, & alia omittit. Et ferè hęc in responsione sua dicit: Accusant vt seditiosum, accusant vt hæreticum, & quòd templum prophanauí, de omnibus rationem reddo. Itaque vitam meam ab adulescentia, sciunt omnes Iudæi. Vnde ipsi accusatores testes sunt, abhorrere mores meos á seditionibus. Quod etiam ante dixit: Sectator existens paternarum traditionum, id & hîc insinuat, dicens: Vitam meam ab adulescentia. Et quando omnis populus aderat, inuocabat illorum testimonium: nec hîc solum hoc facit, sed etiam apud Festum. Et iterum hoc loco quando plurimi aderant. Illic autem non multa defensione opus erat defendentibus ipsum Lysiæ literis. Sciunt omnes Iudæi, qui antea me cognouerunt. Et nõ dicit qualis sua vita, sed relinquit illorum conscientiæ & arbitrio. Rem autem totam in sectam reiicit, & ostendens hinc, quòd eam non delegisset, si malus esset ac improbus. Propter resurrectionem igitur istam sto iudicio subiectus. Ista & apud illos in precibus petitur, propter hanc orant, propter hanc deum colunt, vt hanc assequantur, hãc ego annuncio, & de spe hac accusor. Nonne insaníentium est, omnia quidem facere, vt hanc assequaris, eum autem qui in illam credit accusare? Itaque ego censebam contra nomen domini Iesu Nazareni oportere multa facere: hoc est, censeo quod quum hæc facerem, non eram discipulus Christi, sed hostis potius. Vnde & fide dignus sit testis, quòd plurima faciens & expugnans credentes, & suadens blasphemias, & omnia mouens, ciuitates & principes, & per seipsum hæc faciens, repente mutatus est. Deinde iterum testes qui simul aderant, ponit. Mox ostẽdit se iuste ac merito credidisse, & á luce, & á prophe

tis, &

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis,& ab euentu,& ab his quæ nunc facta. Subdidit enim: In meridie vidi circumfulgentem me, & eos qui mecum erant,lucem. Vide saltem quomodo & à prophetis,& ab his fidem illis facit:ne videatur noua afferre, quamuis magna posset dicere, iterum ad prophetas confugit, & eos in medium adducit. Igitur hoc quidem credibilius, vtpote nuper factū: sed quoniam solus vidit,denuo prophetarum autoritate confirmat. Et vide quòd ipse non similiter in iudicio & ecclesia agit:nam illic quidem dicit, q̄ occidistis: hic autem nihil tale,ne scilicet magis furorem illorū succēdat:at ilthuc ipsum ostendens vt dixit, an passurus CHRISTVS, à crimine illos liberat.Igitur id q̄d ego annūcio,num resurrexerit à mortuis,à prophetis ostendi. Etenim & prophetæ hoc annunciant.Igitur sermonem qui idem est cum prophetarum dictis, suscipite. Quoniam autem visionem dixerat,nunc eriā audacius ꝏpera dicit. Et qualia hæc? Vt aperias,inquit,oculos,& cōuertas à tenebris ad lucem,& à potestate satanæ ad deum. Ad hoc enim apparui tibi, inquit,non vt puniam, sed vt apostolum te faciam. Vide, ostendit mala quibus increduli constringuntur,satanam & tenebras: sicut & bona credentium, lucem deum,ac sortem sanctorum. Et non simpliciter hortatur ad pœnitentiam,sed vult vt etiam admirabilis vita agatur. Vide etiam vbiq; gentes commoratas in sermone: nam qui aderant, ex gentibus erant. Testificans, inquit, tum paruo, tum magno: hoc est,nobili ac ignobili. Hoc etiam propter milites dixit. Postea relicto defensionis negotio, ad docendum ingreditur. Vnde etiam Festus illi dicit: Insanis. Mox ne videatur ipse doctior esse, adducit prophetas ac Mosen, An passurus, inquit, CHRISTVS, an primus ex resurrectione mortuorum lucem annunciaturus sit populo ac gentibus. Festus magna voce, inquit. Adeò furore & ira vox illa erat plena. Quid igitur Paulus?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Non est, inquit, in angulo hoc gestum. Hîc dicit de cruce & resurrectione, & quòd dogma hoc in totum orbem emanarit. Credis, inquit, rex Agrippa? Non dixit, resurrectioni: sed prophetis. Deinde præoccupat illum, ac dicit: Scio quòd credis. Ad quem etiam Agrippa: In paruo me persuades fieri Christianum. Non intellexit Paulus quid sit, in paruo: & putauit quòd, ex paruo: vnde & ad hoc respondet, tam idiota erat. Et non dixit, vellem: sed, optarim: & precor non solum te, sed etiam omnes audientes. Vide sermonem ab adulatione liberum. *Precor*, inquit, *hodie omnes fieri tales qualis ego sum, exceptis vinculis istis.*] Vide qui gloriatur vinculis, qui profert illas sicut catenam auream, is ea nunc deprecatur. Et ne mireris: infirmiores adhuc erant, & attemperabat illis sermonem: alioqui quòd vincula magnifacit, audi quoniam semper in epistolis omnibus præponit aliis, dicens: Paulus vinctus Iesu Christi. Et iterum: Huius gratia catena hæc mihi iniecta est, sed sermo domini alligatus non est. Et vsque ad vincula quasi malefactor. Vide non solum vincula, sed etiam quòd vt malefactor habitus proposuit amplificans vinculorum gloriam. Duplex autem pœna, & quòd ligatus erat, & quòd vt impostor. Nam siquidẽ vinctus esset, vt bene agens, consolationem quandam habuisset: nunc autem vt malefactor, & in malis deprehensus, attamen nil hæc curabat.

Ephe.3.
2.Tim.2.

MORALE.

Talis est anima cœlesti amore sublimis: nam quũ ij qui fœdis amoribus capiuntur, nihil putent vel glorioſum, vel pretioſum, quàm quod ipſorum concupiſcentiis ſeruit: id enim ſolum glorioſum ac honeſtum putant, & amaſia ſit eis omnia: multo magis qui tali amore flagrant nihili faciunt pretioſa. Si autem non conſideramus quæ dicuntur, haud mirum eſt. Imperiti enim ſumus huius philoſophiæ. Qui enim igne Chriſti captus fuerit, talis fit, qualis eſſet homo ſolus ſuper terram habitans, adeò nihil curæ ei

eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est gloria & ignominia: sed quemadmodum si solus habitaret nihil curaret, ita & talis quoque non curat. Tentationes autem sic contemnit ac flagella & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, vel quemadmodum si adamantinum possideret corpus. Ea autẽ quæ suauia sunt in hac vita, ita ridet & non sentit, sicut nos ipsi mortui corpora mortua. Tantum autem abest vt ab affectione aliqua capiantur: quantum aurum, quod igne probatur, à macula abscedit. Et sicut muscæ in medium flammæ non incidunt, sed fugiũt: ita & affectiones, illos accedere nõ audent. Et vellem horum exempla vobis proponere possem, quoniam autem inopes sumus, necesse est ad illum ipsum confugiamus. Vide igitur vt ille erga totũ mundum affectus fuerit: Mihi mũdus, inquit, crucifixus est, & ego mundo: hoc est, mortuus sum mundo, & ille mihi mortuus. Et iterum: Viuo autem non iam ego, viuit autem in me CHRISTVS. Hoc solius Pauli fuerit dicere, nos autem inde tantum absumus, quantum cœlum à terra. Vnde nostrum erat, vt præ verecundia nos abscondamus, & neque os aperire audeamus. Quòd autem præsentia quasi in solitudine esset, spectabat, audi illum dicentem: Non considerantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quid dicis? nónne pugnant verba ista? Inuisibilia enim non videmus, visibilia autem videmus. Quales habebas oculos? Tales sunt qui à Christo dantur. Sicut enim si visibilia quidem vident, inuisibilia autem non vident, ita illi contrà. Nullus inuisibilia videns, visibilia videt: nullus visibilia videns, inuisibilia videt. Nónne etiam nobiscum hoc fit? Quando enim collecta mente cogitamus aliquid inuisibile, sublimes nobis fiunt efficaces illi oculi. Contemnamus gloriam, rideri velimus magis quàm laudari: nam qui ridetur quidem nihil incommodatur: qui autem laudatur, multum. Ne magnifaciamus ea quæ homines terrẽt, sed quemadmodum de his qui pueros terrent sentiamus. eos enim non admiramur: nam quisquis terret,

Gal. 6.

2. Cor. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pueros terret. Virum enim terrere nullus potest. Et quemadmodum terrentes supercilia surrigunt, vel aliter vultum distorquent, vt torue videant: at sanum & mansuetum oculum habentes, facere hoc nõ possent: ita & hi perspicacem mentis vultum torquent. Atque ita mansuetum & bonæ animæ hominem nemo timuerit, sed reueremur omnes, & veneramur. Non videtis quomodo terribilis etiam omnibus nobis inuisus est, & abominabilis? Quid enim est, quòd solùm terret, & ipsum non horremus? nónne bestias? nónne voces? nónne aspectus? nónne loca? nõne aëra? vtpote tenebras? Ne igitur magnum putemus, si homines terreant nos: nam primùm quidem nullus homo terretur. Deinde non magnum est terreri. Magnum bonum est virtus. Et vide quomodo magnum. Ipsam admiramur & magnificimus, tametsi res quibus constat, vt miseras habemus. Quis enim non beatum dicit philosophum, tametsi paupertas & quæ id genus, misera esse videntur? Quando igitur claret per ea quæ esse videntur misera, vide quàm excellens est ipsa. Magnificis homo potentiam? Et qualem dic oro potentiam. Quæ contingit per suffragia. hominum suffragiis factus es potẽs, intus accedat & tuum suffragiũ. Princeps est, nõ qui vocatus est, sed qui vere est. Sicut enim rex, neq; medicum, neq; rhetorem facit: ita neque principem: non enim literæ vel nomen principem faciunt. Alioqui si vis, extruat quis officinam medicorum, habeat etiam discipulos, habeat & instrumenta & pharmaca, & ingrediatur ad ægrotos: nunquid sufficiẽt hæc, vt præstent nobis medicum? Minime, sed opus est arte, & sine illa non solum nihil prosunt ista, sed etiam damnosa sunt. Ei enim qui non est medicus, melius fuerit neque pharmaca habere: nam qui non habet, neque seruat, neque perdit: qui autem habet, pessundat, nesciens illis vti. Quoniam non in natura pharmacorum est salus solum, sed etiam in arte adhibentis. Hoc enim nisi sit, omnia corrumpuntur.

Talis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Talis etiam princeps est, habet instrumenta, vocem, iram, lictores, proscriptiones, mulctas, dona, laudes: habet & pharmaca, leges: habet officinam, tribunal: habet discipulos, milites: at sine medica arte illa ei non proderunt. Iudex medicus est animarum, nõ corporũ. Si autem ille tãtam habet corporum curã, multo magis cura habenda animæ, quoniam & anima maior est corpore. Igitur nomen habere principis, nõ est esse principem. Vocantur & alij magnis nominibus, vt Paulus, Petrus, Iacobus, Ioannes, sed non propter nomina sunt id quod vocantur: quemadmodum & ego, licet eodem quo ille vocer nomine, non tamen vna & eadem cum illo res vocabulo vocor. non sum Ioannes, sed vocor Ioannes: ita & illi non sunt principes, sed vocantur. Sunt principes etiam sine his sicut & medicus, licet arte non vtatur, si habeat illã in anima, medicus est. Sunt principes, suiipsorũ principes. Tria enim hæc sunt animæ, domus, ciuitas, orbis: & via quadam res procedunt. Oportet igitur præficiendum domui, & ædificaturum illam, prius animam suam componere, domus enim ipsius est. Si autem suam non poterit, vbi vna anima, vbi vnus dominus, vbi semper secum habitat, quomodo alios ædificabit? Qui animam suam componere potest, partim faciendo vt regat, partim vt regatur, hic etiã domũ poterit. Qui autem domum, idem & ciuitatẽ. Et qui ciuitatem, etiã orbem. Si autem animã nõ poterit, quomodo orbẽ poterit? Hęc à me dicta sunt, ne sic stupefaciat nos principatus, vt videamus quid nã sit principatus. Fere enim nõ est principatus, sed derisio, & seruitus, & multa alia quis dixerit. Dic oro. Quid est propriũ principis? Nõne prodesse & benefacere subditis? Quid igit si hoc nõ fuerit? Quomodo aliis proderit, qui sibiipsi non prodest? Qui multos perturbationũ impetus in anima habet, q̃modo alioũ affectiões curabit? Ita & voluptas, nõ est ipsa voluptas, sed alia. Quẽadmodũ prĩceps demõstratus est, nõ hic, sed alius: ita & qui in deliciis, nõ hic sed alius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam videtur quidem esse voluptas, deliciis frui, & gulæ ac ventri indulgere. Esto comedat; bibat, lasciuiat, deinde curam habeat, ac mœreat, num poterit hic esse in deliciis? Non igitur edere ac bibere deliciæ sunt, sed in voluptate esse. Esto quis aridum mãducet panem, & impleatur cum lætitia. Nimirum hoc fuerit voluptas. Videamus igitur ad quem illa veniat, ad diuites, vel non diuites. Neque ad hos simpliciter, neque ad illos, sed ad eos qui ita suam præparant animam, ne multos habeant tristitiarum fomites. Et qualis est hæc vita? forsan dicet quis. Video enim vos omnes audiendi auidos, quæ sit vita hæc, quæ nullum mœrorem habet. Igitur confessum sit à vobis primum quòd hæc voluptas sit, hæ deliciæ sint, quando mœror non interturbat, & non petat à me carnes, vinum, condimenta, vestes sericas, & mensæ abundantiam. At si ostendero absque his præsentem vitam, hanc voluptatem dilige, hanc vitam. Multa enim propter nostram incuriam afferunt nobis tristitiam. Vter igitur magis contristabitur, qui nihil horum magni facit, an qui plurimi? Et qui metuit vicissitudines ac mutationes, an qui non metuit? qui inuidiam, qui odium, qui calumnias, qui insidias, qui iacturam timet, an qui illius metus expers est? qui pluribus indiget, an qui nullo? qui innumeris seruit, an qui liber est: qui innumeris opus habet, an qui nullis? qui vnum dominum timet, an qui plurimos? Igitur maior hic voluptas est. Itaq; hanc sectemur, & ne simus erga terrena ita affecti: sed rideamus omnem huius vitæ apparatum, & frugaliter viuamus, vt possimus iucundam vitam hanc transigere, & promissa bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HOMILIA LIII.

Surrexit autem & præses ac Bernice, & qui assidebant eis. Et quum secessissent, loquebantur inter sese, dicentes: Nihil morte, aut vinculis dignum fecit homo iste. Agrippa autem dixit. Dimitti poterat homo ille, si non appellasset Cæsarem.

VIde quomodo iterum pro illo suffragia ferũt. Etiam postquam dixit, Insanis: absoluunt illum, dicẽtes nec morte nec vinculis dignum: & omnino dimisissent, nisi Cæsarem appellasset: sed hoc singulari dispensatione contigit, non hoc autem solum, sed etiam q̃ cum vinculis vadit. Propter hoc dicebat, vsque ad vincula: quasi malefactor. Nam si Christus cũ impiis reputatus est, multo magis ille: sed quemadmodum ille gloriam non curauit, ita nec hic. Admirabile enim est, quòd mixtus inter illos, nihil damni ab eis accipit. *Postquam autem decretum est, vt nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt et Paulum & quosdam alios Centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ. Conscensa autem naue Adramytina nauigaturi, iuxta loca Asiæ soluimus, perseuerante nobiscũ Aristarcho Macedone Thessalonicense. Sequenti autem die appulimus Sidonem.*] Vide quousque comitatur & Aristarchus. Bene etiam vtiliter adest ille, qui in Macedonia omnia quæ acta erant annunciaturus. *Humaniterq; Iulius Paulo tractato, permisit vt profectus ad amicos ab illis curaretur. Et inde quum soluissemus, subnauigauimus iuxta Cyprum, eo quòd venti essent contrarii.*] Permisit, inquit, Iulius Paulo humaniter tractato. Bene faciebat hoc permittendo: vt profectus ad notos, curaretur. Verisimile enim erat, illum valde afflictũ à vinculis, à metu, & circunductione. Vide quomodo neque hoc occultat, q̃ voluit curam habere. Iterum tentationes, iterum venti contrarii; vide per omnia vitam sanctorum sic contexi. Effugerant tribunal, & faciũt naufragium, ac ferunt tempestatẽ: quod & manifestat subdens, *Tunc pelagus quod est inter Ciliciam & Pamphiliam emensi peruenimus Myram, quæ*

CAP. XXVII

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

est Lyciæ. Et ibi Centurio nactus nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transtulit nos in illam.] Nactus, inquit, nauem Alexandrinam. Merito inuenitur, ita vt & illi annuncient in Asia quid Paulo acciderit, & hi in Lycia. Vide deum nihil innouare, neque mutare, sed permittere illum nauigare ventis importunis. Sed etiam sic miraculum operatur: nam vt secure nauigent, non permisit illis in mari, sed semper iuxta terram nauigabant. *Et quum multis diebus tarde nauigaremus, et vix deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem. Et vix præterlegentes illam, peruenimus in locum quendam, qui vocatur Calilimenes, iuxta quem prope ciuitas Lasæa. Multo autem tempore peracto, & quum esset iam nauigatio periculosa, eo quòd ieiunio iam defectis erant viribus, admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri, video quòd cũ iniuria multo q; damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum periculosa futura sit nauigatio. Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quæ dicebantur à Paulo.*] Ieiunium hic opinor dici, quod Iudęi seruant. Nam post Pentecosten, exierãt illinc post multum tempus, ita vt in ipsa ferè hyeme venerint in partes Cretæ. Et hoc quoque non paruum miraculum, quòd illi propter hunc seruati fuerunt. Viri, video quòd cum iniuria multoq; damno nõ solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum, periculosa futura sit nauigatio. Itaque Paulus iubebat manere, & futura prædicebat. Illi autem quum festinarent, et ob locum quoque prohiberentur, volebant in Phœnice hybernare. *Et quum aptus portus non esset ad hybernandum, complures ceperunt consilium soluendi illinc, si quomodo possent peruecti Phœnicen illic hybernare. Is est portus Cretæ, spectans ad Aphricum & ad Corum. Aspirãte autem Austro, rati se propositi compotes, quum soluissent Asson, præterlegebant Cretam. Verum haud multo post coortus est contra ipsam ventus Typhonicus qui vocatur Euroaquilo: quumq; correpta esset nauis, nec posset obniti vento, data naui flatibus, ferebamur:*

in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in insulam autem quandam deuecti, quæ vocatur Clauda, vix potuimus obtinere scapham. Qua sublata adiutoriis vtebantur, subcingentes nauim, timentes ne in Syrtim incíderent, demisso velo sic ferebantur. Quum autem vehementi tempestate iactaremur, sequẽti die iactum fecerũt, ac tertio die nostris manibus armamenta nauis proiecimus: porrò neque sole, neq; sideribus apparentibus ad complures dies & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat omnis spes salutis nostræ. Tunc stans Paulus in medio illorum, dixit.] Vide post tantam tempestatem nec importunus, nec insolens illis loquitur: sed volens, vt vel in posterum credant: vnde & quæ facta erant, in testimonium assumit veritatis dicendorum. Et duo prædicit: & quòd in insulam exeundum illis, & quòd nauis peritura, saluis qui in ea vehebantur, id quod non erat coniecturæ, sed prophetiæ: & quòd Cæsari assistendus esset. Quod autem dixit, Donauit tibi deus omnes: non erat arrogantię, sed volentis adduci ad fidem nauigationis socios, nõ vt ipsi gratiam habeant, sed vt credant his quæ ab ipso dicebantur, sic dixit. Quod autem dictũ Paulo, donauit tibi eos: tantundem est, digni quidem erant qui perirent, quoniam inobedientes fuerunt, veruntamen in tui gratiam hoc fit. Quum autem esset multa inedia, Paulus stans in medio eorum, dixit: *Oportebat quidem, ô viri audito me, non soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriam hanc & iacturam. Et nunc hortor, vt bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex nobis, sed tantum nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quem & colo, dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo, quòd sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos eiici. Sed postquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem, quia & demissa bolide repererunt passus viginti,*

ac pu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ac pusillum inde digressi rursumq; demissa bolide repererunt passus quindecim, timentesq; ne in aspera loca inciderent, de puppi iactis anchoris quatuor, optabant diem oriri. Nautis vero quærentibus fugere è naui, quum dimissent scapham in mare, sub prætextu velut è prora anchoras extensuri: dixit Paulus Centurioni, ac militibus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. Tunc abscinderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.] Hic ostendit ꝙ nautę fugam inituri erant non credentes dicto. Ideo & dixit, Si hi fugerint, vos seruari non potestis. Non propter hoc dixit, sed vt detineat illos, & prophetia non excidant. Vide quasi in ecclesia eruditi illos philosophiam Pauli, quos & è mediis seruat periculis: et mira dispensatione non creditur Paulo, vt postquam rem experiantur, credant: quod & factum est. Et iterum hortatur vt sumant cibum & obtemperant, & ipse primus accipit, non sermone solum, sed etiam opere, suadens ꝙ nihil nocitura sit tempestas, sed magis profutura illorum animis.

Et quũ dies inciperet oriri, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicẽs: Dies hic decimusquartus est quod expectantes ieiuni permanetis nihil accipiẽtes, propter quod hortor vos vt sumatis cibum: hoc enim ad salutem vestrã pertinet, quia nullius vestrum capillus de capite cadet. Et quum hæc dixisset, sumpto pane gratias egit deo in conspectu omnium, & quum fregisset cœpit edere. Porrò animis iam recreatis omnium, sumpserunt & ipsi cibum. Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex, & satiati cibo alleuiabant nauem eiicientes triticum in mare. Dum autem dies esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam animaduerterũt habentem littus in quod cogitabant si possent impingere nauem. Et quum anchoras sustulissent, committebãt se mari simul laxatis iunctis gubernaculorum, & sublato artemone ad auræ flatum tendebant ad littus. Et quum incidissent in locum bimarem, impegerunt nauem: ac prora quidem infixa manebat immobilis, puppis verò soluebatur à vi vndarum.] Iterum tentat diabolus obsistere prophetiæ, & volebant

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bant quosdam interficere, sed nõ permisit Centurio, vt Paulum seruet, adeò illum iam familiariter dilige bat. *Militum autem consilium erat, vt vinctos occide-rent, ne quis quum enatasset, effugeret. At Centurio vo-lens seruare Paulum, compescuit eos à consilio, iussitq; vt qui possent natare abiicerent se primos, & in terram eua-derent, cæteriq; partim in tabulis, partim in quibusdã na-uis fragmentis. Et sic factum est vt omnes incolumes eua-derent in terram. Et quum euasissent, tunc cognouerũt quod Melite insula vocetur.*] Vides quantum bonum factum est ex tempestate? Non igitur erat ex derelic-tione. Et quomodo, inquit, ferebant, quum nihil ede rent, nullumq; cibum sumerẽt? Timor tenebat illos, & appetitum cibi negabat extreme periclitaturis. Igi tur quod factum est, à tempore erat: maximum autẽ miraculum, q̃ in tali tempore è periculis mediis ser-uati sunt, & ipse & propter ipsum cæteri. Et sublato artemone ad venti flatum contendebant ad littus. Hoc dixit ostendere volens violentiam quam susti-nebant in tempestate. Raro enim sic faciunt. Ideo & deduxerunt carbasa, hoc est, velum, id quod fit vbi ve hementer flat ventus, vt impediatur venti violentia. Hæc autem patiebantur in Adria, vbi seruari diffici-le. Eramus autem in naui animæ omnes ducentæ se-ptuagintasex. Et vnde manifestum quod tot erãt qui simul nauigabant? Verisimile erat illos rogasse cau-sam propter quam nauigant, & didicisse omnia: qui & nihil edebãt, quia nulla erat eis cura cibi, eo quòd non erat vulgare periculum. Et vide quomodo Pau-lo non simpliciter accidit dilatio nauigationis, & in-tempestiua nauigatio, sed facit illud doctrinæ tem-pus. Non parum autem fuerit, siquidem hi omnes cre diderunt. Sed videamus iterum quæ dicta sunt:

CAPVT XXVIII.

Multo iam tempore transacto quum esset iam pericu-losa nauigatio admonebat Paulus, dicens illis, Viri, video quod cum iniuria & damno futura est nauigatio.] Vide quàm alienus est à fastu. Ne videatur prophetizare, sed quasi à coniectura dicere: Video, inquit. Non enim

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim ſuſcepiſſent, ſtatim ſi hoc dixiſſet. Prius igitur prophetizat, & dicit, deus cui ſeruio, inducens illos. quomodo igitur non fuit iactura animarum? Fuiſſet vtiq;, niſi deus ſeruaſſet: certe quãtum ad rei naturam pertinet, periiſſent, ſed deus prohibuit. Centurio autem, inquit, gubernatori magis credebat, q̃ his quæ dicebantur à Paulo, vt oſtendatur q̃ non à coniectura hæc dicebat: gubernator contraria dicit, idq; experientia clarus. Ita non erant à coniectura quæ dicebantur. Cum autem portus, inquit, non eſſet idoneus ad hybernandum. Vides & locus docet non eſſe à coniectura. Imò multi illi à coniectura loquebantur, qui et inde ſuadebant ſoluendum. Sed nulla illis inde vtilitas: inciderunt enim in tempeſtatem, & iacturam eorum quæ vehebant, faciunt. Ideo & hoc manifeſtans ſubdidit: Cum autem vehementi tempeſtate iactaremur, noſtris manibus armamenta nauis proiecimus. Ne poſthac eſſe poſſint increduli, hæc fieri permittuntur. Et oritur magna tempeſtas, & ingentes tenebræ fiunt: poſtea ne pereant, etiam triticum eiicitur, & omnia. Hoc enim eſt, armamẽta nauis proiecimus. quum autẽ eſſet multa inedia, dixit Paulus, Oportebat morem gerentes mihi, lucrifeciſſe id iacturæ. Vide quomodo non parua ad audiendum conferebant, tempeſtas, inquam, & tenebræ. Et vide quomodo credit Centurio, vt & ſcapham relinquat & perdat. Quod autem nautæ nondum crediderunt, & poſtea credũt, ne mireris. Etenim genus illorum impudẽs quodammodo eſt, & ad credendum durius. Tu autem etiam ſapientiam Pauli hinc conſydera. Non enim increpat & exaſperatur, ſed manſuete ſic: Oportebat, inquit. Sciebat enim quòd calamitoſis non eſt acceptus obiurgator, ſed vbi etiam plures calamitates præterierint, fit acceptior. Igitur tunc aggreditur, quando omnis ſpes ſalutis ſublata, tunc & vtilia prædicit. Vt autem decimaquarta nox facta eſt, inquit, timentes optabant diem fieri. Ne quis dicat quòd nihil fuerit, hoc addidit, oſtendens omnia facta: quod autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem facta sint, timor testabatur. Optabant, inquit, diem fieri timentes. Et locus difficilis erat. Etenim per Adriam hæc contingunt, & erat magna inedia. Hic decimusquartus dies est, quòd expectantes iciuni permanetis. Ita omnia docent eos in medio fuisse mortis. Ideo subdit, Obsecro vos vt sumatis cibum, hoc enim ad salutem vestram fuerit: hoc est, ne forsan fame pereatis, cibum sumite. Vt autem panem accepit, gratias egit deo. Vide quod ille gratias agit, propter ea quæ facta sunt: non solum illos confirmauit, sed etiam alacres facit. Eramus autem, inquit, omnes animæ in naui ducentæ septuagintasex. De his dicebat, iactura animæ ne vnius quidem erit ex nobis. Hoc ex satis persuasa anima proficiscebatur, dicere quod ne vna quidem anima peritura esset. Satiati autem cibo, alleuiabant nauim eiicientes triticum. Vides cum hoc quòd accipiunt cibum, credunt, & sic iam totum id Paulum reiiciebant. Ita vt etiam triticum eiicerent. Vide illos & humana facere, & non prohibere Paulum. Quando autem, inquit, dies factus est, laxatis iuncturis. Destruitur nauis in die, ne metu pereant, vt videas re ipsa prophetiam. Militum autem consilium erat, vt occiderent vinctos. Vides etiam per hoc Paulo grati facti sunt. Nam propter illum non permisit eos occidi Centurio, ita mihi videntur ex confesso mali fuisse, vt occidere illos vellent: sed non est factum, consilio impedito. Alii autem in tabulis efferebantur, & omnes ita seruati sunt, & prophetia sic impleta est. Non enim ante multos annos prædixerat, sed naturam euentuum sequens: omnia enim erant supra spem, & per suam salutem didicerunt quis esset Paulus. Si autem diceret quis, quare non & nauim seruauit? vt discant quale periculum euaserint, quia non totum fiebat humano adiutorio, sed manu dei quæ absque naue seruauit. Atque ita iusti licet in tempestate sint, licet in mari, licet in pelago nihil graue patiuntur, quin & alios secum seruant. Si nauigantes, periclitantes, & naufragium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fragium ſuſtinentes, ſi & vincti per Paulum ſeruati ſunt, cogita quid eſt eſſe virum ſanctū in domo: multæ enim tempeſtates etiam nobis incumbūt his multo grauiores, ſed poteſt deus etiam nos donare, modo credamus ſanctis ſicut illi, & faciamus quæ præcipiunt. Non enim ſimpliciter ſeruantur, ſed etiam ipſi fidem attulerunt: licet vinctus ſit ſanctus, maiora ſolutis operatur. Et conſydera hoc hic factum. Solutus Centurio vincto illo habebat opus. Gubernator peritus non gubernante egebat. Non enim tale gubernabat nauigium, ſed orbis eccleſiā, qui didicerat ab illo maris domino non humana arte, ſed ſpirituali ſcientia, in naui illa multa naufragia, multas procellas, ſpiritus malitiæ, intus pugnas, foris timores: atq; ita hic revera gubernator erat.

MORALE.

Video oro omnem vitā noſtram ſic conſtitutam, nunc miſericordia fruimur, nunc tempeſtas incidit, nunc ob propriam ſtultitiam & ignauiam in multa incidimus grauia, imò hoc fit, quod nō audimus Paulum, feſtinantes ire quò ille non iubet. Quippe etiamnum nauigationis noſtræ ſocius eſt, licet non ligatus vt tunc. Adhortatur etiamnum et dicit his qui in mari hoc: Cauete vobiſipſis, ingredientur poſt meam abitionem lupi rapaces ad vos. Et iterum, In nouiſſimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, auari, arrogantes. Hic enim omnium importuniſſimus ſpiritus eſt. Maneamus igitur vbi iubet, in fide ſcilicet, in ſecuro portu. Ipſum magis audiamus, quàm gubernatorem qui eſt in nobis, rationem inquam. Ne ea quæ hæc ſuggerit, faciamus: ne ea quæ nauclerus, ſed quæ Paulus iubet, qui plurimas tutus tranſiit tempeſtates: ne experientia diſcamus, ſed ante experientiam potius, vitare contumeliam & damnum. Audi quid dicat, Qui volunt ditari, incidunt in tentationem. Credamus ei. Vide enim quid his qui non crediderunt, acciderit. Et iterum alia ex cauſa, vnde ſint naufragia

1. Tim. 6.

dicit,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicit, Qui sanè, inquit, naufragiū fecerunt circa fidem, tu autem in his manè quæ didicisti. Credamus Paulo, licet in media tempestate simus, omnino à periculis liberabimur, etiamsi quatuordecim noctium inedia vexati simus, etiamsi spes salutis exciderit, etiamsi in tenebris simus ac caligine, credentes ei à periculo liberabimur. Nauim esse putemus vniuersum orbem, & in hoc malefactores & multis malis opertos, alios principes, alios custodes, alios iustos qualis Paulus, alios vinctos & peccatis astrictos. Itaque si quidem Paulo crediderimus, non vincti peribimus, sed etiam soluemur. Donat etiam nos illi deus. An negas peccata & affectiones grauia esse vincula? non solæ manus vinctæ sunt, sed totus homo. Dic oro, Nónne si quis multas possidens pecunias, eas non erogat, neque insumit, sed retinet, parsimonia grauius, quàm indisruptis vinculis ligatur? Item quando quis fato se subiicit, nõne hic iterum aliis ligatus est vinculis? Item si obseruationibus signorum & ominibus, nónne quouis vinculo illa molestiora? Adde si concupiscentiæ irrationabili & fœdo amori, quis nobis hæc vincula rumpet? Profecto deo opus est vt soluantur. & sufficit quidem vno periclitari malo: quando autẽ vincula & tempestas iungũtur, cogita quantum erit tunc periculum? Quid enim non sufficit ad perdendum? fames, tempestas, malitia simul nauigantium, temporis importunitas. at contra hęc omnia stat Pauli claritas. Sic sanè etiam nunc. Retineamus apud nos sanctos, nec erit tempestas, imõ etiã si fuerit tempestas, erit serenitas ac tranquillitas & à periculis liberatio. Quoniam vidua illa sanctum hospitio habebat, etiam filii eius mors soluta est, & rediuiuum accepit puerum. Vbi pedes sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristat, etiamsi quid fiat, id ad probationem maioremq; dei gloriam pertinet. Assuescet vt pauimenta domus à talibus calcentur pedibus, & non calcabit dæmon illic, & valde meritò: nam sicut vbi fragrantia est, ibi non habet locum graueolentia:

2. Tim. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ita vbi ſanctum eſt vnguentū,ibi ſuffocatur dæmon, lætificat ſimul agentes, animam recreat, odorem diffundit. Vbi ſpinæ,ibi beſtiæ:vbi hoſpitalitas,ibi nō ſunt ſpinæ. Miſericordia ingrediens,quauis falce melius ſentes execat,quouis igne violentius exurit. Ne timeas.Reuerentur ſanctorum veſtigia,ſicut leonem
Pro.18. vulpes.Iuſtus enim,inquit,vt leo confidit. Introducamus hos leones in domum, & omnes exigentur beſtiæ,non clamantibus,ſed ſimpliciter loquentibus illis.Non enim leonis rugitus beſtias ſic fugat,vt iuſti oratio dæmones: ſi loquatur ſolum,auolant. Et vbi nunc ſunt,inquit,tales? Vbique,ſi crediderimus nos, ſi quæſiuerimus,ſi ſolicite indagauerimus. Vbi quæſiuiſti,dic oro, quando hoc tibi fuit curæ? Si autem
Mat.7. non quæris,ne mireris ſi nō inueneris. Qui enim quærit,inuenit,non qui non quærit.Audi eos qui in ſolitudinibus ſunt, affer eis pecuniā, vbiq; terrarū ſunt: etiamſi in domo non recipias,accede tu ad illum,colloquere cum viro,ad domicilium illius vade,vt poſſis etiā benedictione frui: magna enim ab illis eſt benedictio, quam aſſequi ſtudeamus, vt illorum precibus adiuti miſericordia dei fruamur gratia vnigeniti illius,cui cum patre ſimul ac ſancto ſpiritu gloria,imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

HOMILIA LIIII.

Barbari vero præſtabant non vulgarem humanitatem nobis. Accenſa enim pyra recipiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat & propter frigus. Quum congregaſſet autem Paulus ſarmētorum multitudinem,& impoſuiſſet in ignem, vipera à calore prorepens inuaſit manum eius.

PRæſtabant, inquit,nō vulgarem humanitatem nobis Barbari,accenſa pyra: alioqui nulla ſalutis vtilitas fuiſſet perditura illos tempeſtate. Deinde Paulus ſumpta ſarmēta poſuit in ignem. Vide illum operantem,vide illum nuſquam temere miracula facientem,ſed ob neceſſitatem. Et quum tem-

peſtas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peſtas oriretur, non ſine cauſa prophetizabat: & hic ſarmenta imponit, ignarus omnis faſtus, vt ita ſeruet illos, fruãturq; calore. Poſtea vipera apprehendit manum illius. Vt autem viderunt Barbari pendentem beſtiam à manu eius, dicebãt inter ſe, Omnino homicida eſt homo iſte, quem ſeruatum in mari, vltio non ſinit viuere. Bene etiam hoc permiſſum eſt, vt & illi viderent, ac loquerentur talia, vt futuro miraculo nõ diſcredant. Et vide illos honeſte inter ſe loquentes. Vide naturæ iudicium etiam apud Barbaros incorruptum, neque ſimpliciter condemnantes. Et hi prius vident, vt magis admirentur. At ille quidem excuſſa vipera in ignem, nihil mali paſſus eſt. Illi autem expectabant vt incenderetur: & quum diu expectarent, et viderent nihil mali accidere, mutata mente, dicebant eum eſſe deum. Expectabãt, inquit, vt ille cadat mortuus: & iterum videntes q̃ nihil tale contingeret, dicebant, deus eſt. Iterum ſupra modum loquuntur. Sequitur. *In locis autem illis erant prædia primatis inſulæ, cui nomen Publio, qui nos exceptos triduo benigne tractauit hoſpitio.*] Ecce iterum alius hoſpitalis Publius & diues & abundantiſſimus, nihil de religione Chriſti ſciens, ſed ob ſolam calamitatem miſertus illorum eſt, hoſpitioq; benigne tractauit. *Contigit autem patrem Publii febribus ac dyſenteria vexatum decumbere. Ad quem Paulus vt ingreſſus eſt, orauit, impoſuit illi manus, & curauit eum.*] Et ita dignus erat cui bene fieret, ideo & pro ſuſceptione Paulus curationem illam retribuit. *Hoc autem facto, cæteri quoque qui habebant infirmitates in inſula, accedebant & curabantur: qui & multis honoribus honorarunt nos, & ſoluentibus impoſuerunt quæ neceſſaria.*] Et dederunt, inquit, nobis ſoluẽtibus ea quę neceſſaria cum nobis tum aliis. Vide & à tempeſtate liberatos non fuiſſe neglectos, ſed etiam propter illum liberari hoſpitio ſuſceptos & alitos ad menſes tres. *Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtores. Et cum veniſſemus*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Syracusas, mansimus triduo. Inde circumlegentes venimus Rhegium, & post vnum diem afflante austro, postridie venimus Puteolos, vbi repertis fratribus rogati sumus, vt maneremus apud eos dies septem, & sic venimus Romam. Et inde quum audiissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis vsque ad Appii forum, & Tres tabernas. Quos quum vidisset Paulus, vt egit gratias deo, sumpsit fiduciam.] Propter Paulum vide omnia hæc fieri, vt credant vincti, milites, ac Centurio: nam etiam si lapides fuissent, & propter ea quæ consuluerat, & ipsi audierant, & quæ prædixerat, & propter miracula quæ fecerat, & propter beneficia quibus educati erant, de illo magna vtique cogitassent. Vide quãdo rectum iudicium fuerit, & à nulla affectione præoccupatum, quomodo statim recta iudicia accipit, & probatas sententias. Porrò prædicatio etiam vsque in Siciliam peruenit. Vide quomodo & Puteolos inuentis quibusdam transit, mox occurrerũt & alii, tanta fratrum erat alacritas: nõ turbauit illos quòd Paulus erat in vinculis. Vide etiam illum iterum humana quadam affectione teneri. Visis enim fratribus, inquit, fiduciam sumpsit. Quamuis tanta miracula fecisset, attamen ab aspectu augmentum sumpsit. Et ex hoc discimus ꝙ humano more etiam consolationem accepit, & contrâ. *Quando autem venimus Romam*, inquit, *permissum est Paulo vt maneat solus, cum milite custodiente illum*] Non paruum etiam hoc argumentum est illũ fuisse per omnia admirabilem, non enim iam cum aliis numerabatur. *Post tres autem dies conuocauit Paulus Iudæorum primores.*] Post tres, inquit, dies, ne præoccuparentur illorum aures. & quid negotii cum illis habuit? nõ enim ipsi accusaturi illum erant. attamen nõ hoc curabat, sed dicendi gratia aderat, & non prostituendi ea quæ dicebantur. Igitur Iudæi quidem videntes hæc miracula persequebantur, ac fugabant. Barbari vero nullo conspecto, ob solam calamitatem misericordes fuerunt. Omnino, inquit, homicida est homo iste. Et non simpliciter pronunciant,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ciant, sed omnino, inquit, sicut videre licet. Et vltio, inquit, viuere illum non sinit. Igitur & de prouidentia sermonem habuerunt. Multis philosophis sapientiores fuerunt Barbari illi, qui ea quæ sub luna sunt extra prouidentiam ponunt. Illi autem vbiq; putant adesse deum: & licet quis sępe effugiat, non tamen effugere omnino posse. Et reuerentur iam propter calamitatem, & non euulgant, sed inter se dicunt. Vincula enim hoc docebāt suspicari. Et licet vinctus esset, reuerentur, dicentes, num bene facit is qui in vinculis? Ruborem nobis afferant barbari: nesciebāt enim qui nam essent illi, sed ob calamitatem iam miserabantur q̄ homines essent. Et quum diu expectassent, inquit, quando esset moriturus, & quādo excussa manu etiam bestiam abiecit, tunc viderunt, & expauefacti sunt. Et non repente factum est signum, sed hominibus aliquandiu expectantibus, ne putetur fallacia esse. non erat igitur præstigium. Humaniter, inquit, illos hospitio tractauit Publius. ducenta septuaginta sex erant nomina. cogita magnum hospitalitatis lucrum, non quòd necessitas esset, non q̄ inuitus agat, sed quòd lucrum putabat, tres dies hospites illos habuit. Postea compensationem accipit multo amplio-rem, meritò cum & alii curarentur. Qui etiam multis honoribus prosequuti sunt nos. Num mercedem accipiebant? absit, sed vt scriptum est, Dignus est operarius cibo suo. *Mat. 10.* Et soluentibus imposuerunt necessaria. Manifestum q̄ & verbum prędicationis susceperunt, qui illos sic tractarūt. Non enim disseruissent trimestri illo tempore, nisi etiam credidissent, et fructus declarassent: & inde magna coniectura est, multitudinem credentium illic visam. Et solumus, inquit, in naui Alexandrina quæ hyemauerat in insula cui insigne Castores. Fortassis erant picti in illa, adeò erant idolis obnoxii. Vide diu moram trahētes, & iterum festinantes. Posthac venerabilis erat Paulus, ita vt permissum ei sit solum esse. Nam quum etiam antea humaniter illum habuerint, multo magis nūc. Et af-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

flante, inquit, austro, postridie venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus, rogati sumus vt maneremus apud eos dies septem, & sic Romã venimus, & illinc fratres vt audierũt de nobis, exierunt in occursum nobis vsq; ad forum Appii, & Tres tabernas. Non metuentes periculũ, tametsi sat multa illis futura certò videbantur. Vide quomodo in tãta nauigatione nusquam appellunt ad ciuitatem, sed in insulam, & tota hyeme versantur ibi, vt illi qui simul nauigabant, ad fidem componerentur. Et permissum est ei, inquit, vt permaneret solus cũ milite qui ipsum custodiebat, atque ibi nõ licebat ei exire, neq; illic insidias timebat. Nõ enim licebat vltra tumultuari, atque ita illum nõ custodiebant, sed ita nihil graue ei accidebat. Etenim nõ permittebatur in tanta ciuitate, & vbi rex esset ac libertas, fieri aliquid indignũ. Vnde semper quæ videntur esse cõtra nos, ea pro nobis fiunt. Custos enim erat Pauli. Et conuocatis primatibus Iudæorũ, loquebatur eis, & contradicẽtes recesserũt. Increpantur ab illo, & nihil audent dicere. Non enim dabatur eis contra illum potestas.

MORALE.

Hoc enim mirabile est, quòd nõ per ea quæ videntur securitatis esse, sed planè per contraria, omnia pro nobis fiunt. Et vt discas, iussit Pharao in flumen proiici pueros, nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moses, non in aula educatus fuisset. Quando seruabatur, nõ erat in honore, quãdo expositus est, tunc factus est in honore. Hoc faciebat deus declarans suã omnipotentiam ac sapientiã, quàm facile sit ei seruare. Minatus est illi Iudæus dicens, Nunquid me occidere tu vis. & hoc illi profuit, singulariq; dispẽsatione factum, vt ipse videret visionem illam in solitudine, & conuenienti tempore impleretur, vtq; philosopharetur in solitudine, ac secure viueret. Et in omnibus Iudæorum contra illum insidiis idem fit. Tunc enim clarior prodit, vt cum insurgerẽt contra eum et Aaronem, clariorem eum fecerũt, vt indubitata fieret eius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eius ordinatio,& ita etiam in posterum laminæ æreę admiratione factæ sunt. Scitis enim opinor,historiã, & ideo narrationem prætercurro. Et ideo si volueritis iterum eadem quæ superius acta, id genus pertractemus. Cain fratrem occidit,sed hac ratione plurimum profuit. Audi enim quid dicit,Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et iterum alibi inquit,Sanguine magis loquente quâm Abel. Liberauit illum ab incertitudine futura, mercedem auxit. Charitatẽ didicimus omnes,quã erga illum habuit deus. Quid enim offensus fuit, qui nihil citius quàm mortem accepit? Quid enim lucri habent tardius morientes,dic oro? Nihil. Neq; enim ab eo q̃ multos annos vel paucos viuitur,felicitas:sed ab eo q̃ vita,vt oportet,vtimur. Tres pueri iniecti fuerunt in caminum, & per hoc facti sunt clariores. Daniel missus est in lacum,et inde prodiit illustrior. Vides vbique tentationes magna parere bona, & in hoc seculo,nedum in futuro. In malitia idem euenit, vt si quis calamo ignẽ feriat: & videtur quidem vetberare ignem, ignis autem clarior fit,& calamus consumitur. Alimentum enim & fomes claritudinis,est malitia virtuti. Iniuria,quando vt opus fuerit vtitur deus, res nostras clariores reddit. Iterum quãdo diabolus operatur tale quiddã, clariores facit sustinẽtes. Cur igitur,inquit,in Adam hoc nõ est factũ,sed ignominiosior redditus est? Etiã illo aptè vsus est deus. Si autẽ aliquid passus est,ipse seipsum damno affecit. Nam quę ab aliis nobis fiunt, magnorũ nobis bonorum causa sunt: quę autem à nobis,non item. Quoniam enim dolemus ab aliis læsi,à nobisipsis autem nõ item:qui ab alio patitur iniuste, clarus fit:qui autem seipsum lædit,damnum fert:vt illud quidem fortiter feramus,at non hoc faciamus. Et alioqui totius mali causa Adam sibi ipse fuit. Quare enim credebas mulieri? Quare aduersa consulentem non repulisti? Tu omnium factus es autor:alioqui si diabolus fuisset,oportuisset eos quos similiter tentat omnes periisse: q̃ si nõ perierunt,in nobis causa est. *Gen.4.* *Heb.12.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed oportebat,inquit,omnes qui tentãtur, recte age re. Non enim penes nos causa est. Oportebat etiam absque diabolo perire. Et multi etiam absque diabo lo pereunt. Profecto non omnia ipse efficit,sed multa etiam fiunt à sola nostra ignauia. Si autem alicubi ip se autor, nos initium adhibemus. Dic enim oro,cur diabolus tantum valuit in Iuda? Quia ingressus est, inquit,in illum satanas. Sed audi causam. Quia fur erat,& quæ mittebantur,portabat. Ipse dedit,inquit, latum ingrediendi spatium. Et ita non diabolus ini tium imponit. At nos illum suscipimus,et vocamus. Vltrà inquit, si ille non esset, non tam magna fierent mala,sed pœna nobis esset euitabilis. Imò nunc qui dem dilecte pœna nostra mitior est: si autẽ fecerimus nobisipsis grauia,intolerabilior pœna erit. Dic enim mihi,Si hæc quæ peccauit Adam,absque cõsiliis pec casset,quis illum à periculis liberasset? Sed nõ peccas set,inquit. Vnde mihi hoc dicis? Qui enim dissolutus & ignauus et ad insipientiã promptus,ita vt accipiat tale consilium,multo magis etiam absq; hoc feciset. Qualis diabolus fratres Iosephi misit in odium? Resi piscamus igitur dilecti, & claritudinis nobis autor erit diabolus. Quid enim nocuit Iobbo tãta illius im probitas? Ne dixeris,inquit,hoc. Sed infirmus dam num accipit. Sed infirmus,etiam si non sit diabolus, damnum accipit. Verum,inquit,grauius illo coope rante. Imò minus, qui cum illius operatione peccat, punitur. Non enim omnium peccatorum pares sunt pœnæ. Ne decipiamus nosipsos,non est nobis diabo lus autor,si sobrii fuerimus. Ille nostrum magis som num excutit,& nos excitat. Dic enim oro: Non sint bestiæ,non sit aëris intemperies, nõ morbi,non tristi tiæ,non mœrores,non aliud quid tale,quid nõ factus esset homo? Porcus magis quàm homo,ventri indul gens & ebrietati,& à nullo horum interturbaretur. Nunc autẽ curæ ac solicitudines,gymnasium & scho la sunt philosophię. Educetur quis in aulis,& nõ con tristetur,neq; curas habeat,neque solicitus sit,neq; irę occa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

occasionem habeat,neq; infortunium:sed faciat quæ cunq; concupiscit,ea & assequatur, & omnes habeat obtemperantes:an non qualibet bestia efficitur brutior,& minus rationalis? Nunc autem sicut eos sunt afflictiones & curæ. Eapropter pauperes diuitibus sunt sapientiores , vtpote multis fluctibus vexati & exerciti. Nã corpus q̃d ociosum quidẽ & immobile morbis magis obnoxium & fœdum: quod autẽ mouetur & laborat,& ęrumnis exercetur,formosius est ac sanius.Hoc etiam in anima reperire licet.Et ferrũ quidem si iaceat , corrumpitur : si exerceatur autem, splendet.Et similiter anima quæ mouetur.Motio autem animæ,curæ ipsæ:& artes pereunt, si non mouentur anima.Mouetur autem quando non omnia prompte assunt,mouetur à contrariis.Si non essent contraria , nihil esset quod moueret , vtpote si omnia essent bene facta,non inueniret ars vt moueatur : Ita etiam si omnia essent iuxta mentem nostram,non inueniret mens vt moueatur. Si vbique portaretur,fœda esset. Non vides quod etiã nutricibus præcipimus ne semper pueros portent,ne sic in consuetudinem veniant, & ne infirmi fiant? Et propterea infirmiores fiunt qui apud parentes enutriuntur , indulgentia intempestiua & immodica illorum valetudinem lædente. Bona res est modica tristitia,bona res egestas,bona res & cura ; fortes enim nos faciunt ; bona & contraria. Vnumquodq; illorum si modo caruerit , perdit. Et hoc quidem laxat,hoc autem disrumpit. Non vides etiam Christum discipulos suos sic instituere ? Si illi autem his egebant,multo magis nos : si autem egemus, ne indignemur,sed etiam gaudeamus in tribulationibus. Sunt enim nostris vulneribus congrua pharmaca,& alia quidem amara,alia vero blanda: Vtrunq; autem illorum si solum fuerit, inutile. Gratiam igitur habeamus deo pro his omnibus nõ enim simpliciter hæc permittit fieri , sed pro vtilitate nostrarum animarum. Nostrã igitur gratitudinem declarantes, gratias agamus, glorificemus, fortiter ob-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luctemur, tẽporaria esse cogitantes, & ad futura mentem nostram extendentes, vt & præsentia leuiter feramus, & futura assequi bona mereamur, gratia & misericordia vnigeniti dei, cui cum patre ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA LV.

Post tertium autem diem conuocauit Paulus Iudæorum principes. Cumque venissent, dicebat eis: Ego viri fratres, cum nihil fecerim aduersus plebem, aut instituta maiorum, vinctus à Hierusalem, traditus sum in manus Romanorum: qui quum examinassent, volebant me dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in me. Sed contradicentibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. Propter hanc igitur causam aduocaui vos, vt viderẽ ac alloquerer, propter spem enim Israëlis catena hac circumdatus sum.

VOlebat & seipsum & alios à crimine liberare, se quidẽ ne accusent ipsum & hoc illis noceat, illos autẽ ne videatur totum esse illorũ. Verisimile enim erat percrebruisse famam, q̃ Iudæis traditus esset, id'q; sufficiebat ad terrendum illos. Statim igitur hoc vrget, & pro seipso rationem reddit. Quomodo igitur rationem reddit? q̃ temere tradiderunt ipsum, testantur Romanorũ principes, quia volebant, inquit, me dimittere. Quare igitur nõ dimiserunt? inquit. Contradicentibus Iudæis. Vide quomodo minuit illorum crimina. Si enim voluisset exaggerare, potuisset maiore impetu vti. Ideo, inquit, coactus sum appellare Cæsarem. Et ita veniam meretur. Quid igitur? vt illos accuses fecisti? Non, inquit, non quasi habeam aliquid quo gẽtem meam accusem, sed vt effugiã periculum. Propter vos enim hac catena circumdatus sum, tantum abest vt hostili animo in vos sim affectus. Deinde & illi sic sermonẽ ingressi, quasi & ipsi pro cognatis rationem sint reddituri. *Illi autem*, inquit, *dixerunt ei, Nos neque literas*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ras accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nunciauit, aut loquutus est aliquid de te mali. Volumus autem audire à te quæ sentis. Nam de secta ista notũ est nobis, quòd vbique ei contradicitur] Neq; , inquit, per literas, neq; per homines significarunt aliquid mali de te, verumtamen audire volumus de te. Iam præoccupabant sententiam propriam demonstrantes, & dicunt: De secta hac notum est nobis, q; vbiq; ei contradicitur. & non dicunt, contradicimus. *Constituto autem ei, inquit, die, venerunt ad illum in hospitium cõplures, quibus exposuit testificans regnũ dei, suadenśq; eis de Iesu ex Mose & prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij vero non credebant.*] Non statim respondit, sed diem constituit, & venerunt ad ipsum, & loquebatur ex lege Mosi & prophetis. Et alĩ quidẽ credebãt his quæ dicebantur, alĩ vero non credebant. *Cum autem nõ essent concordes inter se, discedebant, vbi dixisset Paulus vnum verbũ. Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam, ad patres nostros, dicẽs: Vade ad populũ hũc, & dic: Aure audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis, & nõ perspicietis. Ingrauatũ enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.*] Quando autem discedebant disceptantes inter se, tunc conuicium eis obiicit, volens illos quidem conuicio impetere, sed hos cõfirmare. Bene dixit, inquit, Esaias. At qui infirmis datũ est arcanũ hoc. Nõ igitur mirũ si cõ tradicebant. Olim prædicebatur. Iterũ zelum eorum prouocat ex gentibus. *Notum igitur sit vobis*, inquit, *quòd gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi etiam audient. Et hæc illo loquente, abierunt Iudæi habentes inter seipsos disceptationem. Mansit autem Paulus toto biennio in conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicans regnum dei, & dicens de Iesu Christo cum fiducia, nemine prohibente, Amen.*] Ostendit nunc libertatem, prædicans, inquit, nemine prohiben-

Esa. 6.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prohibente in Roma, qui in Iudæa prohibitus erat, quoniam biennio illic mansit. *Propter hãc, inquit, causam volui vos videre, ne liceat cuipiam accusare, & quæcunque in mẽtem venerint, dicere. Quia certè manus illorum effugi, & ad hoc veni, non vt cuipiam malum inferam, sed vt ipse fugiam.*] Vide etiam illos mansuetius loqui ad eum. Volumus, inquit, audire à te quæ sentis. Etiam vult pro illis rationem reddere. Nam hoc quidem quod ille dicebat, argumentum erat, ꝙ valde condemnent seipsos: nam si fiduciam habuissent, dedissent operam vt eum possent in potestatem redigere. nunc autem venire negligunt, frustrati toties suis conatibus. Illi autem non credentes recesserunt. Vide quomodo non struunt insidias nunc cõtra illum. In Iudæa enim quasi tyrannidẽ exercebant. Quare igitur Deus ordinauit vt illuc migraret, quãuis dixerit: Festina egredere è Hierusalem? Vt ostendatur illorum malitia, & prophetia Christi vera, ꝙ non sustinent: vtq; discerent omnes, quòd omnia paratus sit pati, atq; ita in consolationem eorum qui in Iudæa, hoc factum est. Etenim & illic multa patiebantur grauia. Si autem prædicans Iudaica hæc passus est, si prædicasset ea quæ sunt gloriæ Christi, quomodo sustinuissent? Qui purificabatur, non erat tolerabilis: & quomodo prædicans tolerabilis fuisset? Quur accusatis nos? quid audiuistis? Nihil tale dixit, simpliter apparuit, & omnes exasperauit. Meritò igitur gentibus sorte obuenit. Meritò longe missus est: etiam illic docturus gentes, principio Iudæos vocat. Postea vt rem illis monstrauit, ad gentes abiit: Quod autem inquit, dixit spiritus, non est mirum: nam & angelus dicitur loqui ea quæ dominus ipse loquutus est. Bene dixit, inquit, spiritus sanctus: Sed non item quando narrat de his quæ ab angelo dicta sunt, non dicit, Bene dixit angelus: sed, bene dixit dominus. bene dixit spiritus: hoc est, non mihi fides negetur, sed olim hoc præsciebat Deus. Qui quum examinassent, inquit, nihil inuenerunt in me.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me. Quos oportebat eripere, tradiderunt in manus Romanorum, præter vllam necessitatem. Quia ipsi non potuerunt condemnare, vinctum tradiderunt. Non quasi habeam aliquid, vt accusem gentem meã veni. Vide vt familiares sibi faciat verbis, & alienus esse non vult. Iterum dogmati locum parat. Non dixit, non accuso, sed non habeo quod accusem, quamuis tot & tam grauia passus esset. Sed neque hoc dicit, neque facit onerosiorem sermonem, neque donare illis videtur. Hoc enim quæritur: Oportebat illos crimen intendere, oportebat illos accusare, defendũt iis per quæ accusant. Vbique, inquit, contradicitur, sed etiam vbique credunt. nam alij quidem credunt, alij vero discredunt. Vide iterum quòd non à signis, sed à lege & prophetis illorum obstruit ora, & vbique hoc facit, quamuis potuisset signa facere. Porrò non iam fidei res fuisset. magnum enim hoc signum erat à lege & prophetis differere. Deinde ne putes nouũ esse, subdit prophetiam quæ dicit: Auditu audietis. *Esa. 6.* Magis nunc quàm tunc. & videntes non videbitis. Magis nunc quàm tunc. Contra illos qui non crediderunt, hæc dicta sunt. Quid igitur illi alij? Præter prophetiam crediderunt. Populo huic incredulo inquit. Non conuicia sunt hæc, sed offendiculum tollunt. Ipsi, inquit, & audient. Quid igitur nobis loqueris, hæc nesciebas? Etiam, sed vt persuadeam, & rationem reddam, nullique dem occasionem. Loquebatur, inquit, cum fiducia nullo prohibente. Prædicatur aliquando libere, sed cum prohibitione. Illius libertatem in loquendo nihil prohibebat, vel morabatur. Vides dispensationem dei? Dimittit sitibundum auditorem: hoc & exteri faciunt. Omnia enim scire ignauum ac negligentem facit. Loquebatur, inquit, de regno dei.

MORALE.

Vide nihil sensibile, nihil de præsentibus loquitur, sed spe illos pascebat, quum non posset ostendere à suo statu, Post biennium autem quid dicimus?

In Hispa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In Hiſpaniam ire feſtino, & ſpero, inquit, tranſiens inuiſere vos, ad vos autem ex parte. Vides quomodo omnia præuidebat ſanctum & diuinum caput illud Paulus, qui omnibus cœlis ſublimior, qui animã habebat omnia ſimul comprehendere valentem, qui primas partes tenet, cuius vel ſolum nomen nouiſſe, ad excitãdas animas ad ſobrietatem ſeruandam, adq; excutiendum ſomnum ſufficit. Suſcepit illum Roma vinctum, à mari venientem ex naufragio ſeruatum, & liberata eſt ab errorum naufragio: quemadmodum rex quidam poſt naualem pugnam & victoriam in regaliſſimam aulam iſtam aſcendit. De hoc inquit, Veniam & refocillabor vobiſcum in plenitudine benedictionis euangelij. Et iterum: Eo miniſtraturus in Hieruſalem. Hoc eſt quod dicit: Eleëmoſynas facturus genti meæ, & oblationes, adueni. Iam terrẽ cœlo propior erat. Suſcepit illum Roma vinctum, & vidit coronatum ac celebratum. Illic refocillabor vnà vobiſcum. Hoc autem initium curſus iterũ erat, & triumphos triumphis inexpugnabilis coniunxit. Corinthus illum biennio detinebat, Aſia triennio, Roma quoque biennio. Poſtea iterum aſcendit, quãdo etiam conſummatus eſt. In prima mea defenſione, inquit, nullus mecum aderat. Ita tunc transfugit, & quum omnem impleſſet orbem, vitam ſic finiuit.

Quid vis diſcere quæ poſt hæc? Et illa talia ſunt, vincula, tormenta, pugnæ, carceres, inſidiæ, calumniæ, ac mortes quotidianæ. Vidiſti illius paruam partem: ita ſe habent & reliqua. Vnam cœli partem ſi videris, quocunque ieris, videbis talem: ita ſe habent & Pauli acta. Vidiſti ex parte, omnia talia ſunt, periculis plena. Cœlum erat ille, ſolem habẽs iuſtitiæ nõ talem qualis ille eſt, atque adeò vir ille cœlo melior eſt. Parum ne hoc eſſe putas? Quando apoſtolum dixeris, ſtatim omnes illum cogitãt, ſicut appellato Baptiſta, Ioannem. Cui comparauerit quis illius verba? mari vel Oceano? ſed nihil par eſt: illo ſunt verba eius copioſiora, puriora & profundiora. Et ſic non

peccarit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccarit quis, si cor Pauli mare etiam ac cœlum dixerit, cum ob puritatem, tum ob profunditatem. Mare est, nauigantes non à ciuitate in ciuitatem, sed à terra in cœlum vehens. Si quis in hoc mari nauigauerit, secunda aura nauigat. Non est in hoc mari ventus, sed pro vento spiritus sanctus diuinus, qui in illo nauigantes animas vehit: non est ibi procella, non est scopulus, non est belua, sed omnia tranquilla sunt. Mare est portu tranquillius & securius, nihil habens salsum, sed purum ac dulcem laticem, sole limpidiorẽ, & magis perspicuum. Mare est non gemmas habẽs, vel purpuras id genus, sed his multo meliora. Qui vult in hoc pelagus descendere, non opus habet natatione, vel remo, sed magna gratia: inueniet autem in eo omnia bona quæ sunt in regno cœlorum, & poterit fieri rex, & totum mundum accipere, inq; summo honore esse: qui in hoc mari nauigat, nunquam naufragium faciet, sed omnia bene sciet. Et quemadmodum ij qui imperiti sunt maris suffocantur, ita & hic fit: id quod & hæreticis euenit, qui plus quàm vires ipsorum permittunt, attentant: oportet sanè profunditatem nosse, vel non attentare. Nauigaturi hoc pelagus, pauperes simus, ac humiles. Non possum, inquit, vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanquã carnalibus. Nemo nisi laboris patiens ingrediatur hoc pelagus: paremus nobis naues, studium, alacritatem, preces, vt in silentio hoc pelagus transeamus. Etenim aqua hæc viuens est. Sicut si quis os igneum capiat, tale os Paulũ doctus accipit: & quẽadmodum si quis gladium acutum capiat, sic talis fit incomprehensibilis. Vt autem Paulina intelligantur, vita pura opus est. Propter hoc enim dicit, quoniam segnibus auribus facti estis. Est enim & auriũ infirmitas. Nam sicut infirmus stomachus sanorũ & difficilis cõcoctionis cibos nõ suscipit: ita etiã anima torpida, inflata, æstuãs, sterilisq; ac eneruis spiritualẽ sermonem accipere non poterit. Audi dicẽtes discipulos: Durus est sermo hic, quis poterit audire illum? *Ioan. 6.*

Si au-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si autem fortis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra, leuiora ac sublimiora fierent, imò summa peterent, & in excelsum tollerentur. Hæc igitur scientes, parantes animam, etiam æmulemur Paulum, & imitemur fortem illam ac adamantinam animam, vt per vestigia eorum qui sic vixerunt, euntes, possimus vitæ istius pelagus pernauigare, & in portum sine fluctibus peruenire, bonaq; diligentibus deum promissa assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ACTORVM FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

D. Ioannis Chry

SOSTOMI ORATIO-

NES OCTO, EX ANTIQVO EXEMPLARI Græco in Latinum versæ, & aliis eius Homeliis & operibus non adiunctæ, Martino Cromero, Canonico Cracouiensi, Oratore & Secretario Regio interprete.

I De non contemnenda Ecclesia Dei & diuinis Mysteriis.
II De Diuitiis & Paupertate.
III De Ingluuie & Ebrietate.
IIII De aduersa Valetudine.
V De Anima.
VI De Humilitate.
VII De Auaritia.
VIII De Vxore & Pulchritudine.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IOANNIS CHRYSOST.

ORATIO PRIMA DE NON CONTEMNENDA ECCLESIA

Dei & mysterijs, Martino Cromero interprete.

RErpauci hic hodie nobis adsunt. Quid nam hoc causæ est? Martyrum memoriam peragimus, & nemo ad nos accurrit? At prolixius viæ spacium segniores eos fecit. Imò vero non spacium, sed segnicia eos impediuit. Quemadmodum enim nauum arrectoq; animo præditum prohibere nihil potest. Martyres sanguinem suum veritatis gratia profuderūt, tu ne breuis quidem viæ spacium, quo nihilo ducere potes? Illi caput posuerūt propter Christum, tu ne paruum quidem spacium vis accurrere propter dominum? Dominus tua causa mortuus est, & tu ipsius causa cunctaris? Memoria martyrum fit, & tu segnis & supinus iaces? Congruum est, vt adsis & videas diabolum vinci, Martyrem vincere, deum celebrari, Ecclesiam coronari.

Increpatio segnium.

At enim peccator sum inquis, neque possum accurrere. Quandoquidem peccator es, accurre, vt iustus fias. Quinam vero homo sine peccato est, dic mihi? An nescis quod & illi ipsi, qui altari assident, peccatis affixi sunt? Carne enim circumfusi & corpori implicati sunt. Quin & nos ipsi, qui in solio sedemus, ac docemus, peccatis implicati sumus. Sed non despe ramus de diuina benignitate, neq; immanitatem ipsi affingimus. Propterea namque ipsos etiam sacerdotes affectionibus seruire fecit Deus, vt iis, quæ ipsi patiuntur, commonefacti, aliis etiam ignoscant.

Peccatores accurrere debent.

Quantus igitur hic fuerit stupor & inconsyderantia, quod si citharœdus, vel saltator, vel alius quispiam eiusmodi hominum nos vocet, studiose omnes currimus, & gratiam ipsi, quod nos vocarit, habemus, totumq; diem aut certe dimidium cōsumimus, illi so

Accursus ad Histriones.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illi soli animum aduertentes: Deo vero per Prophetas & Apostolos nobiscum loquente, oscitamus, torpemus & æstuamus? Et in curriculis quidem culmine, quod à cœli iniuria muniat, non imposito complures imbribus copiosis decidentibus, & vento aquã in ora sufflante, stant insani, & frigore pluuiaq; viæ prolixitatem paruipendunt, neq; quicquam eos vel domi continet, vel illuc ire vetat: Ad ecclesiam vero quo minus eamus, pluuia nobis atque lutum impedimento sit.

Ac si quidem rogetur quis, quisnam sit Amos, aut Abdias, siue qui sit numerus Prophetarum vel Apostolorum, ne hiscere quidem potest: Pro equis vero, & aurigis, & sophistis, & Oratoribus, defensiones artificiose componit: & quonam pacto hæc tolerabilia sunt, dic mihi? Admonui sepenumero, nõ esse ascendendum in theatrum, non auscultasti orationi meæ, ne pudeat te rursus ingredi, & audire. Audiui, neque tamen seruaui, inquis: Quomodo possum ingredi, & audire? nunc demum intelligis, te non seruasse? nunc te pudet? nunc erubescis? nunc nemine arguente, frenum adhibes? nunc tandem orationem meam certam & stabilitam habes? nunc me non comparente, doctrina mea te enecat? Non seruasti? magis ingredere, vt cum rursus audieris, serues. Medicamentum si tibi adhibeatur, nec te purget, nónne altera die rursus idipsum adhibes? Sit quispiam incisor arborũ, ô homo, velitq; quercum incidere, accipit asciam, deinde radicem incidit. Quod si vno ictu arbor nõ concidit, nonne & alterum ictum addit? non quartum? non quintum? non sextum? non decimũ? Itidem tu quoque facito. Hęc dico, non vt segniores reddam, sed vt nauiores efficiam.

Obliuio circa diuina.

Ingressus es in Ecclesiam, ôhomo, dignatus es Christi consortio, ne exeas, nisi dimittare. Nam si ante missionem exieris, perinde ac fugitiuus reposcêris. Totum diem in iis rebus, quæ ad corpus spectãt, insumis; & duas horas spiritualibus non vacas?

Non exeas ante dimissionem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad theatrum ſæpe adis, neque inde diſcedis donec dimittaris: & in Eccleſiam ingreſſus, priuſquam diuina myſteria peragantur, abis? Time eum, qui dixit: Qui contemnit rem, contemnetur ab ea. Ac regi quidem cum adſtas, ne renidere quidem omnino audes: Omnium vero domino cum adſtiteris, non ſtas pauidus tremensq́, ſed rides, ipſo ſæpe iraſcente? Nõ cogitas, quod hoc facto multo magis, quàm peccatis ipſis eum iritas? Neq́ enim vſque adeò peccantes, vt eos, qui poſt peccatum nõ contrahuntur, auerſari ſolet Deus.

Timor Dei in Eccleſia.

Quid agis, ô homo, in eccleſia ſtans, formas mulierum curioſe contemplaris: non perhorreſcis, tanta cõtumelia templum dei afficiens? Lupanar tibi eſſe videtur eſſe Eccleſia, & foro illo deſpicabilior? Nam in foro quidem metuis & erubeſcis videri mulierem curioſe contemplari: In templo vero dei, ipſo tecum loquente, deq́ his comminante, talia audes, eo ipſo tempore, quo audis, hæc facienda non eſſe, & nõ perhorreſcis, neq́ de ſtatu mentis deſiceris, officinam iniquitatis cor & oculos tuos faciens: Præſtaret huiuſcemodi oculos cæcos eſſe, quàm ad hos vſus accommodari. Cogita prope quem aſtiteris, ô homo, in ſacro illo & horrendo ſacrificio, cum quibus deum ſis inuocaturus: Cum Cherubim, cum Seraphim, & cũ aliis cœleſtibus poteſtatibus. Reputa, quoſnam gregales & canendi ſocios habeas. Sufficit hoc tibi ad attentionem animi excitandam, cum perpenderis, te corpore circumſeptum, & carni implicatum, cum incorporeis poteſtatibus communem omnium dominum laudare dignatum eſſe. Ne igitur diſſoluto animo ſacris, & laudibus illis dei arcanis communica, neu de vitæ huius commodis per illud tempus cogita. Verum terrenis omnibus cogitationibus eiectis ex animo, & ad cœlum totus erectus, perinde ac ſi prope ipſum ſolium gloriæ adſtitiſſes, & cum Seraphim volares, ita deo ſanctam per omnia laudem offer. Propter hoc enim honeſte tempore diuini ſa-

Quomodo ſacrificio aſtandum eſt.

crificij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

crificij stare iubemur, vt cogitationes humi repentes erigamus, vt languore, quem ex vitæ huius negotiis contraximus, excusso, rectum coram deo animum nostrum exuscitare possimus. Non enim de corporis manibus atque genubus dicit. Neq; enim cum cursoribus aut pancratiastis loquitur, sed interiorum cogitationum vires tentationibus prostratas, exuscitare his verbis iubet. Diuinæ enim communionis tempore, fratres, non soli homines horrendissimam illam vocem vociferantur, sed & angeli procumbunt domino, & Archangeli canunt. Habent enim tempus oportunum, & occasionem sibi auxiliantem. Et quēadmodum homines ramos olearum recisos regibus protendunt, per stirpem illam misericordiæ & humanitatis ipsos admonentes: Ita & angeli tunc, pro ramis olearum ipsum corpus domini protendentes, Dominum pro natura humana precantur, tantum non dicentes: Pro his rogamus, quos tu ipse prior ita dilexisti, vt animam tuam dares: pro his supplices preces profundimus, pro quibus ipse sanguinem profudisti: pro his precamur, pro quibus corpus hoc hostiam obtulisti. Nam quid ecclesia dei potentius esse potest? Ne mihi mœnia & arma dicas, hæc enim tempore veterascunt, Ecclesia vero nunquam senescit: Mœnia barbari destruunt, Ecclesiam vero ne dæmones quidem superant. Et quod non ad inanem speciem hæc dicantur, res ipsæ testantur. Quam multi oppugnarunt ecclesiam, atque ipsi quidem oppugnatores perierunt: hæc vero supra cœlum ascēdit. Tanta magnitudine prædita est ecclesia, cum oppugnatur, vincit: cum appetitur insidiis, superat, cum afficitur contumeliis, splendidior euadit.

Intercessio angelorū.

Inuicta Ecclesia.

Vellem igitur scire, quibus rebus operam impendant isti, qui communionem negligunt, quiq; sacra hac mensa sese abstinent. Quin scio plane: Aut enim de absurdis & ridiculis rebus colloquuntur, aut vitæ huius sollicitudinibus affixi sunt: Quorum vtrorumque studium venia caret, extremamq; meretur

Cura de sacra communione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animaduersionem. Ac de priore ne verbis quidem opus est, neq; demonstratione. Quod autem neque ij, qui rem familiarem & intolerabilem necessitatem inde orientem nobis prætendunt, veniam consequi possint, propterea quòd non pluris faciant terrenis spiritualia, cuiuis manifestum est.

Similitudo. Quinam enim famulus, dic mihi, rei suæ domesticæ curam gerit vnquam, priusquam herile ministerium expleuerit? Quomodo igitur absurdum nõ est, inter homines quidem, vbi nudum & inane nomen dominatus est, tantum pudorem & obedientiam dominis exhibere: eũ vero, qui vere non modo noster, sed & superarum potestatum dominus est, ne eo quidem ipso, quo conseruos nostros dignamur, cultu dignari? Vtinam quidem fieri posset, vt illorum animum oculis vestris ostenderem, videretis sordescentem, squalentem, profligatum, deiectum atq; diffidentem. Vtinam fieri posset, vt corda eorum, qui communione sese abstinent, aperiremus. Vtinam possetis vos in conscientiam ipsorum penetrare, tunc sane videretis, quàm multis vulneribus referti sint, quàm multas spinas habeant. Nam quemadmodum terra, nisi agricolarum manibus colatur, horrescit & syluescit, sic & animus spirituali doctrina defectus, spinas & tribulos producit. Nam si nos, qui quotidie Apostolorum & Prophetarum auscultationi intendimus, & assiduas incantationes de sacris scripturis desumptas, affectionibus nostris occinimus, vix tamen excandescentem animam continemus, vix iram frenamus, vix inuidiæ tabẽ eiicimus, vix sedamus concupiscentiam, vix impudentes feras coërcemus: Quam spem salutis habebũt illi, qui hac medicina non vtuntur, neq; diuinæ doctrinæ auscultant? Multi semel in anno mysteriorum fiunt participes, alij bis, alij crebro. Quos igitur de his probabimus? eos qui semel? an qui crebro? an qui rarius? neque qui semel, neque qui crebro, neque qui raro: Verum eos, qui cum pura conscientia, cum puro corde, irre-

Pugna quotidiana.

Cõmunicare semel aut sæpius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſreprehenſibili vita. Huiuſmodi qui ſunt, ſemper accedant: qui minus, ne ſemel quidem. Iudicium enim ſibi ipſi accipiunt atque damnationem. Vt enim alimentum natura alendi vim habens, ſi in eum, qui male concoquit, incidat, omnia deſtruit atque corrumpit, & morbi occaſionem præbet: Ita ſanè & horrenda illa myſteria. Menſa ſpirituali frueris, menſa Regia, & rurſus luto te inquinas? corpus vnguento vngis, & rurſus id graueolentia reples? Putas tibi ſufficere ad peccatorũ vniuerſi temporis purgationem, ſi anno vertente communionis particeps fias, & rurſus poſt ſeptimum diem ad priora te refers? Age, dic mihi: Si cum à diuturno morbo ad quadrageſimum diem valuiſſes, ad illas res, ex quibus morbum contraxeras, te rurſum referres, nónne & priorem laborem perderes? Quod ſi mouentur naturalia, multò magis ſpiritualia, vel vt exacte dicam, ea quæ ſelectionis & arbitrij noſtri ſunt. Ac ſiquidem corpus oleat, ne communibus quidem cibis veſcitur.

Cõmunicare indigne.

Tanta vero graueolentia in animo cum ſit, myſteriorum particeps eſſe audes. Dic mihi, quam veniã conſequêris? Ait enim diuinus Apoſtolus: Qui manducat & bibit indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini, hoc eſt, eandem pœnam dabit, quod ſupplicium luent ij, qui Chriſtum cruci affixerunt. Quemadmodum enim illi iugulatores rei ſunt, ita & hi, qui indigne myſteriis participant. Sicut enim, ſiue quis diſrumpat Regiam purpuram, ſiue luto contaminet, ex æquo contumelia Regem, qui eã induit, affecerit: Ita hic quoq;, & qui peremerĩt corpus Domini, & qui impuro animo id acceperĩt, iuxta ludibrio habẽt regiũ indumẽtum. Ac Iudæi quidẽ cruce id diſruperunt: qui vero impuro animo accipit, contaminat. Quocirca etſi diuerſa peccata ſunt, at par cõtumelia. Hoc multos pupugit, hoc multos perturbauit, momordit audientiũ conſcientiam. Imò vero nõ modo audientium, ſed & meam ipſius, qui dico prius, quàm veſtrã. Communis enim hæc doctrina eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Communia vulnera, eoq; communia medicamenta appono. Hoc diuinæ benignitatis opus extitit, vt & qui dicit, & qui audit, iisdem legibus subiaceant, eadem natura participent, ex æquo obnoxius sit quisquis transgreditur. Quamobrem? vt moderate increpet, vt pronus sit ad ignoscendum peccantibus, vt in memoriam imbecillitatem suam reuocans, ne intolerabiliter corripiat. Si quem igitur ex iis qui tecū congregantur, scortantem & ad mysteria accedentem videris, dic eorum dispensatori: Iste mysteriis indignus est, prohibe prophanum sacris. Nam si talis dignus non est, qui iusta facta dei enarret, cogita, quantopere augescet illi supplicium, si sacram etiam mensam attingat. Neq; vero ipsi tantum, sed tibi etiam præumbrāti. Neq; enim dixit: Et adulterium patrabas. Sed: Cum adulteris portionem tuam ponebas. Papè, quātum malum est occultare aliorum putredines. Sociū enim te ait esse supplicij, quod illi delicto debetur, & merito. Ille enim affectionem dicere habet, tametsi non meretur veniam hic prætextus: Tu vero ne hoc quidem habes. Quam igitur ob causam, cū voluptate non fruaris, pœnæ te facis socium & participem? Sed quoniam acrius eos, qui indigne diuinis mysteriis participāt, pupugimus, operæ precium est, vt ad vos quoque, qui ministratis, sermonem deinceps cōuertamus: vt multo cū studio dona hæc dispensetis. Neq; enim parua vobis pœna impendet. Nam si sciētes aliquē esse improbum, hac mēsa participare eum permittatis, sanguis eius è manib⁹ vestris exquiret. Siue is dux exercitus, siue præfectus equitū sit, siue ille ipse, qui diademate circūdatus est, si indigne accedat, prohibe. Maiorem dominū habes, caue ne irites dominum tuū, non expurgans corpus huius. Ne gladium alimenti loco porrigas. Verū, etiamsi ille imbecillitate adductus venit, vt accipiat, prohibere ne metuas: metue dominū Deum, nō hominē. Si hominem metueris, & ab ipso irrideberis, & illum iritabis: Sin deum & hominibus venerandus eris, & deo charus.

Communicare cū indignis.

Ne detur communio indignis.

Quòd

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quòd ſi ipſe nõ audes, ad me adduc. Non patiar eum hæc audere: anima deficiar prius, q̃ ſanguinem domini præter dignitatem porrigam, & meum ipſius ſanguinem profundam prius, quàm ſanguinem tam tremendum, ſecus q̃ cõuenit porrigam. Melius eſt enim multo vita priuari propter deum, quàm propter vitã ipſo deo. Quem decet gloria, imperium, honor, et adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

ORATIO SECVNDA,

DE DIVITIIS ET PAVPERTATE.



VIm indigne quempiã diuitem eſſe videris, ne beatum iudices, ne dignũ æmulatione putes, ne condemnes dei prouidentiam, ne arbitrare caſu atque temerè ferri præſentia. Recordare Lazari & diuitis, quomodo hic quidem ad ſummum opulentiæ ac luxuriæ prouectus eſt, cum eſſet acerbus, immitis, immanis, & quibuſuis canibus efferatior. Siquidem illi miſerabantur & curabant paurem, non ſegniter lambẽtes vlcera, quæ totum corpus illius oppleuerant: Iſte vero ne micas quidem ipſi porrigebat. Porro pauper ille, reuera diues, reuera copioſus, in extremam paupertatem decidit, & neceſſario etiam alimento deficiebatur, & cum morbo ac fame continua colluctabatur. Atque ille quidem plura quàm vſus poſtularet, habebat: Hic vero ne modicis quidem potiebatur, ſed tamẽ nõ grauate tulit, nõ incuſauit deum, nõ queſtus eſt de prouidentia. Quàm abſurdum igitur eſt, illos quidem ipſos, qui malo afficiuntur, ita de omnibus domino gratias agere, te vero extra certamina poſitum, de his deo cõuitiari, quę alii gratis animis perferunt? Nã ſi is, cui aduerſi quid accidit, verbum aliquod graue & odioſum dicat, etſi non tantam, quantam alius, ſed tamen minorem duntaxat veniam conſequitur. At qui extra res aduerſas poſitus ipſe, aliorum cauſa animam ſuam it perditũ,

Lazarus felicior, diuite.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quanam is venia dignus fuerit, qui de his deo conuitietur, de quibus is ipse, q̃ malo afficitur, gratias agit, nec vsquã cessat eũ laudibus extollere? Quã enim ob rẽ, ô homo, eiusmodi tibi videntur diuitię, quas oporteat magno studio consectari? propter voluptatẽ sanè eam, quæ ex mensis percipitur, propter honorẽ, propter satellitiũ eorum, qui ob hæc te colunt, & vt eos qui tibi molesti sunt, vlciscare, lisq̃ oĩbus formidabilis. Neq̃ enim alias causas habes dicere, præter voluptatem, adulationẽ, metũ, & vltionem. Neq̃ enim sapientiorem, neq̃ temperantiorẽ diuitię reddere solẽt: non commodũ, non benignum: nõ vllam aliã virtutis partem in animũ inducere & inserere. Nec potes dicere, propter horum aliquid eas te consectari atque desiderare. Non solum enim nõ norunt quippiam horũ bonorũ inserere, aut excolere, verũ etiã si reposita repererint, contaminãt & perimũt. Quædã vero etiã reuellunt, & cõtraria pro his inducunt. Sed nõ dicam de his. Nam quos hic morbus cepit, non sustinent audire, accusari se & argui, toti voluptati addicti, atque ob id serui ipsius facti. Propter hoc igitur, dic mihi, diuitiæ nobis desiderabiles, ac de quibus conflictari conueniat, videntur esse, q̃d grauissimas in nobis affectiones alunt, iram ad opus excitantes, & insani gloriæ studii ampullas maiorem in modũ attollentes, & ad vecordiam exuscitãtes? Quin ob hoc maxime obstinate fugiendæ sunt, quod feras quasdã immanes et asperas in animũ nostrum deducunt, per quas eo quidem honore, qui ab omnibus defertur, priuant: Ei vero aduersum coloribus illius illinunt, atque ita deceptis offerunt, persuadentq̃ hunc illo maiorem esse, cũ non sit natura, sed in speciem potius esse videatur. Quemadmodum enim meretricãtium mulierum formæ fricationibus & fucis compositæ, pulchritudine quidem ipsa carent, verum turpem ac deformem faciem, pulchram & formosam seductis ab illa videri faciunt, ita diuitiæ quoque contemptum honoris loco habendum exhibent.

Diuitiæ nõ sunt colendæ.

Diuitiæ habentẽ reddũt peiorẽ.

Ne enim

Ne enim eas mihi acclamationes, quæ in propatulo propter metum & assentationem fiunt, intueare, sed conscientiam cuiusque ex iis, qui sic adulantur, explica, & videbis intus innumerabiles accusatores, qui contra te vociferantur, teq; magis, quàm qui maxime inimici hostesq; sunt, auersantur & oderunt. *Adulatio ad diuites.*

Quòd si quando personam istam ex metu compositam, rerum cõmutatio superueniens è conspectu subduxerit & redarguerit, sicuti facies illas sol radio calidiori immisso, tunc probe cernes, superiori tempore infra omnes te fuisse contemptissimũ apud eos, qui te colebant, & honorem tibi haberi te putauisse ab iis, qui te in primis oderant, et in extremis calamitatibus videri cupiebant. Quare nõ errauerit quisquam, si diuitias improbum seruum vocet, seruũ sanguinuorum, seruum homicidam, seruum cæde domino gratiam referentem, et quod grauius est, non tunc modo, cum ipsum reliquerit, in pericula coniicit, verum etiam priusquam reliquerit, tumultus ipsi atque turbationes ciet. *Diuitiæ malo seruo cõparantur.*

Enimuero, quis Eutropio fuit sublimior? nónne vniuersum orbem terrarum diuitiis anteibat? nónne ad ipsa honorum fastigia euaserat? nónne omnes eum tremebant & formidabant? Ecce autem ipsis etiam nexis in carcere factus est miserior, & seruis miserabilior, & fame tabescentibus mendicis indigentior, & quotidie gladios exacutos cernens, & barathrum, & carnifices, & abductionem ad necem, ne nouit quidem, an vnquam in illa voluptate fuerit, ne radium quidem ipsum Solis sentit, sed meridie medio, quasi densissima nocte circunseptus, ita visu orbatus est. *Eutropius ex diuite factus miserrimus.*

Quin si maxime contendamus, non poterimus verbis assequi dolorẽ, quantũ sustinere eũ consentaneũ est, indies, vt capite plectatur, expectantem. Buxeum enim vultũ eius video, nihiloq; melius affectũ, q̃ qui semel iã nũc emortuus sit. Iam crepitus et stridor dentium, totiusq; corporis tremor ipsi adest, & vox interrupta, & facies, qualem lapideam illam animã habere par est.

Dice-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fugitiuæ diuitiæ.

Dicebam ne tibi assiduo, fugitiuas esse diuitias? Tu vero nos non ferebas. Dicebamne improbum seruum eas esse? tu vero nolebas credere, en è rebus ipsis experientia monstrauit, non solum fugitiuas & improbas esse, verumetiam homicidas. Hæ nanque te nunc tremere & formidare fecerũt. Dicebamne tibi? tum assiduo vera dicentem me increpares, quòd ego plus adulatoribus te diligam? ego obiurgans obse-
Psa.27. quentibus magis curem. Addebam ne his verbis? fide digniora esse vulnera amicorum, quàm inuoluntaria oscula inimicorum. Si mea vulnera pertulisses, oscula illorum mortem istam tibi non peperissent. Mea nanque vulnera sanitatem præstãt, illorum vero oscula insanabilem morbum effecerunt. Vnde nam hoc? ex eo q̃ humanarum rerum mutationes non cogitabas. Nam si metuisses mutationem, nõ subiuisses mutationem. Sed quoniã neque per te ipse, neq; ab aliis fiebas melior, propterea periculum eorũ, quæ verbis dicebantur, re ipsa feciſti.

Male vti diuitiis.

Si dico q̃ diuitiæ eos, qui ipsis male vtuntur, produnt, & venit tempus rei veritatem ostendẽs, cur eas detines, quæ in aduersis nihil prosunt? Si vires habẽt, adsint tibi cum in necessitatem incideris. Quòd si tũc fugiunt, quid opus eis habes? Hæc dico, neque dicere desinam, quamuis multi nobis succenseant. Semper dicit, Inhæret diuitibus. Enimuero & illi semper inhærẽt pauperibus. Ego vero inhæreo diuitibus, imò non diuitibus, verum iis, qui diuitiis male vtuntur.

Aliud dives, aliud prædo.

Semper dico, non diuitem traducens, sed prędonẽ. Aliud diues, aliud prædo, distingue res, & ne confundas, quæ impermixta sunt. Diues es, non veto. Prædo es, accuso. Habes tua, fruere. Aufers aliena, nõ taceo. Vis me lapidare? paratus sum & sanguinem profundere. Modo vt peccatum tuum prohibeam, nõ est mihi curæ odium, non bellum. Vnum mihi curæ est, vt proficiant audientes: Et pauperes mei filii, & diuites mei filii sunt. Idem vterus vtrosq̃ parturiuit, eædem parturitiones vtrosque pepererũt. Lapidet qui vult,

Boni pastoris animus

ode-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oderit qui vult, infidietur qui vult. Pignora coronarum sunt mihi insidiæ, & numerus præmiorum vulnera. Non metuo insidias, vnum tantummodo metuo, peccatum. Modo ne quis me peccantem arguat, vel orbis terrarū aduersum me bellum gerat. Videtis humanarum rerum vilitatem? Videtis imbecillitatem potentiæ? videtis diuitias, quas semper fugitiuas appellaui, non solum fugitiuas, verumetiam homicidas? neque enim habentes se deserunt, sed iugulant: vbi quis eas colit, ibi maxime eum produnt. Quare colis diuitias, quę nunquam cōtineri possunt? vis eas continere? ne defodias, sed da in manus pauperum. Feræ sunt diuitiæ, si contineantur, fugiūt: si spargantur, manent. Sparge, vt maneant. Ne defodias, vt ne fugiant. Vbi sunt diuitiæ, libenter eos, qui decesserunt, rogarem, vbi diuitiæ? Hoc autem dico, non exprobrans. Absit, ne refricans vlcera. Sed ex aliorum naufragiis vobis portum parans. Etenim qui hodie dives est, cras pauper fuerit. Eoq; sæpenumero risi testamenta legens dicentia: Dominium quidem agrorum, vel domus ille habeto, vsum vero alius. Omnes vsum habemus, dominiam nemo. Quamuis enim toto vitæ tempore penes nos maneant diuitiæ, nullam mutationem admittentes, volentes nolentes morientes aliis eas concedemus, vsu quidē earum fruiti, eoq; solo, non etiam dominio, sed nudi vacuiq; ad illam vitam demigrabimus. Vnde planum fit, illos dominium habere, qui & vsum earum contempserint, & fruitionem deriserint. Quanam igitur de causa diuitias appetendas esse putas, eosq; qui eas possident, beas & admiraris?

Diuitiæ vt homicidæ sunt.

Vsus diuitiarū nō dominium est

Quonam vero differt dives à paupere? Nōne vnū & ipse corpus vestit? non vnum ventrem alit? Cur autem seruos multos habes? Nam vt in vestimentis vsum modo consectari oportet, itemq; in mensa, sic & in seruis. Etenim vno solo seruo vnum dominum vti oportebat. Quod si graue hoc est, cogita eos qui nullum habent, & expeditiori tamen famulatu fruuntur.

Dives à paupere qūo differt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur. Propterea nanque & manus dedit nobis Deus & pedes, vt ne seruis indigeamus.

Multitudo seruorũ ad quid.

Neque enim necessitatis causa seruorum genus inductum est. Etenim cum Adam seruus quoque conformatus fuisset: verum peccati & inobedientiæ pœna hæc est, atque coërtio. Quòd si maxime necessariũ sit seruum habere, at vnicum, aut alterum duntaxat. Nam quid tibi vult multitudo seruorum, & insolenter incedendo obuios in foro submouere? An enim inter feras ambulas, q̃ obuios abigis? Ne metuas, neq̃ mo mordet eorum, qui adeunt, & prope te incedunt. At enim contumeliã ducis, pariter cum omnibus incedere. Quanta vero hæc amentia est?

ORATIO TERTIA,

DE INGLVVIE ET EBRIETATE.

VItis videamus, quam voluptatem, quemq̃ honorem habeãt diuitiæ: mensas diuitum atque pauperum expendamus, rogemusq̃ eos qui edũt, quinam sint maxime, qui pura & germana voluptate perfruantur, ii ne qui ad dimidiatum diem in stragulis accubantes, cœnas prandiis

Cœnas prãdiis coniungere.

coniungunt, et ventrem disrumpunt, & sensus obtundunt, & immodico eduliorum pondere nauem, ita vt exhauriri non possit, obruunt, & quasi in naufragio corporis eam demergunt, & pedicas, manicas, atque linguæ vincula excogitant, totumq̃ corpus adstringunt vinculis, ferrea catena grauioribus, ebrietatis inquam & luxuriæ, & neque verum ac syncerũ somnum capiũt, neq̃ à terribilibus insomniis liberi sunt, insanientibus miseriores, & vltro dæmonem animæ suæ adsciscunt, & risus ludusq̃ caueæ seruorum propositi neminem eorum qui adsunt, cognoscunt, et neque loqui, neque audire queũt, sed inter manus à stragulis in lectum deferuntur: An sobrii & vigilãtes, &

Sobrietas.

qui modũ necessitate finiunt, maximumq̃ condimentum,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum, famem & sitim habent? Nihil enim adeo voluptatem & sanitatem facit, vt si cum quis esurit ac sitit, tum demum ea quæ proponuntur attingat, satietatemq; sola necessitate metiatur, neque maius viribus onus corpori imponat. Quod si orationi meæ fidem nõ habes, contemplare vtrorumq; corpora, et animũ vniuscuiusque, nõne moderatè quidem edentiũ, corpora robusta sunt, sensusq; expedite admodũ munus suum explent? Illorum vero flaccida & quauis cæra molliora, et morborum examinibus obsessa? Etenim pedum dolores celeriter eos inuolãt, tremorq; intempestiuus & immaturum senium, & dolor capitis, & distensiones, & oris contortiones & appetituum extinctiones, assiduisq; medicis, & cõtinuis medicinis, quotidianaq; curatione indigent. Hæc ne igitur voluptatis sunt, dic mihi? Quisnam hoc dixerit eorũ, qui, quid sit voluptas, norũt? Tunc enim voluptas fit, cũ est fruitio præcendente concupiscẽtia. Etenim si fruitio quidem sit, concupiscentia vero nulla extet, perit voluptas omnis, & euanescit. Et quemadmodum nauis, quæ maiorem, q̃ pro modo suo, mercium vim receperit, oneris magnitudine depressa, submergitur, ita et animꝰ et corporis nostri natura, si plus alimẽti, q̃ pro virtute sua, acceperit, obruitur, & pondus mercium, non ferens, in profundũ internecionis demergitur, nautasq; & gubernatorem, & proretam, & nauigantes, & ipsum denique onus, cum omnibus perdit. Quemadmodũ igitur in illis nauibus, quæ ita constitutę sunt, nõ maris tranquillitas, nõ scientia gubernatoris, non multitudo nautarũ, non apparatus cõmoditas, non tempus anni opportunum, nõ aliud quicquã ita fluctuantẽ nauem iuuat: ita et iis, qui luxu affluũt, vsu venit: non doctrina, non exhortatio, non institutio, non consilium, non metus futurorum, nõ pudor, non eorum qui adsunt reprehensio, non aliud quicquam denique seruare animum ita fluctuantem potest: verum & ad hanc præsentem vitam inutilis est huiusmodi, & ad omne opus bonum reprobus.

Differunt corpora sobriorum & ebriorum.

Quid voluptas.

Similitudo.

Hinc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vnde morbi.

Hinc & non aliunde grauibus & insanabilibus morbis capiuntur ii, qui in perpetua luxuria viuunt, quique ob id in hanc vitam productos se esse arbitrantur, vt cum luxuriæ indulserint, ventremq; disrupserint, ita saginato corpore decedãt, lautiorem mensam è suis carnibus vermi instruentes: Etenim tremoribus, liquefactioni, tabi, grauedinibus, pedum doloribus, & aliis compluribus, quæ medicorum filii vsurpant, fiunt obnoxii: venenatis medicamentis nihilo melius constituentur mensæ huiuscemodi. Imò vero, si vere dicendum est, multo deterius. Nam illa quidẽ subito eum à quo sunt accepta, sustulerunt, mortemq; sine sensu aduexerũt, ita vt ne hoc ipsum quidem molestia morientem affecerit. Istæ vero vitam innumerabilibus mortibus grauiorem, iis, qui ipsas magni faciunt, afferunt: atque alii quidem morbi multos habent condolentes: Qui vero è luxuria & ebrietate acciderunt, non patiuntur intuentes, ne si velint quidẽ, iis, qui ab ipsis capti sunt, cõdolere: sed mali quidem exuberãtia flectit ad misericordiam, morbi vero causa scientem exacerbat. Neque enim à natura, quemadmodum illic, læsi sunt, neque ab hominibus insidiis appetiti, sed ipsi sibi horum morborum opifices extiterunt, vltro sese in præcipitium malorum proiicientes. Non ita scorpius aut serpens in visceribus cuiusquam insidẽs, quoquo versum inficit, vt luxuriæ concupiscentia omnia peruertit atque perdit. Feris enim illis ad corpus duntaxat procedunt insidiæ: Ista vero cum insederit, cum corpore animũ item perdit. Omnium ergo pernicies ista res est, extremumq; deridiculum, vos ipsos sanitati corporis vestri non parcere. Non dico vt victus asperitati vos detis, si ipsi nolueritis. Quod superfluum est, tollamus: Quod extra necessitatem, amputemus. Quam enim meremur veniã, cum alii ne necessariarum quidem rerum compotes, cum sint domini, nos autem vltra necessitatem affluentes, iter faciamus? Non videtis cum quibus nobis lucta est? cum incorporeis potestatibus. Quonam igi-

Luxuriosæ mensæ, vt venena sũt & peiores.

Non condoletur luxu ægrotantibus.

Lucta cum dæmonib9.

tur

tur pacto, caro cum simus, eos superabimus? Nam si, qui cum hominibus luctatur, temperanter edat necesse esse, longe magis qui cum dæmonibus. Cum autẽ ad corpulentiã diuitiis insuper fuerimus astricti, qua vi vincemus aduersarios? Nam vt in cithara cum soni fuerint teneri mollesq; , & non bene intenti, artis quoq; præstantia succiditur, neruorumq; vitio seruire cogitur: Ita et in corpore, cum id multã curationem à nobis indeptũ fuerit, acerbam seruitutẽ animus perfert. Ne igitur saginemus corpus, neq; iners id atq; laxum luxuria reddamus: Non dico vt parco atq; aspero victu nos ipsi extenuemus, sed vt tantum cibi sumamus, quantũ & voluptatem habeat, veram inquã voluptatẽ, & alere corpus, & obsequẽs nobis aptũq; ad functiones animi exhibere possit. Nam si qui defecatum vinũ bibunt, reprehensione non carent, quid dicemus ad eos, qui maritimis itineribus peregre ad comportandũ vinum mittunt, quiq; oĩa mouent, ne quod vitis genus ipsos lateat? quasi rationẽ reposcendi sint, aut ad extrema supplicia condemnãdi, nisi omne vini genus importauerint. Revera nihil ita amicũ est dæmoni, vt luxuria atq; edacitas. Quid enim non mali facit luxuria? porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores. Nam porcus quidẽ in luto voluitatur, et stercore pascitur: Iste vero abominabiliore, q̃ illa mensa vescitur, illicitos concubitus excogitãs, & exleges amores. Talis nihil differt à limphato: Ac limphatũ quidẽ miseramur, istum vero auersamur et odimus. Quamobrẽ? quoniã vltroneam sibi insaniã attrahit, & os, oculos, nares, & oĩa prorsus membra peccati cloacas efficit. Quod si interiora quoq; inspicias, videas & animũ ipsum tanq̃ in hyeme & algore gelatũ atq; torpentem: ita, vt ne scapham quidẽ propter hyemis magnitudinem seruare possit. Nam qui ebrietati & ingluuiei mãcipio addicti sunt, neq; somnũ verũ & syncerũ capiũt, neq; à terribilibus insomniis liberi sunt. Quoniã igitur modo absurdũ nõ est, expertes quidẽ rationis animantes nihil vltra necessi-

Similitudo.

Sobrietas inuicto.

Mala luxuriæ & edacitatis.

Absurda res ebrietas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem quærere, homines vero præditos ratione, & imagine dei honoratos, illis etiam minus compotes ratione fieri, mediocritatis fines prętergredientes? Quanto enim melior huiusmodi hominibus asinus est? quanto melior canis? Nam hi quidem siue edendum est, siue bibendum, finem norunt, id quod satis est, neque vltra necessitatem progrediuntur: etiamsi innumerabiles sæpe cogant, nõ sustinent modum excedere. Isti vero his etiam detestabiliores se esse iudicarunt. Quam multa ab ebrietate hominibus mala accidant, pudet me dicere: sed ipsorũ relinquo conscientiæ, vt quæ exactius ea cognita habeat. Quid enim turpius ebrio temereq; vagãte, & graue illud naufragium perferente, ac dei dona stultorũ conuitiis exponente? Multos enim cum hæ affectiones acciderint, dicere audio: Ne sit vinum, ô amentiã, ô stuporem, aliis peccãtibus dona dei incusas? an enim vinũ, ô homo, malum illud fecit? nõ vinum, verũ intemperantia male vtentiũ. Dic igitur: Ne sit ebrietas, ne sit luxuria. Quod si dicis, ne sit vinum, dices sensim progrediẽs, ne sit ferrũ, propter homicidas: ne sit nox, propter fures: ne sit lux, propter calũniatores: ne sit mulier, propter scortationes: et oẽs res deniq; subuertes. Ne vinũ insimules, verũ ebrietatẽ, et eũ q̃ bono male vsus est, & sobriũ eum nactus describe cunctã ipsius turpitudinẽ, & dic ipsi: Vinũ datũ est, vt exhilaremur, nõ vt turpiter nos demus: vt rideamus, nõ vt rideamur: vt sani simus, nõ vt ægrotemus: vt imbecillitatẽ corporis corrigamus, nõ vt animi vires deiiciam⁹. Honorauit te deus hoc dono, cur te ipse cõtumelia per immoderantiã afficis? Nam qui in ebrietate & intemperantia viuunt, iis in noctis tenebras dies conuertitur, nõ quod sol extinguatur, sed quod ipsorũ ratio ebrietate obscuretur. Qui se ebrietati tradunt, quanto magis merum sibi infuderint, tanto maiore siti inardescunt, semperq; hausti o sitis fit fomes, & voluptas quidem deinceps restincta est, sitis vero facta insedabilis, in ipsum ebrietatis præcipitiũ deducit eos, quos captiuos

Asinus aut canis melior ebrio.

Non vsus sed abusus accusatur.

Reprehẽsio ad ebrium quando sobrius est.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uos egit. Hinc vel maxime ſtupeſcat quis amentiam eorū, q ebrietati addicti ſunt, q ne tātū quidē iſti ſibi ipſis parcere volunt, quantū alii parcunt vtribus. Nā hos quidē vini venditores nō patiūtur plus æquo capere, vt ne rumpantur: Iſti vero miſerum ventrem ne hac quidē prouiſione dignantur: Sed cum eū impleuerint ac diſruperint vſq ad aures, vſq ad nares, vſq ad fauces ipſas replent oīa, per anguſtum meatū ſpiritui, quæ vis animal gubernat, inde cōparantes. An enim ob hoc fauces tibi datæ ſunt, vt eas vſq ad extremū oris putrido vino aliaq labe expleas? Nō ob hoc, ſed vt ſacras preces ſurſum ad deum mittas, ac diuinas leges legas, proximisq conducibilia des conſilia: Neq enim ita vis rapidorū fluminū ripas exedere ſolet ac demoliri, vt luxuria delitiæq oēs ſanitatis noſtræ munitiones facile ſubuertunt. Etenim cū auiditate eſcis inhiare, & corporis vires incidit, & animi fortitudinem deprimit & relaxat. Neq hoc ſolum luxuria affluenti incōmodū accidit, q diſtringitur, & ventrem ſuū diſrumpit, & corporis pariter atq animi ſanitatē ſuccidit: ſed etiā illud, q celerius perfluit & peruadit, & nc vnū quidē diem id, qd ingeſtū eſt, continere poteſt, ſed eo diffluato, alia rurſus iniicere cogitur. Enimuero nō edere malū eſt: abſit, verū edacitas, & vltra neceſſitatē implere ventrem ac diſrumpere. Quemadmodum neq moderato vino vti malum eſt, ſed ebrietati ſeſe dedere, & iudiciū rationis per intemperantiā euertere. Eiuſmodi enim corpori nos implicauit dominus, quod aliter nequit conſiſtere, niſi ſit alimenti particeps: Intemperātia modo recidatur: hoc enim ad ſanitatē eius & bonā habitudinē plurimum cōducit, & obſequens nobis aptumq ad functiones mandatorum Chriſti præſtat, vt & præſentē vitam expedite pertranſeamus, & futuris bonis potiamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria & imperium vnà cum patre & ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IOANNIS CHRYSOST.

ORATIO QVARTA,

DE ADVERSA VALETVDINE.

Quãta fuit infirmitas Iob.

CVm in aduerſam valetudinem incideris, ô homo, recordare corporis Iobi, & ſanctæ illius carnis: ſancta enim erat & pura. Nam quis ita ægrotauit vnquam? quis tantã plagam accepit? alterumve qui acceperit, vidit? Non eſt quiſquam, non eſt. Paulatim corpus eius conſumebatur, & vermium fontem ipſi è membris vndique excaturiebat, eratq; perennis hic affluxus, & multus vndequaque fœtor, & corpus paulatim fathiſcens, taliq; liqueſcens putredine, inſuaues cibos reddebat: & erat ipſi fames peregrina & inaudita. Neque enim oblatis alimentis veſci poterat. Crepitum enim, inquit, inteſtinorũ video cibos meos. Verum ſufficientem hic habebat conſolationem & exhortationem, inquis, q̃ ſciret â deo hæc ſibi induci. Imò hoc maxime perturbabat & commouebat hominẽ, q̃ iuſtum deum, quiq; â ſe omnimodo ſtetiſſet, putabat ſibi infeſtum eſſe, neque vllam probabilem cauſam eorũ, quę fiebant, poterat inuenire. Quod ſi hoc ſufficere ad conſolationem putas, poteris ſanè & ipſe hancce conſolationem habere. Quamuis enim non propter deum aduerſi quicquã patiaris, ſed ex hominum læſione, gratias ages, neq; cõuitiaberis ei, qui poteſt quidem prohibere, ſed permittit tamen probationis tuæ gratia: Quemadmodum qui propter deum paſſi ſunt, coronãtur, ita & tu eandem mercedem conſequêris, quod ab hominibus oblata incommoda generoſe tuliſti, et ei, qui poterat quidem, ſed noluit prohibere, gratias egiſti.

Cur Deus bonos ægrotare permittit.

Neque enim bonus quiſpiam ſine peccato eſt, neque malus quiſpiam ſine iuſtitia: Vtriuſque autem compenſatio, & remuneratio eſt. Si quis iuſtus & mali quid egerit, & ægrotauerit, & ſupplicio addictus ſit, ne cõmoueare, ſed dicito: Hic iuſtus paulum quid mali

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mali fecit aliquando, & recipit hic, vt ne illic puniatur. Rursum si videas peccatorẽ rapientem, oĩa superiora habentem, prosperitate fruentem, cũ innumerabilia mala faciat, ne ita quidẽ cõmoueare, sed dicito: Hic peccator, qui innumerabilia mala perpetrat, boni quippiam fecit aliquando, & recipit hic bona, vt ne illic mercedem repetat. Hoc autem & in Lazaro est videre, quoniã contigit, vt & ille peccata quæpiã, & diues rursus boni quid haberet. Audi quid dicat Abraham: Recepisti bona tua illic, & Lazarus mala sua. Qualia? egisti quid boni, recepisti pro eo diuitias, bonam valetudinem, delitias, potentiam, honorem, & nihil tibi debetur. Quid igitur Lazarus? Nihil ne peccauit? Sanè vero, propterea dicit: Et Lazarus mala sua. Cum enim tu bona tua recipiebas, tunc & Lazarus mala. Animaduerte autẽ quid dicam. Iob iustus erat, irreprehensibilis, verax, pius, & punitum est corpus eius hic, vt illic mercedem repeteret. Ait enim Deus ad eum: Sed puta me tibi fœneratum esse, vt iustus appareas. Num igitur peruertit sanctũ illum Iob vxoris consilium? Imò vero contrariũ magis fecit, maioremq; in modum eum confirmauit: ita, vt increparet etiam vxorem. Maluit enim dolere & affligi, & innumerabiles aduersitates pati, q̃ cum conuitio exitum ab huiusmodi malis vllum inuenire. Sed vulgus hominũ cum in aduersam valetudinẽ inciderint, conuitiantur ilico, & ærumnam quidẽ morbi sustinẽt, lucro vero, quod ex eo morbo per patientiam percepturi erant, fraudãtur. Quid facis ô homo? Benefactori & curatori, et defensori, & seruatori conuitiaris. Non sentis quod in præceps feraris, & in profundum extremi interitus temet ipse coniicias? Propterea nanq; diabolus innumerabiles aduersitates offert, vt in profundũ illud deducat: Ac siquidem conuitiantem te viderit, facile dolorẽ auget, maioremq; facit, vt cum pungeris, rursus fastigio replearis. Sin fortiter ferentem animaduerterit, & quo magis morbus intenditur, eo magis gratias agentẽ deo, abstinet

Exemplum de Lazaro & diuite.

Patientia Iob.

Impatiẽtia ægrotãtiũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Reprehẽsio impatientiæ.

confestim, velut temere,& frustra insidias tensurus deinceps. Quãnam ob rem indignaris ô homo? et conuitiaris,si in quippiam, quod displiceat, vnquã incideris? An enim si conuitieris, leuiorẽ morbum facis? Imò vero intendis ipsum, & multo grauiorẽ dolorẽ efficis. At non potes tacere,cũ à dolore pungeris? Verum tu pro cõuitio,gratias age,lauda,celebra deum. Nam si cõuitiaberis, tum dei auxilium propulsabis, tum diabolum acriorẽ cõtra te efficies. Quod si ages gratias,& improbi dæmonis insidias propulsabis,et curatoris dei curam ad te attrahes. At consuetudine lingua sæpenumero fertur incita, vt improbum verbum proloquatur. Verũ tu vbi feretur incita,priusquam verbum proferat, mordicus eam dentibus vndique vehementer constringe. Melius est,vt nunc sanguine perfluat,q̃ vt illa die guttam appetens,refocillationem consequi nõ possit: quemadmodũ in diuite. Præstat vt temporarium dolorem perferat,q̃ vt tunc perpetuo & æuo sempiterno frigatur. Cum igitur in grauem morbum incideris,et multi adfuerint,qui cogant,alii quidẽ incãtationibus,alii amuletis,alii porrô aliis quibusdã mitigare malum,tu vero propter timorẽ dei generoso & infracto aĩo tuleris, & oĩa pati malueris,q̃ vt eiusmodi quicq̃ facere sustineas. hoc tibi martyrii coronã affert. Et ne dubita: Quẽadmodũ enĩ ille tormẽtorũ cruciatus fert fortiter,vt ne adoret simulachrũ: ita & tu morbi dolores perfers,vt ne vllius rei ab illo indigeas,neque facias ea quæ imperat. At enim vehementiores illi sunt. Verũ hi diuturniores: Quocirca par exitus. Nam cũ febris ardor intus molestus est & vrit,tu vero aliis hortantibus incantationem refutas, nónne martyrii coronam induisti? Cum enim incantatores magna cum contumelia domo eieceris,omnes,qui audierint,laudabunt & admirabuntur,dicentq̃ ad se mutuo: Hic ægrotans cum innumerabilia orarent & hortarentur quidam, & magicis quibusdam incantationibus vti suaderent, non est assensus,sed dixit: Præstat sic mori,q̃ prodere pietatem.

Ne pellatur morbus incantationibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem. Quod si hic tantæ laudes sunt, cogita quantas illic coronas feres, cum præsentibus angelis et archangelis Christus transiens manu te apprehensum in medium theatrum illud producet, & omnibus audientibus dicet: Hic homo febri correptus aliquando, cum innumeri eũ hortarentur, vt è febri illa euaderet, propter nomen meum, & timorem mei, vt nulla in re offenderet, repulit ac despexit eos, qui se illo modo curaturos recipiebãt, maluitq; morbo emori, q̃ beneuolentiam erga me prodere. Nam si eos, qui se potarunt & cibarunt, & vestiuerunt, in medium producit, multo magis eos, qui propter se febres sustinere voluerunt. Neque enim par est, dare panem & vestimentũ, & morbum diuturnum sustinere. Sed longe hoc illo maius est: Ita & corona erit splẽdidior. Audiuisti quę de Lazaro dicta sunt, quomodo cum fame, morbo, solitudine, per omne tempus suum luctatus est, ita vt & vitã ipsam in vestibulo diuitis finiret, neglectus, esuriẽs, canibus esca expositus. Adeo nanque corpus ipsius debilitatum erat, vt ne abigere quidem posset canes inuadentes & vulnera lambentes. Sed tamen non quæsiuit incantatorem, non applicauit † folia, nõ magica mouit, non præstigiatores ad se vocauit, non quicquam aliud vetitum fecit: Sed maluit immori malis illis, quàm exiguam prodere pietatis partem. Quam igitur veniam nos habebimus, tantas aduersitates patiente illo & fortiter tolerante, si propter febrem aut propter vulnera veneficos præstigiatoresq; domos nostras accersamus? Multi enim fæpenumero ægrotant, sed necessario alimento non egent: Alii in extrema paupertate viuunt, sed bona valetudine fruuntur. Lazarus vero ita erat infirmatus, vt ne canes quidẽ posset abigere, sed mortuus spirãs iacebat, inuadentes quidẽ eos cemẽs, sed arcere nõ valens: Ita ipsi membra debilitata erant, ita liquescebãt aduersa valetudine, ita cõsumebãtur tẽtatione. Quod si per seorũ quoduis intolerabile et acerbũ est, quãdo simul

Laudatur in cœlo, qui patienter fert cruciatus morbi.

Lazari patientia in ægritudine

† μίτοδας

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

coniuncta sunt, quomodo nõ adamas quispiam erat, qui ea sustinebat? Nam si in solitudine & inhabitabili positus hæc pateretur, & negligeretur, non doleret id quidem fortasse, & inuitum ferre suaderent ea, quę acciderent. In medio autem hominũ, & eorũ quidem genialiter viuentium iacentem, nulla, ne vulgari quidem cura dignari, acriorem faciebat malorũ sensum. Cogita quonam modo affici eum par erat cernentem parasitos, adulatores, descendẽtes, ascendentes, exeuntes, introeuntes, tumultuantes, temulentos. Nos quidem certe etiam si innumerabiles aduersitates patiamur, habemus tamen intuentes in illum, vnde abunde consolationis accipiamus. Nam socios suorum malorum reperire, dolentibus multum affert solatii: ille vero neminem aliũ eadem secum passum videre potuit, quin etiam præsente hac vita res præsentes concludi putabat. Erat enim ex iis, qui fuerunt ante gratiam. Quod si nũc nostro seculo post tantã dei cognitionem et bonas spes resurrectionis, & pręparata iis, qui recte agũt, bona, tam pusillo quidam sunt animo, vt ne his quidem expectationibus corrigantur, quonam modo illum par fuit affici? Imitemur Lazarum & diuites & pauperes. Neq; enim vnum, aut duo, aut tria duntaxat, sed multo plura virtutis certamina sustinuit: Paupertatem: solitudinẽ opitulatorum: aduersam valetudinem: q̃ non duos tresue dies, verum per omnem vitã, & se in his, & diuitem in contrariis videbat: quod alium Lazarum intueri non habebat: q̃ nihil de resurrectione cõmentari poterat: q̃ cum prędictis malis malam etiam suspitionem apud vulgus hominũ ex illis calamitatibus sibi collegerat. Quam igitur defensionem habebimus, si, cum hic omnia simul aduersa tam fortiter tulerit, nos ne dimidium quidem eius feramus? Non enim habes ostendere, neque dicere alium quempiam, qui tam multa & talia passus sit. Propterea nanque ipsum Christus in medium proposuit, vt in quodcunque aduersitatis genus inciderimus, exuberantiam vltra id videntes, suffi-

Quãta fuit Lazari patientia.

Lazarus à Christo propositus in exemplum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

sufficientem ex illius philosophia, consolationem & recreationem accipiamus. Communis enim totius orbis terrarum magister proponit iis, quicũq; aduersi quid patiuntur, oĩbus intuendum ipsum exhibens, & omnia vincẽtem propriorum bonorũ exuberãtia. Etenim sapiẽtes medici putrida membra secturi, aut lapides meatibus inhærescentes extracturi, aut aliud quodpiam naturæ peccatum correcturi, non in angulum abducto ægroto id faciunt: Sed cum in medio foro eum proposuerint, theatrumq; ex prætereuntibus constituerint, ita demum sectionem adhibent. Atq; id faciunt, non quòd velint humanis miseriis insultare, sed vt eos, qui adspiciunt, in alienis corporibus doceant multam sanitatis suæ gerere prouidentiam. Cũ igitur videris iustum premi & vexari aduersa valetudine, & innumerabilibus aliis aduersitatibus præsentem vitam finire, dic ipsi, nisi esset resurrectio & iudicium, nequaquam Deus tanta mala passum, nullo bono fruitum, sineret hinc demigrare. Vnde planũ est, quod aliam ipsis vitam parauit præsente hac suauiorem, ac multo optabiliorem. Enimuero quanam id ratione consisteret, quod improbos multos præsentem hãc vitam in delitiis degere passus est, iustos vero multos in innumerabilibus reliquit malis, cum sit & appelletur iustus, noueritq; iustè cuiq; pro meritis gratiam referre: Quem decet omnis gloria, imperium, honos, & adoratio in secula seculorum, Amen.

Argumentum futuræ vitæ.

ORATIO QVINTA
DE ANIMA.



Vi bonis operibus nitent, fidem vero in Deum ignorant: similes esse videntur reliquiis mortuorum: quæ pulchrè quidem vestitæ sunt, sed sensum pulchrorum nullum habent. Nam quod operæ precium est homini, mortuam, & bonis operibus vestitam habere animam? Opera

Opera bona sine fide nõ prosunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpe præmij coronarumq; fiunt. Quod ſi non nouiſti præſidem certaminis, qua de re certas? Quemadmodum enim hominibus, prius eſt vt viuant, deinde vt nutriantur: ſic vitæ noſtræ præire ſpes in Chriſtum debet: Nutriri vero etiam bonis operibus eam oportet: Contingit enim ſæpenumero, vt is, qui non nutritur, viuat. Qui vero non viuit, ne nutritur quidē omnino. Et ſine fide quidem opera iuſtitiæ faciētem viuere, regnoq; dignatum eſſe oſtendere quenquā nō potes. Nemo enim ſine fide vixit. At vero latro, cum credidiſſet modo, iuſtus factus eſt. Ne enim mihi dixeris, eum vitæ inſtituēdæ tempus accommodatum non habuiſſe: Nam ſi fidei ſuperſtes fuiſſet opusq; neglexiſſet, ſalute excidiſſet. Habebat & Cornelius deeleēmoſynis & precibus teſtimonium, ſed Chriſtum non nouerat. Et quoniā cernebat oculus veritatis, ipſe magnus Iudex, pulchra quidem eſſe opera, ſed mortua fidem non habentia, mittit præmiū operibus parantem angelum, vt pulchre certantem, fide coronaret, quemadmodum ait ad ipſum: Corneli, preces tuę & eleēmoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in cōſpectu dei. Si igitur exauditæ ſunt preces, & ſuſceptę eleēmoſynæ: quid mihi reliq; eſt ad iuſtitiā? Sed mitte, inquit, Ioppen, & accerſe Simonem cognomento Petrū, qui cùm venerit, loquetur tibi verba, in quibus ſaluus fies tu & vniuerſa domus tua. Si igitur ex iis, quæ dicit Petrus, ſaluus ſit ipſe domusq; ipſius, nequaq; adhuc ex operibus ſalutem habebat, quoad fides operibus ipſius præmium parauit. Fertur etiā exterorum philoſophorum quiſpiam, ſplēdidam domum, multo auro ſplendentem, multoq; marmorum & columnarum ornatu coruſcantem, ingreſſus, quū & ſolium tapetibus inſtratum vbique cerneret, in faciem domini domus inſpuiſſe, deinde appellatus dixiſſe, propterea ſe faciem illius contumelia affeciſſe, quòd nuſquam alibi in domo illa id facere liceret. Vides q̄ ſit ridiculus, qui cultui exteriori nimio opere ſtudet, & apud omnes, qui mentis compotes ſunt, contem-

Latro in cruce.

Cornelius Centurio.

Vanitas in exteriori ſplendore.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contemptibilis? Et merito sanè: Nam quum parietes quidem & solium aliaq; omnia accuratè exornes, animam verò sordidatam, plenam vulneribus, ab innumerabilibus canibus laceratã, negligas, quod non supplicium expendes, dic mihi? Pecuniam enim si perdas, poteris dare pecuniam, si domum, si mãcipia, siue quid aliud de his quæ possides: animam vero si perdas, non poteris aliam animam reddere: verumetiam si mundum habeas vniuersum, etiam si rex sis orbis terrarum, vt quidem omnia quæ sunt in orbe terrarum, pariter cum ipso orbe terrarum conferas, non poteris emere vnam animam. Nam si in corpore vt sanè innumerabilibus diadematibus redimitus sis, corpus vero natura morbidũ & insanabile habeas, etiamsi regnum totum impenderis, non poteris corpus emendare, etiamsi innumerabilia corpora, & vrbes, & pecunias adieceris: Quãto id magis in anima? Omnia nobis duplicia dedit Deus, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes: vt si alterum horũ læsum sit, altero indigentiam solemur. Animam vero vnam nobis dedit: quã si perdiderimus, † quoniã Anima nanq; auaritia semel capta, non facile, nnq; expedite recusabit & facere & dicere quicquam, quod Deum irritet; quippe quæ alterius domini serua facta sit, & eius quidem omnia contra ac Deus imperantis. Anima quum semel salutem suam repudiauerit, nusquã desistit ab insania, sed habenis salutis suæ remissis, brutis cupiditatibus quoquouersum circũfertur, ita vt ab obuiã venientibus capi non possit, subterfugientibus omnibus, ac nemine audente retinere: sed omnia vitij loca percurrit, donec ad extrema interitus profunda delata, suam ipsius salutẽ det in præceps. Nam sicut sus in luto sese volutans delectatur, ita & anima praua consuetudine implicata, ne sentit quidẽ peccatorũ fœtorẽ: & vt terra non irrigata, etiã si quis innumerabilia semina iaciat, nõ potest spicas producere, ita & anima, nisi diuinis scripturis prius illustret, etiã si ꝙs innũerabilia verba effundat, non

Ne perdamus animã.

† *Ἡμεδόμεθα mutilũ verbum est, in Græco exẽplari variẽ cõsumpto.*

Anima peccatis effe-rata.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non potest fructum vllum exhibere: Et vt terra nisi seminetur & plantetur, herbam solam profert: ita & anima, vbi quid rerũ necessariarum quod agat, nõ habet: Cũ enim nihil agere prorsus nõ possit, agẽdi cupida, prauis negociis se dedit, Et sicut in corporib⁹ ij, qui vulnera negligunt, febres & putredines, & mortem sibi pariunt: ita & in animis, qui ad parua peccata conniuent, maiora inducunt. Propterea nobis è terra corpus dedit Deus, vt id etiam ad cœlum æducamus, non vt per id animam etiam in terram detrahamus. O rem mirandam: Quomodo omnes præsentibus rebus inhiant, & futurarum intelligentiam nunquam accipiunt, sed incorporeas quidem voluptates iugiter feruntur, animas vero fame liquescere sinũt: Et quum innumerabilia quotidie vulnera accipiant, nunquam sentiunt in quibus sint malis: Sed corpus quidem exquisita diligentia curant, animam vero negligunt squalentem & sordentem, & innumerabilibus affectionibus perturbatam: & quod grauius est, quod post multos sudores & labores, ne mortale quidem corpus hoc morte superius efficiunt, sed & immortalem illam cum mortali hoc æternis subiiciunt pœnis. Quocirca magnopere deplorans animis hominum circumfusam dementiam, crassamq; caliginem obtensam, vellem speculam aliquam excelsam inuenire, quæ mihi omnia genera hominum cernẽda subiiceret. Vellem autem & vocem indipisci, quæ ad extremos fines circumquaque personaret, & omnibus, qui super terram viuunt, sufficeret, & stare & vociferari, Dauidicaq; illa voce exclamare: Filij hominum quousque graui corde? Quam igitur defensionem habebimus, dic mihi? quam veniam? quum corporis quidem ægrotantis, vbi & argentum expendendum est, & medici accersendi, & dolor magnus perferendus, tantam curam habeamus, animam autem negligamus, præsertim neq; argentum expensuri, neq; negotium aliis exhibituri, neq; dolores subituri: sed absque his omnibus, selectione & voluntate sola corrigere

Ne parua contemnãtur peccata

Stulti corpus pluris faciunt q̃ animam.

Psal. 4.

Quãta demẽtia plus curamus corpus q̃ animam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gere noſipſi valentes,& exactè ſcientes, quod niſi id fecerimus,extremum luemus ſupplicium,& irrecuſabiles cruciatus atq; pœnas. Et quēadmodum qui carcerem inhabitant,ſemper quidem in anxietate ac doloribus ſunt,ſed maxime eo die,quo ſunt educēdi, & ad ipſas iudicantis fores ducendi, & ante cancellos ſtantes,iudicantisq; vocem intus audientes,metu ſuffocātur,& nihilo meliore ſunt ſpecie, quàm mortui: ſic & anima,& ipſo quidem peccati tempore maxime affligitur & premitur, ſed multo magis, quando hinc auulſa ad rationes illic reddendas, & ad terribile illud iudicium abduci debet. Propterea ſæpe refugit,& intro recedit,metuit,& exhorreſcit, cū è carne euolatura eſt. Tunc enim, ſiue quis rapuit,ſiue cupide quæſiuit, ſiue iniuſtè inimicus cuiuſquam fuit, ſiue quid aliud improbum deſignauit, vniuerſus peccatorum chorus renouatur, & oculis ſeſe offert,ſtatq; acerbus conſcientiæ accuſator. Ideo & immortalem animā nacti ſumus,& corpus erit immortale,vt infinitis bonis fruamur. Quod ſi terræ affixus fueris,quum cœleſtia proponantur,cogita quanta cō tumelia donantem afficias,quum ille quidem ſupera tibi porrigat, tu vero non magnam eorum rationem ducens, terram commutes cœleſtibus: Quæ vtinam oēs adipiſcamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,Cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum,Amen.

Grauior animæ q̄ corporis terror in iudicio.

Præferre animā corpori.

ORATIO SEXTA DE HVMILITATE.

CVm peccatum humilitati coniunctum fuerit,adeò expedite currit, vt iuſtitiā cum ſuperbia conſociatam tranſcēdat, & anteuertat: Quod ſi cū iuſtitia eam iunxeris,quo non pertinget? quos non tranſgredietur homines? Ad ipſum planè Regium ſolium in medio angelorum adſtabit magna

Quanta virtus humilitas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gna cum fiducia. Quòd si peccata sua fatentes, tantam sibi fiduciam comparant, quas non adipiscentur coronas ij, qui multorum bonorum sibi conscij, animum suum humiliant? Quapropter, vt innumerabilia desuper ędifices, vt eleëmosynam, vt preces, vt ieiunium, vt omnem virtutem: nisi hæc in fundamento prius substrata fuerit, omnia temere & frustra superstruentur. Nihil enim est, nihil, nostrorum recte factorum, quod absq; hac stare possit. Verumetiam si temperãtiam dicas, si virginitatem, si pecunię despicientiam, siue quidlibet aliud, omnia immũda, execrabilia, abominabilia sunt absente humilitate. Propterea nanq; ex duabus substantiis condidit nos Deus, vt cum insolentia quidem elatus fueris, carnis te vilitas reprimat: cum autem indignum quid, & alienum honore à Deo tibi dato cogitaueris, animi nobilitas ad cœlestium potestatum æmulationem te reducat.

Fundamentũ omnium virtutũ humilitas.

Noſce teipſum.

Magnum enim bonum est, cognationem propriam intueri, & nosse vnde constiterimus. Etenim sufficiens doctrina est, naturæ intuitus: quippe quæ possit omnes affectiones reprimere, trãquillitatemq; in animo facere. Reputa tecum naturam tuam & fabricã, & sufficit hoc tibi, vt perpetuo contraharis.

Adæ ſuperbia.

Fictus est Adam de terra, verum non nouit quomodo fictus sit. Non enim oportebat eorum quæ fiebant eum testem adesse, vt ne attolleretur animo aduersus Deum. Nam si tanta humilitate circumseptus attollitur, & ignorat eum qui se finxit, si is quod supra naturam est, accepisset, quisnam immoderatam eius superbiam capere potuisset. Propterea Deus cũ fingeret hominem, & potestates magnas figmento illi indidit, & humiliationes multas, vt per inditam quidem potestatem, admirationi esset opificis gratia: per humiliationem vero, spiritus humani reprimerentur. Dedit ei linguam loquentem, Deum laudantem, Diuina canentem, pulchritudines creaturæ interpretantem: Sermocinatur de cœlo terraq; parua caruncula, lingua, ne duorum quidem digitorum mensuram

Sapientia Dei in creatione hoīs.

Linguæ vtilitas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuram obtinens, at quid dico digitorum? ne extremi quidem vnguis: Verum extremum illud exiguum de cœlo terráque loquitur. Et ne putet ſe magnum quiddam eſſe, & ſupra naturam ſuam attollatur, ſæpenumero & tubera ipſi circumplicantur, vt diſcat mortalem ſe de immortalibus loqui, debetq; cognoſcere, quæ vis ſit eius, qui prædicatur, & quæ prædicantis imbecillitas.

Dedit ipſi oculum, paruum illud granum, quo creaturam vniuerſam contuetur, ac ne, vniuerſam creaturam aſpectu comprehendens, attollatur: ſæpe & lippitudines, & lemæ, & lachrymæ, & quæcunque viſum turbant, adgenerantur, vt ex imbecillitate quidem ſeipſum cognoſcat, ex opificio vero opificem diuino honore colat. *Oculus.*

Si igitur tantam imbecillitatem homo circumferens, adeò vilitatis ſuæ obliuiſcitur, vt etiam aduerſus opificem inſoleſcat: ſi hac imbecillitate ſolutus omnino fuiſſet, quis eum pertuliſſet faſtu ſeſe efferentem? Cogita, cum quo communices, inflatus, ſuperbiaq; elatus, & peregrinum curare erubeſcens. Et quonam modo id fiat inquis? Si quis enim honeſto loco natus, & illuſtris & ſplendidus, & nobilis fuerit, ipſéne lauabit pedes peregrini? *Vilitas hominis ne ſuperbiat.*

Quomodo non turpe id ſuerit? Imò vero non lauare magis turpe eſt. Nam ſi decies millies generis nobilitatem, claritatem, ſplendorem iactauerit, eiuſdem naturæ particeps eſt cum eo qui lauatur, & conſeruus eſt, pariq; dignatione cum eo cui miniſtrat. Cogita, quiſnam diſcipulorum pedes lauit, & deſine de nobilitate generis diſſerere. Cogitemus naturam noſtram, reputemus peccata, diſcamus qui ſumus, & ſufficit hoc ad humilitatem ſuggerendam. Is enim ſeipſum maxime nouit, qui ſe nihil eſſe putat. Nihil enim Deo tam amicum eſt, quàm vt quis in extremis ſe numeret. *Lauare pedes peregrino.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humilitas Deo gratissima.

numeret. Venite enim, inquit, discite à me, quod mitis sim & humilis corde. Nam nisi mitis essem, seruã ne matrem, cum sim regis filius, delegissem? nisi mitis essem, ad vósne, obtutum oculorum fugientis & aspectabilis substãtię fabricator, peregrinatus essem? Nisi mitis essem, præsepisne paupertatem suscepissem, ille ego qui creaturæ omnis diuitias possideo? Nisi mitis essem, dorsum ne meum flagris pro captiuis præbuissem? Quid id quod maius est, non dico? Nisi mitis essem, aliis vt paterentur obnoxiis, egóne nihil debens, mortis debitum pro illis exoluissem? Adeò mitis sum & humilis, vt supplicare seruis meis non erubescam, sed orare mihi libet, vt non sit necesse punire. Quoties igitur in eam cogitationem veneris, vt de humilitate teipsum admireris, cogita Dominum tuum, quo descenderit, & non admiraberis teipsum amplius, nec laudabis, verum deridebis, velut qui nihil feceris. Humilis es, & omnium hominũ humillimus: ne magnifice de te sentias propterea, neque exprobra aliis, & non perdes gloriationem. Propterea humiliter de te sentis, vt superbiam fugias: Si igitur per ipsam in superbiam lapsus sis, melius est non sentire humiliter. Modestia nanque dicitur, non quoties quis à potenti affectus iniuria fert placide, sed quoties cedit etiam, cum ab iis, qui inferiores esse putantur, lęditur. Intuere enim diuinam benignitatẽ, & cuiusmodi curã in proprios suos seruos ostendat. Quãdo enim Isaac à rege Gerarorũ & loci illius hoibus iniustè propriis laboribus prohibebatur, non est cõmotus, nec pusillanimẽ sese ostẽdit, nec ad seipsũ vociferatus est, nec dixit: Ius mihi est frui puteo: Nũnam diuino auxilio destitutus sum? numnam prouidentia domini priuatus sum? nihil huiusmodi non cogitauit, non ratiocinatus est, sed modeste ferebat omnia, eoq; plus opis desuper adeptus est, apparuit enim ipsi Dominꝰ nocte illa, dixitq; Ego sum Deus Abraham patris tui, ne timeas, tecum enim sum, & benedixi tibi. Volens enim iustum illum recreare, apparet ipsi,

Ne inflet nos humilitas.

Humilitas Isaac.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ipſi,& ait:Ego ſum Deus, qui patrem tuum celebrẽ feci,& in tanto ſplendore conſtitui,& peregrinus cũ eſſet,illius loci hominibus illuſtriorem effeci: Ego ſum ille,qui tãtopere vt ille creſceret, feci. Ne igitur metuas: Tecum enim ſum,& multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum. Multa enim illi præmia debeo, propterea q̃ mihi obediuit. Hæc cum audiſſet iuſtus ille,ſecurus ſit poſtea. Nam qui dixerat, Tecum enim ſum,& benedicam tibi,& multiplicabo ſemen tuum:hic & ſplendorẽ donauit. Vide quãta ſit vis humiliationis. Nam qui dudum propulerant,nũc accedentes ad iuſtum illum, non modo non defendunt ea quæ facta ſunt, & veniam petunt, verumetiã præconio celebrant. Nam quis eo fortior eſſet,qui deũ ſecum habebat. Videntes enim, inquit, perſpeximus, quod dominus tecum ſit. Videamus vero quomodo & huius filius Iacob perſecutione appetitus peregrinetur,non paruam enim & hinc vtilitatem fructumq̃ decerpemus. Eunte enim eo in Haran occidit ſol, ſumpſitq̃ de lapidibus loci illius, & poſuit ad caput ſuũ,ac dormiuit Vidiſti inenarrabilẽ philoſophiã? vidiſti q̃modo veteres peregrinabãtur? Vir domi enutritus, diligenter curatus,acceptũ lapidem poſuit ad caput ſuũ. Aſpice pueri virile robur,lapide pro cerui cali vſus eſt, humiq̃ cubuit, atq̃ ideo Domini aſpectu dignatus eſt,inquientis: Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac patris tui: Ego et principem generis, & patrem tuũ tam inclytos feci. Ne igitur metue,ſed crede,quòd ego ſum,qui & illis promiſſa impleui, & te prouidentia mea dignatus ſum. Sed & nunc tecum ſum,cuſtodiẽs te in toto hoc itinere,quocunq̃ ieris. Ne exiſtimes,inquit,ſolum te iter facere,me habebis comitẽ, me habebis cuſtodem in omni itinere. Tecum enim ſum. Si igitur humiliter de te ſentire vis,non verbis,neq̃ habitu ſolũ, ſed & re ipſa,& voce virtutẽ illam præ te fer, & ne aduerſus hunc quidem humilis,aduerſus illum vero ferox ſis,ſed aduerſus omnes eſto humilis,ſiue amicus ſit.

Humilitas Iacob.

Humilis erga omnes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cus sit, siue inimicus, siue magnus, siue paruus. Hæc enim demum est humilitas. Fieri enim potest, vt humilis sit quispiam, idemq; præceps & iracundus, sed nihil prodest. Sæpenumero enim ira correptus omnia perdit. Nam veram humilitatem animi hinc maxime doceri licet animaduertentibus: Cum veniſſet Iesus Capernaum, accesserunt ad Petrum ñ, qui didrachma accipiunt: & dixerunt: Magister vester non soluit didrachmum.

Humilitas animi.

Et vide, ad ipsum quidem Christum accedere ausi non sunt, sed ad Petrum: & ne ad hunc quidem, magna cum vehementia, sed modestius: neq; enim poscẽtes, sed interrogantes dixerunt: Magister vester non soluit didrachmum? nam opinionem quidem de ipso eã, quam par erat, nondum habebant, sed quasi erga hominẽ sic affecti erant, nisi quod pudorẽ quendam & honorem exhibebãt, propter anteacta signa. Quid igitur Petrus? etiã, inquit: Et his quidem soluere eũ, ipsi vero non dixit: veritus fortasse de his eũ appellare. Quid igitur is qui cuncta plane sciebat Deus? Anteuertẽs ipsum inquit. Quid tibi videtur Simon, Reges terræ à quibus tributa vel cẽsum accipiũt? à filiis suis, an ab extraneis? ab extraneis, inquit ille. Dicit ei Iesus: Ergo liberi sunt filij. Ne enim putaret Petrus, q̃ cũ ab ipsis audisset, dicat, anteuertit eum, hoc ipsum ostẽdens, & fiduciam ipsi præbens, expauescẽti prius de his loqui. Quod autem dicit, eiusmodi est. Immunis equidem sum à censu dando. Nam si Reges terræ à filiis suis non accipiũt, sed à subiectis, multo magis me immunem esse oportet, vt ne poscar, quippe qui non terreni, sed cœlorum Regis sim filius atque Rex.

Et cum hæc dixisset, ait: Ne vero in nobis offendant, egressus ad mare, iace hamum, & qui primus piscis hæserit, eum tolle, & inuenies in eo statẽrem, quẽ acceptum da ipsis pro me atq; te. Vide vt neq; neget tributum, neq; simpliciter dare iubeat: sed vbi prius ostendit non debere, tum demum dat. Atq; hoc quidem facit, vt ne illi offendant, illud vero vt ne hi.

Neque

Neque enim tanquam debens dat, verum tanquã infirmitatem illorum corrigens. Quanam verò de causa non de repositis dare iussit? vt in hoc etiã ostenderet se Deum vniuersorum esse, & quod mare quoque in potestate sua habeat. Neq; enim paruum erat, prædicere, q̃ è profundo illo primus incidet, qui tributum pendit piscis: iussuq; ipsius extrahere eum, qui staterem ferat, quasi qui verriculo illuc immissus sit: & facere vt mare ita ferret munera, & vndique subiectio ipsis ostenderetur. Si igitur magnum ostendere vis hoc recte factum, ne magnifice de teipso sentias, & tunc maius id commonstrasti. Nam si cũ peccatores sumus, si putemus id nos esse, quod sumus, iusti existimus, quemadmodũ & publicanus ille: quanto magis, quoties iusti cũ simus, peccatores nos putamus esse? Si enim probum te dicas, factus es inutilis, etiãsi probus sis. Vt enim superbis aduersari, ita gratiam nouit Deus dare humilibus: Quia ipsum decet gloria & potestas in secula seculorum, Amen.

Iustus peccatorem se existimet.

ORATIO SEPTIMA
DE AVARITIA.

QVamnam ob rem ex auaritia ditescere cupis homo, vt aliis quidem aurum atq; argẽtum reponatur, tibi vero diræ & accusationes? & vt is à quo abstulisti, alimenti indigentia mordeatur & lamentur, & denas millenas accusationes tibi conciliet? Et quod horrendum est magis, quando ad illum diem ante terribile tribunal in medium producetur is, qui malo affectus est, & omnia sua amisit, tu autem nullum habebis aduocatũ, quid dices iudicanti? Nunc enim vel corrumpere iudiciũ hoc hominum poteris: tũc autem illud nequaquam. Imò ne hoc quidem. Etenim Deus videt ea quæ fiũt, & prope adest iis, qui afficiuntur iniuria, etiam non vocatus. Etenim is cui malefit, vt ipse quidẽ indignus sit vlla vindicta, sed tamen quoniã ea quæ fiũt, Deo

In auarum diræ accusationes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non placent,habet omnino vltorem.Nec mihi dicas: Quomodo ille prospero rerum successu fruetur, cum sit improbus? Vt quidem fruatur: sed non ad extremum vsq;. Ne enim,inquit,æmuleris agentes improbe: Quoniam vt fœnum cito arescent,& vt olera herbæ cito decident. Auaritia fermentum quoddam vetus est,quæ quocunq; inciderit,in quācunq; domum intrauerit,impuram eā facit: Etiam si parum ex iniustitia lucratus fueris, vniuersas facultates tuas fermē tauit. Propterea sæpe pauca male illata,quamuis multa bene reposita eiecerūt. Quid enim inquit? Si quidē ex multis auare agentibus non omnes eadem patientur. Maxime vero patientur,etiā si non mox in ipso peccato patiantur. Quod si nunc effugerint,tunc vero magis metue. Maiori enim supplicio asseruantur. Quin si ipsi effugerint,at hæredes eorū eadem patiētur. Et quonam modo hoc iustum est inquit? Iustum sane. Etenim qui hæreditatē iniustitia refertam accepit,etiamsi ipse non rapuerit,sed tamen probe nouit, aliena se habere,atq; ideo dignus erat,qui pateretur. Hæc autem & externorū leges norunt, quæ omissis iis,qui rapuerunt & sustulerunt,ab illis iubent repetere,apud quos quispiā sua repererit omnia. Si nouisti eos qui iniuria affecti sunt, redde cū multo fœnore,quēadmodum Zacchæus. Sin minus nouisti,distribue illa inter egenos, nam sic etiā malum releuabis. Nam si oīa aliena demus,nihil compendiū faciemus, indicat Zacchæus: qui tum demū placare se deum dixit,cū daret quadrupla eorū quæ abstulerat. Nos vero cum dena millia rapiamus,placare nos deum arbitramur. Si enim Cain,quod minus præcipua obtulisset,neq; quicq̄ præterea iniuste egisset,tamē extremū luit supplicium: nos cum de rapina & auaritia offeramus,quomodo nō grauiora patiemur? Cur dominū afficis contumelia,impura dona illi offerens? Non vult Christus ali auaritia,neq; huiusmodi alimentū suscipit. Melius est fame tabescentē negligere,q̄ aliena aliis dare. Dic enim mihi: Si quos duos videres,alterum

Pſal.36.

Auaritia fermentum quoddā eſt.

Hæres auari iuſte patitur.

Reddere quadruplū de rapina.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ternm quidem nudum, alterum vero veſtitū, deinde exuto eo qui veſtem habuit, nudum veſtires, nónne iniuſte faceres? Nemini id quidem dubium. Quod ſi omne id quod abſtuliſti, alteri dans, tamē iniuriatus, non miſeratus es: quod non expendes ſupplicium, ſi vix minimā partem eorum quæ rapuiſti, dederis, & eleëmoſynam id vocaris? Si Lazarus nulla affectus iniuria à diuite, ſed ꝙ iis modo, quæ illius erant, fruitus nō eſt, acerbus illi extitit accuſator: qua defenſione vtentur ñ, qui pręter quod non miſerantur de ſuo, aliena etiam auferunt? Si illi qui Chriſtum eſurientē non aluerunt, cū diabolo inextinguibili igni addicū tur: quantum ſupplicij depēdent ñ, qui fame etiā eum enecant, per id quod rapiunt: & veſtitum denudant: & hoſpitem non modo non recolligunt, verumetiā abigunt: & infirmum non modo non viſitant, ſed magis etiam conterunt: & non ſolum ligatum neſciunt, verum etiam ſolutū in carcerem conijci curant? Si is qui diligentes ſe diligit, nihilo meliore erit conditione, q̄ Ethnici: quam veniam habebit is, qui lędit eos, à quibus iniuria nulla affectus eſt? Si qui ſua nō impartitur, implacabilem habet accuſatorem: quam veniam merebitur is, qui etiam aliena rapit? Nō ſolum enim aliena rapere, ſed etiam ſua non impartiri aliis, rapina eſt, & auaritia, & ſpoliatio. Si qui Chriſtū eſurientem non pauerunt, tantum ignem in capita ſua attraxerunt: quam releuationem conſequentur ñ, qui ea quoq̄, quæ nihil ad ſe pertinent, rapiunt, & aliena ſibi iniuſte acquirunt, & pupillorū ac viduarum domos euertunt. Perhorreſcamus itaq̄ rem iſtam: fugiamus peccatum: Fugiemus autem, ſi cogitemus eos, qui ante nos iniuriā fecerūt, qui auari fuerunt, & deceſſerūt. Nōnc facultatibus & laboribus eorū fruentur alij: ipſi vero in cruciatu & ſupplicio ſunt, & extremis malis? An non extremæ igitur dementiæ eſt, diſrumpi & affligi, vt viuentes laboribus diſtineamur, & mortui intolerabiles cruciatus & ſupplicia perferamus? Quidnam ergo raptore miſerius? eo ꝙ

Exēpla contra auaros.

Dementia auarorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

collecta sæpe inimici & hostes inter se partiũtur: Ille vero accumulata sibi ex his peccata accipiẽs decedit, magna cum diligẽtia reposcendus de iis, quæ in illis deliquit. Quid igitur auaris fuerit erumnosius? quod & vitam suam omni morte erumniosiorẽ faciunt, cura & anxietate animi & perpetua vigilia ipsam mãdente, sensimq; consumẽte, & omnẽ voluptatẽ, & virtutis vitiisq; discrimen inde propellunt. Et in lucrando quidem, etiã si omnia omnium acquirant, nullam sentiunt voluptatẽ, eò q; plura appetant: in detrimento vero accipiendo, vt obolum duntaxat amittant, omniũ acerbissima sese passos esse, & vita ipsa excidisse arbitrãtur. Et vt vxorẽ talis habeat, vt liberos, vt amicos nisi vndequaq; lucrari ipsi licuerit, oĩbus qui natura ipsi hostes sunt, hi magis hostes videntur esse. Iure quidam, inquit, cupido nihil esse † crudius. Nã qui eiusmodi est, sese vendit, & cõmunis totius orbis terrarũ inimicus obambulat, dolens nõ aurum pro aristis terram producere, non pro fluentis fontes, non montes pro lapidibus: aliorũ successibus sese crucians, & in cõmunibus bonis animũ contrahẽs: oẽm occasionẽ auersans, vnde argentum sumere nõ licet: omnia perferens vnde vel duos obolos corradere liceat: omnes perosus, pauperes iuxta atq; diuites: Illos quidem ne accedentes stipem poscãt, hos vero, quod non ea quoq;, quæ illi habent, habeat: Omnes sua possidere putat, & quasi ab oĩbus iniuria afficiatur, ita in omnes animatus est. Et quod furenti gladius est, hoc cupido diuitiæ, imò verò lõge acerbius quiddã? Nam is qui furit, accepto & adacto sibi gladio, furore sese liberat, & alteram plagã non accipit: Cupidus vero dena millena vulnera grauiora illo quotidie accipit, non liberans sese furore, sed intensiorem eũ effĩciẽs: Et quo plura accepit vulnera, eo magis materiã aliis præbet grauioris plagæ. Quid igitur auaro erũ nosius? quãdo is præter quod animam suã perdit, & corpus innumerabilibus curis extenuat, etiã alimento, & voluptate, & honore, & gloria, propter quam multa

Erumnosi auari.

† crudelius.

Crudelis animus auari.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multa in primis peccant homines, seſe defraudat. Et quod durius eſt, nihil læſus efferatur & armat seſe in eos, qui ipſum neutiq̃ læſerunt, & honeſta omnia ab animo proiiciẽs, omnibus hoſtis eſt. Nam qui iniuria ab ipſo affecti ſunt, oderunt eum, vtpote, malò affecti. Atqui nihil etiam dum paſsi ſunt, metuentes ne patiãtur, & eorum qui paſſi ſunt vicem dolentes, eandem hoſtilitatem præ ſe ferunt. Maiores pòrrò atq; potentiores, quod mordeãtur & indignẽtur pro humilioribus, imò vero inuidentes etiam iuxta inimiciciis eum & odio proſequuntur. Sed quid loquor de hominibus? cum Deum etiã infeſtum habeat, quæ ſpes ei reliqua erit, aut quod refrigerium? Hoc ne ſunt diuitiæ, iniuriam facere, dic mihi? Hoc non acerbius eſt carnifice? Nam carnifex quidem corpus ligat, hæ vero animum. Vides ipſum vinctũ, & nõ miſeraris? Propterea, inquit, eum odi, quia vinctus eſt, non neceſſitate, ſed vltro, voluntate ſua cathenam ſibi attrahens. Rurſus tu aduerſus diuites. Rurſus vos aduerſus eos quos diripitis. Vos non ſatiamini edentes & commordentes pauperes: Neque ego ſatior corrigẽs vos. Semper tu diuitibus inhæres: Semper & tu pauperi inhæres.

Auarus oibus exoſus.

Odibiles deo auari.

Abſtine oue mea: abſtine grege meo. Quod ſi vaſtas gregem meum, ſuccenſes quod te perſequar? Non te perſequor: Lupum perſequor. Si non es lupus, non perſequor te. Tibiipſi imputa, quia lupus factus es. Quid enim Achabo improbius? Et tamen is cum vineam concupiuiſſet animaduerte quantum dolorem habuit. Rex cũ eſſet, & oĩbus dominaretur, nec haberet quenquã contradicentẽ, tamẽ cũ conſciẽtiæ calculum non ferret, ingreſſus eſt triſtis, demiſſo vultu, cõfuſus, multã caliginẽ ferẽs in oculis, cõſcientiæ condẽnantis ſe redargutionẽ vultu prædicãs, nec valẽs tegere dolorẽ, qui ex mœſtitudine in eo exiſtebat. Vultis liquidò noſſe, quomodo diuitię homines non ſinunt eſſe homines, ſed feras atq; dæmones.

Exemplum de Achab rege.

Siccitas quondam occuparat ciuitatẽ noſtrã, & vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Exemplum de diuite auaro.

dere erat cœlum factum æneum,& mortem omnium grauissimã indies expectari,deumq; inuocari, vt metu illo liberaret: Cuius benignitate præter omnẽ spẽ multa & immensa pluuia superne decidit. Omnibus igitur celebritatem & festum diem agẽtibus,quippe qui ab ipsis portis mortis reuerterentur,diues quidã tristis,deiecto animo , mœrore mortuus obambulabat:cumq; multi eum causam rogarent : ne continere quidem intus potuit,sed cum tyrannide acerbi istius morbi pungeretur,causam in mediũ protulit. Decies enim mille,inquit,frumenti mensuris deinceps quid faciam non habeo. Quid ais? Quod non omnes perierunt,vt tu aurũ accumules ? Non audisti quid dicat Salomon ? Qui ad preciũ augendum asseruat frumentum, vulgo est execrabilis. Sed obambulas cõmunis bonorũ orbis inimicus, & liberalitatis Domini hostis,& mammonæ amicus,atq; adeò seruus? An non præcidi linguã illam oportuit? An non extingui cor, q̃ talia verba peperit? Quid enim potest esse ipso miserius diuite propterea dolente & indignãte,& periisse se putãte,quod infinita possideat,& quotidie optante famẽ, vt aurum ipse indipiscatur? Quomodo vultis vobis deliniem auari & raptoris morbos? Quid enim manibus illis sceleratius? Quid oculis illis impudentius & caninum magis ? Non adipiscit homines vt homines,neq; cœlum vt cœlum,sed omnia pecuniam esse putat. Hominum enim oculi cum pauperes vident afflictos,vicem eorum solent indolere: Raptores vero cum intuentur pauperes , magis efferantur. Hominum oculi ea,quæ aliis data sunt nõ appetunt, sed sua quoq; in alios effundunt : isti verò non ferunt,nisi quæ omnium sunt accipientes,sua faciant. Hominum oculi nudum proximi corpus adspicere non sustinẽt: Isti vero nisi omnes denudauerint, & quæ omnes habent domi suæ recondant,nunq; satiãtur. Quin ne hoc quidem explentur, eoq; nõ modo ferarũ manus, manus ipsorum quispiam esse dixerit, sed his etiam truculentiores multo & acerbiores.

Prou.11.

Execrabilis auarus.

Auaro nihil miserius

Oculis auarorum nihil improbius.

Vrsi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vrſi enim & lupi vbi ſaturati ſunt, abſtinent ſe cibo: Iſti vero non ſatiantur. Atqui propterea manus nobis fecit deus, vt aliis opitulemur, non vt inſidiemur. Etenim ſi ad hoc eis vſuri ſimus, ſatius eſſet eas præcidi, & abſque eis eſſe. Cum enim ouem à fera diſcerpi quis videns, dolet & angitur animo, In contribulem vero idem ipſe patrans, nihil acerbi ſe putat facere, quomodo homo hic fuerit, ac nō fera potius & fera deterior? Feræ enim natura ſunt huiuſcemodi. Auari autem cum natura lenitatem habeant, præter naturam in feritatem ſeſe efferre volunt. Talium ora etiam, ferarum ora ſunt, quin his etiã truculentiora. Etenim verba promunt magis quàm illarum dentes venenum emittẽtia & necem patrantia. Quod ſi mentem quoque talium quis excutiat, iam non feras modo, ſed etiam dæmones ipſos appellabit. Multa ſiquidem immanitate plena eſt & ſimultate aduerſus conſeruum. Dæmones enim homines eos, quibus inſidiantur fautores habent, ita vt niſi fauerent, plurimum inſidiarũ in nos ipſis in irritum caderet. Iſti vero reſiſtentes etiam ſibi, eos quos impetunt, vincere nituntur: Ac neque regni amor eſt illic, neque gehennæ metus: non pudor hominum, non miſericordia: non condolentia, ſed impudentia & violentia, & futurorum omnium contemptio, et fabula ipſis dei verba videntur eſſe. Propterea pecuniæ vocantur χρήματα: quaſi tu dicas vtilia, vt vtamur quemadmodũ par eſt, non vt cuſtodiamus. Hoc enim non poſſidere eſt, ſed poſſideri. Nam ſi hoc ſpectemus, vt ſemper eas augeamus, non vt quemadmodũ par eſt ipſis fruamur, peruerſus eſt ordo, & illæ nos potius habent, non nos illas. Qui pecuniam amat, non ſolum inimicos non diliget, verum etiam amicos oderit. Neq; enim cognationem nouit talis: neque conſuetudinis meminit: neque ætatem reuereretur: neq; amicum habet quenquã. Sed in omnes hoſtili eſt animo, & præ aliis omnibus in ſeipſum, non modo quod animam ſuam perdit, ſed etiam quòd innumerabilibus curis ſeſe extenuat.

Lupis deteriores auari.

Dæmonib⁹ peiores auari.

Serui pecuniæ ſunt auari.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et is quidem qui pecuniam contemnit, modum ponit cupiditati: Qui vero vult ditescere & plus coacervare longe magis eam accendit, & nusquam sistit. Verum etiam si decem millia talentorum accipiat, alterum tantum concupiscit. Quod si id quoque adipiscatur, rursus bis tantum appetit, & porrò pergēs etiam montes, terrā, mare, & omnia aurum sibi fieri optat, nouam quandam insaniam insaniens, & eam quidem terribilem, & quæ nunquam extingui possit.

Damnatio auari.

Nam cū aliis dare iussi, aliena rapiamus, quænam quæso nobis salutis spes est? Si ꝙ non alueris esurientem, puniere: quam veniam merebere, si vestitum etiam exuisti? Propterea ne igitur auarè agis, & aliena rapis, vt equi frenum multo auro tibi perungatur, itemq; culmen domus & capita columnarum? † Quonam pudore hæc digna non fuerint, quando vt lapides exornes & pauimentum & expertium rationis animalium corpora, ne sentientiū quidem ornatum, fratrem, quem dominus tuus tanto honore prosecutus est, in innumerabiles calamitates coniicis? Et columnia quidem magnæ est curæ, homo vero, imò Christus ipse propter columnā, & quę dicta sunt omnia ad extremam famem adigitur. Siue autem sellam comparare opus sit, siue scabellum sustentandis pedibus, omnia ex auro & argento comparantur. Membro autem Christi & ei propter quem ille de cœlo descendit, ne necessarium quidem alimentum suppetit, sed omnibus vilior factus est tibi Christus? Quid huiusmodi iniquitate acerbius? Quot flumina ignis huiusmodi animæ sufficiant? cum aliæ quidem animantes cognatas diligant, & naturæ cognatione contentæ sint ad mutuam inter se necessitudinem. At tu innumerabiles amicitiæ causas habens, truculentior illis ostenderis. Ne quæso vtrinq; iritemus deum, nempe & congregantes vnde non oportet, & dispergentes vbi non conuenit. Quanam enim ira dignus non fueris, cum das meretrici præteriens pauperem? Nam vt ex iustis laboribus prębeas, nōne reprehensionem

† *Mutila hic erat dictio in exēplari græco: cuius extremo ex vestigio suspicor legēdum esse,* αἰσχυνῆς, *quod ego pudorem verti.*

Male cōgregant & dispergūt auari.

res

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res hæc haberet, quod flagitii mercedem præbeas, & pro quib⁹ punire oporteret, pro iis munereris? Quando autem & pupillos exuens, & viduas iniuria afficiens alis libidinem, cogita quantus erit talia ausis ignis. Timete qui pauperibus iniuriam facitis. Habetis vos potentiam, diuitias, & pecuniam. Sed habent illi omniũ validissima arma, gemitus, & lamentationes, & illud ipsum iniuriã pati, quæ auxilium de cœlo attrahunt. Hęc arma domus suffodiunt, fundamenta diruunt, vrbes euertunt, vniuersas nationes fluctibus obruunt. Tantam gerit deus eorũ qui læduntur prouidentiã. Magna enim & valida arma sunt iniuriam patientium hominum gemitus. Reueretur hanc æquanimitatẽ deus, cum malo afficiũtur, neq; improbum verbum proferunt, sed gemunt modo ac deplorant sua mala: Et his quidẽ fit propitius, de vexatoribus vero sumit supplicii. Fugiamus igitur iniuriam facere, vt propitium habeamus deum, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Valida arma sunt gemitus pauperum.

ORATIO OCTAVA,

DE VXORE ET PVLCHRITVDINE.

QVi vxores ducturi sunt, leges apud Paulum de nuptiis positas prius legãt, indeq; discant, quid facto opus sit, cum improba, & maledica, & amentiæ plena, & quiduis aliud eiuscemodi habẽs vxor obtigerit. Si igitur videris facere eum tibi potestatẽ, vt eam si vnum de his vitiis reperis, eiicias & aliam inducas, cõfide quasi expers oĩs periculi. Sin hoc minime concedit, verum omnia alia vitia, præter scortationẽ, habentẽ amare iubet, ita teipsum munito, vt omnem eius improbitatẽ laturus. Quod si hoc graue et molestũ est, oĩa fac & satage, vt cõmodã, modestam, & obsequentẽ vxorem ducas.

Lex Pauli de vxore seruanda.

Nam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Diligentia de vxore inquirēda.

Nam si domos atque seruos empturi curiose scisciamur, & perscrutamur vendentes pariter atque priores possessores, de illarum quidem fabrica, de horum autem & corporis habitudine, & animi studio inquirentes, multo magis vxores ducturos tantam ac longe maiorem etiam prouidentiam gerere oportet. Domum enim vitiosam, & seruum si ineptus videatur, reddere venditori licet: vxorem vero ductam reddere iis, qui dederunt non licet. Malum est igitur pauperiorem vxorem ducere, malum item opulentiorem. Nam illud quidem facultatum detrimento virum afficit, hoc vero authoritatis & libertatis. Et multi ex iis qui scortis adhærent, non modo æternam mortem inde subierunt, sed & hic mali male perierunt, ærumnas à meretricantibus vxoribus perpessi. Cum enim contenderent illæ, vt adhærentem sibi amore sui penitus adstringerent, magicas artes excitarunt, amatoria pocula apparārunt, multasq; præstigias consarcinarunt. Ita deinde in grauem morbum coniectum, & lui tabiq; lentæ traditum, & in innumerabilia mala coniectum ex hac vita sustulerunt. Si igitur homo gehennam non metuis, at præstigias earum metue. Cum enim per hanc impudicitiam dei te auxilio priuaueris, & supernam opem tibi præcideris, suscipiēs, excluso omni metu, meretrix, ac dæmonibus suis inuocatis, & foliis scriptis, & insidiis factis, facile sanè salutem tuam opprimit, opprobrium te et ludibrium omnium, qui vrbem inhabitant cōstituens. Si igitur animum tuum oblectare vis, ne ito ad theatra, sed ad viridaria ad præterlabentem amnem, & stagna: perdisce hortos, audi canentes cicadas, frequenta ad martyrum monumenta, vbi corporis sanitas est, et animi emolumentum, & nocumentum nullum. Habes vxorem, habes liberos, quid par huic voluptati? Habes domum, habes amicos: Hæc suauia sunt cum temperantia & lucrum præbēt. Quid enim liberis dulcius, dic mihi? Quid vxore, ei qui temperās esse velit? Barbari sanè feruntur quondam verbum philosophia plenum

Periculum de vxore.

Ab incātationibus.

Recreationes animi.

num dixisse. Cum enim de exlegibus istis theatris, & intempestiua oblectatione audiuissent. Romani, inquiunt, quasi liberos & vxores nō habeant, ita huiusmodi voluptates excogitarunt. Cum igitur videris venustam mulierem, splendidum habentem oculum, vultu hilare coruscātem, eximium quendam decorem vultu præ se ferentem, vrentem mentem tuam & concupiscentiam augentem: Cogita terram esse id quod admiraris, stercus quod te vrit, & conquiescet furens animus. Detege ipsi cutem vultus, & tunc videbis omnem venustatis vilitatem. Ne subsistas superficie tenus, sed interius mente penetra, nihil aliud inuenies quàm ossa, & neruos, & venas. Sed non sufficiunt hæc. Cogita mihi eam alterari, senescere, ægrotare, subsidētes oculos, cauas genas, florem illum omnem defluentem: Animaduerte quid admireris, & pudeat te iudicii tui. Lutum admiraris & stercus, & puluis te vrit atque cinis. Pulchritudinis enim eius, quam aspicis, substātia, nihil aliud est, quàm pituita, destillatio, sanguis & alimenti putrefacti succus. His enim & oculi, & genæ, & reliqua omnia riganatur. Quod nisi quotidie rigationem illam accipiant, ab aluo & iecinore prodeuntem, statim tota auolat, subsidente plus æquo cute, & oculis in cauum recedentibus. Quocirca si tecum reputes, quid intra pulchros illos oculos subsit, quid intra rectum nasum, quid intra os & genas, nihil aliud dicturus sis venustatem corporis, q̄ sepulchrum calce illitum. Tantis sordibus intus plena est. Et panniculum quidem huiuscemodi aliquid, velut pituitā, vel mucum habentem videns, ne extremis quidem digitis contrectare, imò neq; adspicere sustines, ad horum autem cellas et horrea obstupescis. Is igitur qui corporis amator est, & ad venustam puellam obstupescit, si velit sermone discere deformitatem substantiæ ipsam in se, ex aspectu cognoscet. Etenim multæ æquales amicæ illius, ac sæpenumero splendidiores etiam defunctæ, post vnum atq; alterum diem fœtore & tabe oppletę sunt

Quid mulier pulchra.

Corpus pulchrū, est sepulchrū dealbatum.

&

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& putredine vermium. Cogita ergo cuiusmodi pulchritudinem amas homo, & ad qualem venustatem obstupescis. Cum autem vir vxorem voluerit eiicere, aut vxor virum dimittere, huius dicti recordetur, & à Paulo præsente condemnari se putet, clamãte atque dicente. Mulier ligata est lege quandiu viuit vir eius. Hoc quidem cum protulisset, non adiecit. Si autem vir eius mortuus fuerit, libera est: Sed si autẽ dormierit. Tantum non consolans viduam, & suadens priori contentam esse, neque alterum sponsum inducere. Non est mortuus, inquit, vir, sed dormit. Quis autem dormientem nõ expectat? Liberam vero post mortem viri eam factam esse dicens, ostendit seruam eam fuisse prius viuente illo. Serua autem cum esset, & subiecta legi, etiamsi decies millies repudii libellum acceperit secundum externas Gentilium leges, adulterii legi obnoxia est. Neque enim his legibus deus tibi iudicabit die illo, sed iis quas ipse fixit. Quanquam & externæ leges non simpliciter hoc statuerunt: Sed puniunt & ipsæ hoc factum, & molestè ferunt hoc peccatum. Ab viro enim soluendi matrimonii occasio extiterit, eum detrimento facultatum insultant, nudum & vacuum pecunia illinc eiicientes. Fertur quidm externorum philosophorũ improbam habens vxorem, & garrulam, & vinolentam, interrogantibus, quam ob causam talem haberet, dixisse: vt excitationem & palæstram domi haberet. Ero enim aliis placidior, inquit, in hac edoctus quotidie. Ille igitur philosophus propterea dicitur vxorem, malam habẽs, non eiecisse. Quidam autem aiunt eum propterea ipsam duxisse. Cum igitur Græci magis nobis sint philosophi, quam defensionem habebimus, contumelia afficientes eam, propter quam etiam parentes deus iussit dimittere? Qui autem sermo exprimere poterit, cum eiulatus & vlulatus per compita feruntur, & concursus vicinorum pariter & præterreuntium ad domum eius, qui hæc dedecora patrat, quasi fera quapiam intus vastante. Melius esset, vt so-

Ne discedat vir ab vxore. 1. Cor. 7.

Dictũ philosophi de mala vxore

lum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum verteret, qui ita delirat, quàm vt in foro conſpiciatur deinceps.

Pareamus legi diuinæ, & neque noſtras vxores eiiciamus, neque ab aliis eiectas recipiamus. Quo enim vultu virum vxoris adſpiciet? quo oculo amicos eius, atque ſeruos? Nam ſi, cum mortuo quopiam vxorem eius quiſquam duxerit, deinde imaginem ſolam repoſitam videat, male afficitur & moleſte fert, intuentem virum eius, quæ ſecum habitat, intuens cuiuſmodi vitam viuet, quomodo domum ingredietur, qua mente, quibus oculis aſpiciet vxorẽ ſuam, quæ illius ſit? *Ne eiiciatur vxor.*

Quin rectius, neque illius, neque ſuam eam, quæ illius ſit, quiſpiam appellauerit. Adultera enim nullius eſt vxor. Etenim pacta, quæ cum illo habuit, conculcauit, & ad te non legitime venit. Quantæ amentiæ eſt, rem tantis plenam malis domum adducere? Nunquid mulierũ penuria eſt, eo quòd tantam perniciem capiti tuo attrahis? Nam quæ priori viro contenta eſt mulier, oſtendit ne electuram quidem ſe eum fuiſſe initio, ſi bonam habuiſſet rei experientiam. Quæ vero in cubiculum prioris alterum inducit ſponſum, non paruum ædidit magnæ cum mundo amicitiæ, & affectus erga res terrenas argumentum. Nam ſi eas mulieres, quæ ſuperſtitibus adhuc viris decedũt, admiramur omnes, & commendamus, quomodo nõ obſtupeſcendæ & laudandæ ſunt eæ, quæ erga mortuos etiam eandem præ ſe ferunt beneuolentiam? *Adultera nullius eſt vxor.*

Non igitur alteras nuptias eiicimus, ſed hortamur, ſi quis continere poſſit, vt in prioribus acquieſcat. Sæpe enim pugnæ & quotidianorum bellorum principiũ & occaſio alteræ nuptiæ factæ ſunt. Sæpenumero enĩ vir ad mẽſam ſedẽs, prioris vxoris recordatus, coram altera, placide illachrymauit: At illa ſtatim efferata, perinde atq; fera inſiluit, amoris erga illã pœnã ab eo expetẽs. Quod ſi laudare defunctã voluerit, belli atq; pugnę occaſio fit laudatiõis argumentũ. *Monogamia.*

Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et cum inimicis quidē mortuis pacificamur, & post vitam ipsorum, inimicitias cum eis dissoluimus: In vxoribus vero contrarium prorsus vsu venit. Quam enim neque vidit, neque audiuit, à qua nihil molesti passa est, eam odit & auersatur, ac ne mors quidē odium illud extinguit. Quis vidit, quis audiuit æmulantem puellam, & bellantem cinerem? Nec tamen hoc fine molestia terminatur: Sed siue nascantur liberi ex altera, siue non nascātur, bellum rursus atque pugna. Nam si non nascantur, dolet admodum, & perinde ac hostes & à quibus graui iniuria affecta sit, prioris liberos adspicit, manifestiorē orbitatis suæ sensum ex illorum vita capiens. Sin autem nascantur, rursus nō minor molestia. Vir enim sæpe amanter se habens erga mortuam, amplectitur illos, amans iuxta ac miserans eos, vtpote pupillos: Illa vero vbique suos præferri vult.

Vxor secūda inimica priori.

Mutuus amor in coniugio.

Audite viri, audite mulieres, coniugium amorem mutuum, quem inter se vsque ad pericula ipsa præ se tulerunt. Cum enim habitaret Abraham in Geraris, dixit de Sara vxore sua. Soror mea est. Timuit enim dicere vxor mea est, ne quando occiderent eum viri ciuitatis illius propter ipsam: & misit Abimelech rex Gerarorum, & abstulit Saram. Cogita mihi tempestatem cogitationū, quam pertulit iustus ille, cum videret vxorem suam abduci, neque posset vindicare. Tacite enim cuncta ferebat, sciens non neglectum se esse dominum, sed citius opem laturum. Et Sarræ autem magnum coniugalem amorem admirari licet, quem ostendit, vt iustum illum è periculo eriperet, quem ostendit, vt iustum illum è periculo eriperet. Conueniebat enim ei fabulam detegere, vt effugeret apertam contumeliā. Sed generose omnia pertulit, vt salutem iusto illi præstaret. Et impletum est dictum illud. Quoniā erunt ipsi duo in carnem vnam. Perinde enim ac si vna caro essent, mutuæ salutis curam gerebant, tantamq; præ se ferebant concordiam, quasi si vnum corpus essent, & vna anima. Si vero nosse vultis, quonam modo iustus ille vxorem filio

suo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuo acceperit, audite: Et factum eſt, quando ad extremam ſenectutẽ venit Abraham, volens vt Iſaac Chananæorũ cognatione abſtineret, vt ne inde vxorem duceret, vocato beneuolentiore de ſeruis, præcepit ipſi de hac re, & ait: Pone manum tuam ſubter fœmur meum, & adiuro te per Dominum Deũ cœli & terræ, vt ne accipias vxorem filio meo Iſaac de filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito inter ipſos. Sed ad terram meam, vbi ortus ſum, vade, & ad tribum meã, & accipies inde vxorẽ filio meo. Cognouiſti præceptum Patriarchæ, quod ſeruo præcepit? Cogita quomodo antiquitus ſtudium collocabant, non pecuniæ copiam quærentes, non magnas diuitias, & ſeruitia, & iugera terræ tot & tot, non exterioris pulchritudinis decorem, ſed animi pulchritudinem exquirebant, & morum nobilitatem. Sed Patriarcha quidem ille animi virtutis curam habens, et indigenarum improbitatem fugiens, hoc facit. Cæterum omnes qui nunc ſunt, nunquam animum induerent aliquid eiuſmodi cogitare. Verum etiamſi decies mille malis plena fuerit, vnum modo perquirũt pecuniæ copiam. Cætera omnia poſteriora ab ipſis ducuntur: neq; ſciunt, corrupto iudicio, etiamſi immenſæ affluant diuitiæ, citius ad extremam paupertatem ſe redactum iri, neq; vllam fore vtilitatem copiæ, ſi non adſit animus, qui recte hæc diſpenſare poſſit. Si verò magnificentiam vis in nuptiis oſtentare lucrum habentem, voca choros pauperum. Verũ pudet te & erubeſcis? Quid confeſſione hac peius, cum diabolum quidem domum trahens, nihil turpe facere te putas, Chriſtum autem inducturus erubeſcis? Sed nemo in ciuitate hoc fecit, inquit aliquis. At tu incipe: da operam, vt princeps ſis pulchræ huius conſuetudinis, vt poſteri ad te referant: & ſi quis æmulabitur & imitabitur opus iſtud, ne potes: & qui ab his naſcentur habeant dicere iis, qui quærent. Quia ille primus pulchram hanc legem introduxit:

Vxor petẽda Iſaac Abrahæ filio.

Qualis quærenda vxor.

Pauperes ad nuptias vocandi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et quod ab aliis recte factum erit, tibi qui primus fructum illum seuisti mercedem afferet. Et quemadmodum mollibus & histrionibus choreas illic ducentibus, diabolus in medio lasciuit, ita etiam pauperibus ingredientibus, Christus adest. Ac de sumptu quidem illo nihil redit compendii, sed magnum dispendium potius. Ex iis verò impensis, quæ in hos fiunt, multum fructum cito percipies. Et quod hoc verum sit, ex puella illa Ioppensi disce: Hanc enim quondam mortuam iacentem circumstantes pauperes, qui ab ea alebantur, exuscitarunt, & ad vitam reduxerunt in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & imperium cum Patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dorcas Act. 19.

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

INDEX MATERIARVM QVAE SPARSIM IN HOC *volumine tractantur.*

a. Priorem, b. posteriorem faciem designat.

Abraham magnanimus 246 b
Abraham fide non operibus iustificatus 170 a
Abraham victimas immolauit 55 a
Abrahæ Deus, quur terram non dedit, sed semini suo 85 a
Abrahæ fides 86 a
Abrahæ hospitalitas 232 b 233 b
Achab regis exemplum 300 a
Actorum liber olim incelebris 2 a
Actorum libri argumentum quale 4 a
Actorum non simplex historia 4 a
Adæ superbia 295 b
Adam damno seipsum affecit 276 a
Adultera nullius est vxor 304 a
Æquitas bonum magnum, & quid 171 a
Affectiones tyranni 247 a
Affectionibus superiorem esse, virorum fortium 215 b
Afflictio pædagogus noster 221 a
Afflictio magnum bonum 92 b
Afflictio communis homines maxime coniungit. 119 a
Afflictione congrua nil esse melius 145 a
Afflictiones tanquam tyranni contemnendi 247 a
Agrippa, qui & Herodes quartus, successor eius qui Iacobum occidit 260 b
Altiss. habitatio vbi, vbi non 96 b
Ambitio Simonis 24 a
Ambitio, fidei impedimentum 170 b
Amor mutuus in coniugio 304 b
Amor honestus, quis 251 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Amor Iasonis erga Paulum 192 b
Amor Lydiæ erga Paulum 187 b
Amor principum Asiæ erga Paulum 218 b
Amoris magni erga Petrum oratio continua indicium est 143 b
Amoris cæcitas 153 a
Amici veri officium præstitit Cornelius Centurio 126 a
Amici vulneribus magis quàm inimici osculis credendum 24 a
Amicum quid potissimum possit facere 209 b
Amicos facit tribulatio 219 a
Amicos habens diuite præstantior est 208 b
Amicitia murus fortis 209 a
Amare Christum debemus non mercedis ergo 38 a
Amare vxorem & amari nihil honestius 251 a
Anathematizare quid 248 a
Angeli nobis in templo adsunt 136 a
Angelum habet vnusquisque nostrum 144 b
Angeli quod minus est dicunt, quod maius est tacent 15 a
Angeli ante passum Christum crebro apparuerunt, multo magis post, & in extremo iudicio 15 b
Anima quietis nescia 136 a b
Animæ & corporis inimicitiæ 193 b
Animæ nulla habetur cura 181 a
Animæ natura mouere 190 a
Animæ nostræ nullam, aliarum verò rerum, curam habemus maximam 181 a
Animæ nuditas & vestimentum quid 141 a
Animæ terror in iudicio grauior quàm corporis 295 a
Animæ opes quærere peculiare nostrum opus 171 a
Anima soli comparata 119 b
Auima non perdenda 294 a
Anima peccatis efferata 294 a
Anima corpori præferenda 294 b
Animæ opifex Deus non genitor 199 b
Animæ passiones quæ 87 b

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Animæ rubigo cote tribulationis defricanda 185 *b*
Animæ vulnus nullum insanabile 134 *a*
Animas aiunt nonnulli ex Dei substantia profectas 16 *b*
Animas nostras in cucurbitas demigrare nonnulli autumant 17 *a*
Animi recreationes 302 *b*
Apostoli a Ioanne baptizati 8 *a*
Apostoli primo corpora deinde animas curabant Paulus contra 160 *b*
Apostoli quomodo carcerem exierint saluis seris & custodibus 73 *a*
Apostoli vbi faciebant miracula 47 *b*
Apostoli, quæ magna à Christo didicerint 12 *a*
Apostoli à Ioanne baptizati 8 *a*
Apostoli sensim Christi diuinitatem prædicant 3 *b*
Apostoli spiritum sanctum acceperunt quomodo & in sequentibus 26 *a*
Apostolorum & philosophorum differentia 28 *b* 29 *b*
Aquæ baptismatis efficacia 8 *a*
Ara Deo ignoto quid 195 *a*
Aratus poëta 195 *b*
Areopagus locus Athenarum vbi condemnabantur rei 195 *a*
Arrogantia vnde 171 *b*
Asinus aut canis ebrio melior 289 *b*
Athenæ loquacium ciuitas. 195 *a*
Athenarum vrbi compatitur Paulus 195 *a*
Athenienſium error 194 *b*
Athenienſes Rom. ſubditi legibus propriis non viuebant 196 *a*
Auarus execrabilis 300 *b*
Auaro nil miſerius 300 *b*
Auari lupis deteriores 301 *a*
Auari male congregant, & male diſtergunt 301 *b*
Auari erumnoſi 299 *b*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Auari animus crudelis 299 b
Auarus omnibus exosus 300 a
Auari Deo odibiles 300 a
Aurus dirè accusatur 298 a
Auaritia fermentum quoddam 298 b
Auaritia omnium malorum radix 229 b
Auari hæres iustè patitur 288 b
Auarorum dementia 299 a
Autorem malorum Deum dicere quantæ impietatis. 16 b

Baptismus quando suscipiendus 10 a & b
Baptismi dilatio periculosa 9 b
Baptismo condonantur omnia 9 a
Baptismatis opus & efficacia 207 a b
Baptismatis virtus magna est 129 a
Baptismate homines angeli redduntur 130 a
Baptismi tempus semper est 10 b
Baptizare mortuos ridiculum 11 b
Barnabas quid interpretetur 116 b
Benefactor contumelia haud afficiendus 128 b
Blasphemia est Deum malorum authorem asserere. 129 a
Bonos ægrotare cur permittit Deus 290 b
Bonum non fit, quin etiam malum pullulet 275 b

Calamitas Iudæorum Hierosolymis 33 b
Calamitosis non est acceptus obiurgator 271 b
Cani tribuit inuidiam Plato 29 b
Captiuitas malitiæ accusatio 96 a
Carbones ignis cumulare quid 256 b
Carceris & theatri collatio 220 a
Carceribus præficiuntur tantum crudeliores 188 a
Charitas cytharæ comparatur 209 a
Charitatem accendentia & extinguentia quæ 208 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Christus & hodie sputa & alapam ferre cogitur 49 *a*
Christianum nemo nisi ipse velit mortalium lædere potest 260 *b*
Christianorum sermo de quibus esse habeat 171 *a*
Cibus immodicus, morbis corpus infestat 262 *a*
Cœnas prandiis coniungere 287 *b*
Cohors quid 121 *b*
Condolendum iis qui à Deo puniuntur 223 *b*
Christiani vbi primo appellati 137 *b*
Communicare semel aut sæpius 283 *b*
Communicare cum indignis 284 *b*
Congregatio legitima quæ 218 *a*
Conscientia mala impudentem reddit hominem 98 *b*
Contentio inter Paulum & Barnabam & eius vtilitas. 178 *a b*
Contraria quæ videntur, bonis in bonum cedunt. 275 *b*
Contumelia afficit seipsum contumeliosus 83 *a*
Coutumelia affici venerabiles facit, afficere non item. 82 *a*
Contumelia publica difficillimè fertur 203 *a*
Contumelia non afficiendus benefactor 128 *b*
Contumelia non irritatur Deus 87 *b*
Contumeliæ nobis contemnendæ 88 *a*
Contumeliosum esse muliebre 88 *a*
Conuerti ad Christum Paulus non cogitur 241 *a*
Conuicia sine causa præter naturam 168 *a*
Conuiciator cane immundior 168 *a*
Conuiciator seipsum confundit 205 *a*
Cor aperire solius Dei est 184 *b*
Cornelius non Iudæus 124 *b*
Cornelius Centurio 293 *b*
Cornici quæ tribuat Plato 29 *b*
Corpus pulchrum quid 303 *a*
Corripere proximum plus est quàm orare. 136 *b*
Corpus plus faciunt stulti quàm animam. 294 *b*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Coruo quantum tribuat Plato 29 b
Crapula quot mala inferat 149 a
Cultum dei corporalem Paulus sustulit 199 b
Cupiditas pecuniarum omnium malorum causa 76 a
Cura de quibus habenda 135 b
Curatu difficiliora, quæ à natiuitate insunt 46 a
Custodum carceris mores 188 a
Cyrenēses vltra Alexandrinos siti, synagogas habebant Hierosolymæ 84 a

Dæmonum vis aduersus infideles 211 b
Dæmones Iudæis gratiores 213 b
Dæmonis furor in exorcistas 213 a
Dæmonis testimonium non est accipiendum 184 b
Dæmonè potius peccatum 213 b 214 a
Dabo vobis sancta Dauid fidelia quid 155 b
Dauidi Iudæi tribuebant plus satis 36 b
Defunctis per quæ subueniatur & deinceps. 120 b
Deliciæ persequutio maxima est 134 a
Deliciæ mala 134 a
Deliciæ veræ ac licitæ 149 b
Deliciæ quot mala pepererint 149 a
Deliciarum locus præceps 92 b
Deliciarum mala 262 a
Delicius indulgere voluptas non est 268 b
Delicioſa muliere nihil fœdius 148 b
Desidiæ malum 185 a
Desperatio peccatum irremediabile 134 a
Deus semper in tribulationibus consolatur 250 a
Deus humanis manibus non colitur 196 b
Deus non omnia pari facilitate permittit fieri 119 a
Deus quomodo habendus in ore 62 b
Deus tristibus semper læta commiscet 101 b
Dei cultum corporalem Paulus sustulit 196 b
Deus malis non imperat 17 b

Deum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deum authorem malorum dicere quantæ impietatis 16 *b*
129 *a*
Deo omnia tribuenda 162 *a*
Deo quod placet probare debemus 22 *b*
Dea Anastasis apud Athenienses putatur 194 *b*
Diabolus quibusdam virtutis occasio 276 *b*
Diabolus non accedit vbi est eleemosyna 233 *b*
Dicendi libertas quæ 246 *a*
Dies apostolis cur non exprimatur 8 *b*
Dispensatio dei varia 145 *a*
Dispensatio quid 246 *b*
Diues aliud, aliud prædo 287 *a*
Diuites facilius diabolo succumbunt 262 *b*
Diuites scabiosis camparantur 76 *a*
Diuitiæ non sunt colendæ 285 *b*
Diuitiæ habenti reddunt peiorem 285 *b*
Diuitibus sapientiores pauperes 276 *b*
Diuitiæ vt homicidæ sunt 287 *a*
Diuitiarum cupiditas à diabolo est 45 *a*
Diuitiæ malo seruo comparantur 286 *a*
Doctor noster quis 177 *a*
Doctoris boni officium 227 *b*
Doctrina optima factis docere 24 *a*
Doctrina perfecta & absoluta quæ 41 *b*
Dolor mortis in scripturis quid 36 *a*
Domus prandii & luctus differentia 219 *b*
Dulce bellum inexpertis 23 *b*

EBrietas res absurda 289 *a*
Ebrius vt reprehendendus quando sobrius 289 *b*
Ebriorum & sobriorum corpora differunt 288 *a*
Ebrius bestia non homo censendus, quippe ebrioso nihil fœdius 148 *b*
Ecclesia præsidium contra diabolum 105 *a*
Ecclesiæ cur ædificatæ 157 *a*
Ecclesiæ primæ status 18 *b*
Ecclesia non exeundum ante dimissionem 282 *a*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecclesiæ vnde probandæ 156 b
Edacitatis & luxuriæ mala 289 a
Ecstasis quis 122 b
Eleemosyna non in solis pecuniis est 140 b
Eleemosyna quoduis peccatum extinguit 140 a
Eleemosyna fonti comparatur 125 b
Eleemosynæ nihil par 124 b
Eleemosynæ vis & efficientia 81 a. 120 b
Eleemosynæ virtus & commendatio 124 a b
Eloquia dei viua & non viua 95 b
Epicuri error 196 a
Episcopus clam non potest peccare 23 b
Episcopus omnium onera gestare debet 22 a
Episcopus plus curarum habet quàm Imperator 22 b
Episcoporum pauci saluantur 22 b
Episcopatum qui concupiscit, pericula subeunda sunt 23 a
Error Manichæi 16 a
Error Marcionis 33 a
Error Sadducæorum 249 b
Erubescere ob neminem debemus 184 a
Euangelium quo quis frequentius legit, hoc perspicit clarius 111 a
Eutropius ex diuite factus miserrimus 286 a
Exemplum diuitis auari 300 b
Exempla contra auaros 299 a
Exemplum diuitis & Lazari 291 a

Facere & docere 5 a
Falx volans quid 71 b
Fames duplex 139 b
Fames magna sub Claudio Cæsare ab Agabo prædicta 138 a
Familia Abrahæ bene instituta 234 a
Fatum à diabolo introductum 242 b
Fati vanitas 273 a
Fides Abrahæ 86 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fides opus nostrum non est, sed Deus 162 *a*
Fidei merces, & operum merces 133 *b*
Fide purificans corda eorum quid 169 *b*
Fideiussor noster est Deus 55 *b*
Fiducia Petri, & in loquendo libertas 28 *a*
Filius sororis Pauli insidias detegit 248 *b*
Fontes plerunq; in solitudine 125 *b*
Fortis quis 246 *a*
Fratrum vnus præscribere potest, cæteri obtemperare 24 *b*
Frugalitate optima voluptas quæritur 149 *a*
Furore nihil fœdius 88 *a*

GAllio proconsul homo iustus 201 *b*
Gaudium verum & purum quid 254 *a*
Gaudere in domino maximum gaudium 92 *b*
Genus eius sumus quid 197 *b*
Gentes quando verbum Dei receperunt 137 *a*
Gloriæ vanæ cupiditas quid mali pariat 152 *b*
Gloriam contemnens magis glorificatur 50 *a*
Glorificare Deum in bonis proximorum debemus 133 *b*
Gratia Dei nobis opus 86 *b*
Gratia sola saluat 229 *a*
Grauiter affligi, solutio peccatorum 261 *b*

HAdrianus Romanos omnes imperii subditos appellauit 244 *a*
Hebræorum sectæ tres 236 *b*
Herodes Agrippa exesus vermibus 147 *a*
Herodes quatuor Chrysostomo 260 *a*
Hominis vilitas 296 *a*
Homines ad contentiones genus propensum 41 *a*
Hominis consyderatio 171 *b. & deinceps*
Hominum genus triplex iniuriosum æquo animo ferimus 255 *a*
Humana industria fieri vult pleraq; Christus 115 *a*
Humanitas Barbarorum erga Paulum 273 *b. & deinde*

Hu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Humilitas iis qui præsunt maxime congruit 225 a
Honorat se alios honorans 83 a
Hospitalitas Abrahæ admiranda 233 b
Hospitalitatis bona 232 a. & deinceps
Humilitas ne nos inflet 296 b
Humilitas quid boni pariat 162 a
Humilitas, omnium virtutum fundamentum 295 b
Humilitatis gradus qui 225 a
Humilitas deo gratissima 296 b

Iacob humilitas 297 a
Iacobi modestia etiam in episcopatu admirabilis 20 b
Iacobum episcopũ iam Hierosolymis Paulus adiit, illi quæ gesserat denuncians 234 b
Iacobum fratrem Ioannis cur Deus permisit vt Herodes gladio interficeret 141 b
Idololatria diaboli opus 164 b
Idololatria à diuitiis est 216 b
Ieiunium magnum bonum 148 a b
Ieiunium purgatio animarum 165 b
Ieiunium malum 249 a
Ieiunium Pauli triduanum quale 108 b
Ieiunio ordinationes fiunt 165 b
Ieiunium non vt lex præcipitur 149 b
Ieiunandum in tentationibus 166 a
Illiterati homines qui dicebantur 59 a
Impudentiæ fons mala conscientia 98 b
Inani gloria non inflari quam magnum donum 75 a
Impatientia ægrotantium 291 a
Industria gignit industriam, ignauia ignauiam 47 b
Inimicum pascere debemus 256 a
Inimici beneficiis afficiendis 81 b
Inimicorum insidiæ prosunt semper bonis 275 b
Inimicitiæ animæ & corporis 193 b
Iniuria affecti dolere non debemus 82 a
Iniuria æquo animo ferenda 166 b. 198 b. 254 b. 255 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iniuriam illatam æquo animo ferens angelo par 203 b
Insidias detegit filius sororis Pauli 248 b
Iob infirmitas quanta 290 b
Ioseph ab Ægyptia muliere insidiis appetitur 250 b
Ioseph cur tam diu in carcere ab eunucho relictus 250 b
Ioseph figura Christi 89 a
Ira igni comparata 256 a
Ira quid 98 a
Ira vtilis 255 b
Ira vnde nascatur 171 b
Iratus naufraganti similis 203 b
Iracundi species 97 b
Iracundia nihil fœdius 39 b
Irascentes ebrii 214 b
Isaac humilitas 296 b
Iudæi non filii Abrahæ 85 a
Iudæorũ insignis malitia in nudum Christi nomen 114 a
Iudæis erga templum suum multa reuerentia 84 a
Iudaizat Paulus in Hierusalem 237 a
Ad iudicium quomodo Christus veniet 14 b
Iustus quis dicatur 127 b
Iuramenti pœna 77 b
Iuramenta forensia 56 a
Iuramentorum copia magnum onus 67 a
Iurare cur priscis permissum temporibus 63 a
Iurare à maligno est 48 a
Iurare peccatum est 62 b
Non iurare virtutis ianua 57 a. *& quid boni inferat* 67 a. 68 a
Iurandi consuetudinem amputare quid boni pariat 48 a
Iustitia omnis virtus 127 a
Iniustitiæ natura, primum seipsum lædere 261 a
Iusti etiam secum alios seruant 272 a
Iustus peccatorem se existimet 298 a
Iustus quis dicatur 128 a

La-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

LAbor in scripturis quid 44 a
Lachrymæ à miraculis abesse debent 119 a
Lactucæ agrestes quid
Lazarus à Christo in exemplum propositus 292 b
Lazari in ægritudine patientia quanta 292 a
Legibus nemo succenset 34 b
Legitima congregatio quæ 218 a
Libri multi Ephesi 210 b
Libros duos cur Lucas euangelista scripserit 5 a
Libertini vnde dicti 84 a
Libertas dicendi quæ 246 a
Libertas Petri in loquendo 58 b
Linguæ vtilitas 295 b
In lingua robur habere nihil muliebrius 168 b
Longæuitas in fœlicitate ponenda non est 276 a
Lucas quare scripsit duos libros 5 a
Lucæ euangelistæ prudentia 18 b
Luctus etiam mulieres philosophari facit 220 a
Lydiæ purpurariæ laudes 183 a
Luxu ægrotantibus non condonandum 288 b

MAgia ab euangelio victa 150 b
Magia miracula Christi non impedit 102 a
Magnanimus quis 246 b
Magum cur Paulus excæcauerit 152 a
Mali honorari non debent 129 a
Malum ibi est, vbi mediocritas non est 125 b
Malorum Deum autorem dicere quantæ impietatis 16 b
Malitia consistere non potest nisi virtuti admixta 17 b
Malitiæ nihil persuaderi potest 212 a
Mandata factu impossibilia Deus non dedit 129 b
Manichæorum error 16 a
Mansueti hominis animæ, & solitudinis pulchra collatio 39 a
Marcionis error 33 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Martyres vnde dicti 242 a
Mensæ luxuriosæ vt venena sunt & peiora 288 b
Mentibus colendus est Deus 197 a
Merici qui 197 a
Missæ efficacia 121 a
Misericordiæ nullum bonum comparandum est 224 a
Mollities quid 246 a
Morbus obscurat animæ vires 17 a
Morbi vnde 288 b
Morbus incantationibus non pellendus 291 b
Mors non lugenda 119 a
Mortis imago somnus 145 a
Mortis tempus incertum esse voluit Christus 130 b
Mortui non lugendi 119 b
Mortui quibus rebus à nobis iuuentur 121 b
Motio carceris indicium iræ, aliquando prouidentiæ 66 a
Moses Ægyptium occidit 90 b
Mulier pulchra quid 303 a
Mulieri iuueni cui non assentitur nihil molestius 250 b
Mulierc delicioſa nihil fœdius 148 b
Multitudo virtute probata non numero censenda 134 b
Mundi innouati miraculum 6 a
Mysterium Pentecostes 8 b

NAbuchodonosor impietas 140 a
Naturæ necessaria sunt immutabilia 212 b
Nautæ genus hominum impudens 271 b
Naufragium patitur Paulus 270 b
Noctu ad preces consurgendum 145 b
Nomen bonum habere qui vult, proximorum facta fileat oportet 82 b
Noscere seipsum 295 b
Nouarum rerum cupidi Athenienses 195 a
Nox non corporis solum est, sed & animæ 189 b
Nox non ad ocium facta 145 a
In nuptiis quæ mala fiant 219 b

Obe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

OBedire oportet Deo magis quàm hominibus 73 b
Obliuio circa diuina 282 a
Ocioſæ animæ pericula 185 b
Oculi cur nobis dati 296 a
Opulentiæ mala 220 b
Opulentorum nuditas 141 a
Orationis nocturnæ efficacia 145 a
Orationis efficacia 179 a
Ordinationes Dei amabiles 250 b
Opera bona ſine fide non proſunt 293 a
Operum neceſsitas 157 a
Os prophetarum, os dei 110 b

PAn Deum colebant Athenienſes 195 a
Paſsiones ab ira naſcuntur 87 b
Parendum Deo eſt, etiam ſi mandati ratio nos lateat. 124 a
Parſimonia quid 246 b
Paſtoris boni animus 286 b
Paſtoris & medici iudicisque collatio 33 b
Pater pueri ſui proditor quis 163 a
Paulus an mentitus ſit, dicens ſe Romanum eſſe quum alio in loco ſe Iudæum aſſerat. 238 b
Paulus cur à Damaſco fugerit 114 b
Paulus cur Atheuienſes deſeruit, cum tamen dixiſſet, Audiemus te iterum 200 b
Paulus quur Damaſcum acceptis Pontificum literis petierit 107 b
Paulus quur non Hieroſolymis, ſed in via proſtratus eſt. 108 a b
Paulus cur vinctos adducit Hieroſolymam 107 b
Paulus non coactus eſt conuerti ad Chriſtum 241 a
Paulus num mentitus quum ſe Romanum dixit 243 b
Paulus Phariſæus quomodo dicatur 247 b
Paulus plus aliis laborat 114 b
Paulus labore ſuo victitans 229 b
Pauli encomium 279 b & deinceps Pauli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pauli de vxore ſeruanda lex 302 *a*
Pauli vel nomen à ſomno excitet 279 *b*
D. Pauli inſania in Chriſtianos 101 *a*
Paulo cur non aliquem apoſtolorum, ſed Ananiam mittit Deus 111 *b*
Paulus ſub Nerone occiſus 201 *a*
Pauperes diuitibus ſapientiores 277 *a*
Pauperes ad nuptias vocandi 305 *a*
Paupertas mater ſanitatis 94 *a*
Pauperum gemitus valida arma ſunt 302 *a*
Pacificus quiſque filius Dei eſt 193 *a*
Peccatum dæmone grauius 213 *b* *& deinceps*
Peccatum venenum 214 *a*
Peccati geminum malum 214 *a*
Peccata parua non contemnenda 294 *b*
Peccata cur non ſtatim puniat Deus 71 *b*
Peccata vincula grauia ſunt 273 *a*
Peccatores accurrere debent 281 *b*
Peccatoribus multis nihil infirmius, contra nihil iuſto fortius 145 *b*
Pecuniæ vincula ſunt 140 *b*
Pecuniarum cupiditas omnium malorum cauſa 183 *b*
Pecunias pluris facimus quàm regnum cœlorum 38 *b*
Penteceſtes myſterium 8 *b*
Perfectionis gradus quatuor 231 *a*
Perſequutio cur fieri permiſſa 100 *a*
Perſequutio ſemper præſto eſt piis 134 *a*
Perſæ ſunt Iudæi 86 *a*
Perſonarum acceptor non eſt Deus 127 *a*
Petrus cur non permiſſus ab Herode interfici 242 *a*
Petrus dolis non euaſit *ibidem*
Petrus omnia ex communi Apoſtolorum ſenſu agit 18 *b*
Petrus non ſuſtinet Cornelium adoratorem 126 *a*
Petrus Tabitham excitaturus cur genua flexerit 119 *a*
Petri & Platonis differentia 29 *a*
Petri feruor 18 *a*
Petri præſtantia præ cæteris apoſtolis 117 *a*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Petri in loquendo libertas 31 b
Petri solertia in conuertendis Iudæis 40 b
Philippus vnus ex septem primis diaconis 106 a
Philippo accidit quod Ezechiele & Abacuc 107 b
Philosopha animalia 181 b
Philosophi omissa regali via, per præruptam ascenderunt 29 a
Philosophorum olim multæ tribus in Asia 218 a
Platonis academia 28 b
Platonis error & leges 29 b
Platone Petrus ad philosophiam accommodatior 30 a
Pœnitentiæ remedia 134 a
Pœnitentiam agens non punitur 198 a
Poësis fabulæ 30 a
Polypus morbus quis 199 b
Præceptorum Dei & dæmonis discrimen 38 b
Præses quando inutilis 49 a
Principis proprium quid 268 a
Priuilegium magnum Romanorum 244 a
Prouerb. qui honorat, honorat seipsum 83 a
Prouidentia Dei in Iosepho & Mose demonstratur 90 b
Prouidentiam Dei Epicurei negant 196 a
Proximorum malis condolendum 123 b *& deinde*
Proximorum saluti nihil præferendum 115 a 223 b
in Proximorum bonis deum glorificare debemus 133 b
Pugna quotidiana 283 b

REddere quadruplum de rapina quid 288 b
Religio Centurionis 124 b
Resurrectio Christi præ omnibus contingentibus maxime miranda 15 b
Resurrectionis Christi signum 128 b
Resurgens Christus cur non continuò apparuerit apostolis per quadraginta dies 6 a
Romanum esse olim magnæ libertatis 244 a
Romanorum magnum priuilegium. 244 a

Sacri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sacrificio quomodo astandum est 282 b
Sacrilegij pœna 69 b
Sadducæorum error 249 b
Sanctorum aliorum alij mores 177 b
Sancti cur hic affliguntur 91 b
Sapientia Dei in creatione hominis 295 b
Scandala quomodo vitanda 238 a
Scandalizati quatenus contemnendi 238 a
Scortorum impudentia 98 b
Scriptura sacra abyssus disputationum 130 b
Scripturæ fons nunquam exhauritur 110 b
Scripturæ sacræ sedulo legenda exemplo Eunuchi 109 b
Scripturas nosse satis non est 157 a
Scripturas sacras ignorare magnum malum 181 a
Sectas esse dolendum non est 236 b
Segnium increpatio 281 b
Sensus quædam tradit fidei 14 a
Sermones multi præter necessitatem non serendi 31 a
Seruorum multitudo ad quid 287 b
Sicarij qui 236 b
Signa cur non semper fecerint Apostoli 192 b
Simonis scelus 102 a
Sobrietas inuicto 289 a
Socordia reprimenda 9 a
Socrates vanæ gloriæ cupidus 189 a
Solitudinis commodum in meditatione scripturarũ 110 a
Somnus mortis imago 145 a
Spiritus domini cur rapuit Philippum 106 a
Spiritus Pauli exacerbatur, quid 195 b
Spiritus Pythonis in puella 183 b
Spiritus æqualis filio 7 b
Spiritus sanctus ante passionem Christi, cur in specie columbæ, post verò in specie ignis apparuerit 8 a
Spiritus sanctus cur hora tertia missus 32 a
Spiritus sanctus cur non statim missus 7 a
Spiritus sanctus in igne nulli præter apostolos datus. 27. a
Spiritus sanctus non creatura 15 a

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Spiritus ſanctus non eſt vbi furor eſt 97 b
Spiritus ſanctus vt detur opus eſt multa virtute 101 b
Spiritum ſanctum dare, non ſeptem diaconorum, ſed apoſtolorum proprium 101 b
Stoicorum porticus 28 b
Superbia & ira commiſtæ 256 a

TAlentum auri, qui ad nummularios retulit cur caſtigatus 115 b
Temeritas quid 246 a
Templum Dianæ Epheſi ſuccenſum 216 b
in Templis nugandum non eſt 136 a
Tempore calamitatis apoſtoli nihil negligunt 102 a
Tempora refrigerii quæ 53 b
Tentationes magna bona pariunt 276 a
Tentationes cur Deus fieri permittat 218 a
in Tentationibus ieiunandum 166 a
Tentare Deum, quid 169 b
Tentare Deum non debemus 144 b
Teſtimonium ab operibus maximum 241 b
Theſauri inuenti pia duorum contentio 216 a
Timor Dei in eccleſia 282 b
Timore magis homines quàm beneficiis caſtigantur 38 a
Timotheus cur à Paulo circunciſus 180 a
Tribulatio, res eſt animæ rubiginem defricans 185 b

VAna gloria Petrus caruit 127 b
Vanitas in ſplendore exteriori 293 b
Verborum Pauli vis magna 157 b
Verborum lænocinia Eccleſiaſtis non captanda 163 a
Verbum Dei abſq; ira & aſperitate loquendum 97 b
Verbum Dei, non ſolum audire, ſed & opere implere debemus 162 b
Verbum Dei olim alienum ab adulatione & deinceps 106 b
Verbum Dei, quomodo factum caro 16 a b
Verbis pleriq; magis, quàm verberibus ſauciantur 166 b

Veſti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Veſtimentum animæ virtus 141 a
Vini abuſus non vſus accuſatur 289 b
Virum nullus terrere poteſt 267 b
Virtutibus noſtris non præſumendum 162 a
Virgines fatuæ cur damnatæ 115 b
Viſio cur Petro appareat, Philippo autem ſpiritus 180 b
Viſione cur Paulum Deus, & non per angelum vocabat in Macedoniam 179 b
Viſio lintei facta Petro quid 122 b
Viſionibus etiam trahuntur fideles 179 b
Vita ocioſa deteſtanda 185 a
Vita fluxa & remiſſa fugienda Ibidem
Vitæ claritudo quantum valeat 242 a
Vitæ futuræ argumentum 293 a
Vitia virtutis ſpecie fallentia 194 a
non Vlciſci Deo æqualem facit 215 b
Voluptas non eſt deliciis indulgere 268 b
Voluptas quid 288 a
Voluptate quot læſi 149 b
Voluptatis mala 125 a
Vt, in ſcripturis vt plurimum non cauſalis eſt, ſed euentus particula 183 a
Vxor diligenter inquirenda 302 b
Vxor non eiicienda 304 a
Vxor ſecunda inimica priori 304 b

Xenodochium in ædibus faciendum pro egenis 233 b

FINIS.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

40-6-12

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

41
107

6.610